Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA CONCILIORUM GENERALIUM.

LIBER QUARTUS,

In duas Partes diſtributus.

AUCTORE

Magiſtro EDMUNDO RICHERIO,

Doctore ac Socio Sorbonico.

PARS PRIMA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIÆ;
Apud BERNARDUM HETSINGH.
cIↄ Iↄc LXXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA

Conciliorum generalium,

LIBER QUARTUS,

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM.

I. *De Bulla Nicolai* V. *Papæ, ſuper approbatione Actorum Synodi Baſileenſis.*

II. *Æneas Sylvius factus Epiſcopus ad Curiæ Romanæ partes tranſivit.*

III. *Litera Cancellarii Eccleſiæ Moguntinenſis ad Æneam Sylvium poſtquam eſt factus Cardinalis Senenſis.*

IV. *Ejuſdem Cardinalis Senenſis reſponſio ad Cancellarium Moguntinenſem, libro quem inſcripſit de Germanorum moribus.*

V. *Tredecim argumenta Cardinalis Senenſis contra Pragmaticam & decreta Baſileenſis Concilii enucleantur analytice.*

VI. *Æneas Sylvius electuus ad Pontificatum literas mittit ad Univerſitatem Pariſienſem, cui omnem gratiam pollicetur. Deinde ſe Regem & Regnum Franciæ ab Eccleſiæ Communione reſecare velle interminatur: quam ob cauſam Procurator generalis Parlamenti mandato Regis appellat ad Generale Concilium.*

VII. *Ejuſdem Pii* II. *Literæ ad Ludovicum* XI. *Regem Galliæ, quibus ei perſuadet ut Pragmaticam proprio & privato motu abrogaret; nec conſultis nec auditis Galliæ Ordinibus aut* Parlamentis.

VIII. *Literæ Ludovici* XI. *quibus Pragmaticam abrogat.*

IX. *Magiſter Joannes à Sancto Romano Cognitor Regius Generalis intercedit abrogationi Pragmaticæ.*

X. *Academia Pariſienſis in facie Legati Apoſtolici provocat*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
Digitized by Google

ad Concilium. De abrogatione Pragmaticæ ejuſque effectu.

XI. *Monſtreletus Hiſtoricus narrat abrogationem Pragmaticæ ſtatim atque delata eſt Romam, ejus Exemplum traditum & expoſitum ludibrio populi Romani.*

XII. *Suaſiones Parlamenti Pariſienſis ad Ludovicum* XI. *pro retinenda Pragmatica.*

XIII. *Ludovicus* XI. *Franciæ Rex, ubi obſervavit Pium* II. *non ſtare promiſſis, nec beneficia conferre pro ſui animi voto, & Regnum pecuniis exhauriri, Pragmaticam iterum ſervari mandat in Galliis.*

XIV. *Pii* II *Epiſtola ad Univerſitatem Colonienſem ſuper retractatione hiſtoriæ Synodi Baſileenſis ab Ænea Sylvio conſcriptæ, analytice examinatur.*

XV. *Ludovico* XI. *mortuo, ſolennes conventus omnium Ordinum Regni habentur Turonibus ſub Carolo* VIII. *qui Principem obſecrant, ut ſartam tectam Pragmaticam retineat: neque regnum pecuniis vacuari patiatur artibus Legatorum Apoſtolicorum.*

XVI. *Appellatio Academiæ Pariſienſis ad Concilium Generale de Bulla Innocentii* VIII. *& Alexandri* VI. *decimas ſuper Clerum Gallicorum imponentis contra decretum Synodi Conſtantienſis.*

[library stamp]

UT hujus Hiſtoriæ ſeriem texamus, huncque librum poſteriorem cum præcedentibus copulemus, aliqua hic iterare cogor quæ ſuperius obiter in ſolutione argumentorum Bellarmini delibavi: videlicet Eugenium IV. propter Baſileenſis Synodi diſſolutionem & deſperatam Eccleſiæ reformationem in Capite & in membris, permagno flagraſſe odio apud Gallos, Germanos, Anglos, Scotos, Polonos, & alios qui hujus Concilii decreta receperant, eaque ſervari curabant. Quod in cauſa fuit,

ut

Digitized by Google

ut Eugenio ſuperſtite de Concordia ineunda nunquam tractari potuerit. Hoc enim duntaxat factum eſt ſub Nicolao V. Anno MCCCCXLVII. qui eum in finem Nicolaum Cuſanum ablegavit, primo in Galliam, deinde in Germaniam: tumque demum Principum Chriſtianorum ſolicitudine ſarcita eſt unio Anno MCCCCXLIX. ut patet ex Bulla Nicolai: qua Felix V. creatur Decanus Cardinalium perpetuuſque Legatus in Germania: Quæ omnia facta ſunt deſiderio vitandi Schiſmatis. Cæterum omnes Chriſtianæ Nationes ſemper ardentiſſimo deſiderio emendationis Eccleſiæ in Capite & in membris extimulabantur: quod deſiderium Curia Romana quantum poterat vel interturbabat vel remorabatur, ut hujus hiſtoriæ continuatione illuceſcet. Hercle quandiu Carolus VII. regnavit in Galliis, Pragmatica Sanctio, hoc eſt Decreta Baſileenſis Concilii viginti aut circiter annorum lapſu firmas egerunt radices in Franciæ regno, Curia Romana id graviter admodum ferente, atque opportunitatem illam abrogandi undequaque aucupante. Etenim cum Romani Pontifices ſe nihil à Carolo VII. conſequi poſſe cernerent, omnem induſtriam ſuam in Ludovico Caroli filio alliciendo impenderunt: cujus Confeſſorem Joannem Gallum Nicolaus V. Cardinalem cooptavit, ut auctor eſt Ciaconius: Deinde Pius II. huic operi extremam impoſuit manum.

Qui quidem, cum eſſet privatus, necdum Curiæ Romanæ artes & ſtudia noſſet (ut ipſe in literis retractionis Actorum Synodi Baſileenſis à ſe ſcriptorum teſtificatur) ſtrenuè quidem pro veritate & neceſſitate reformandæ Eccleſiæ pugnavit. Sed poſtquam ex Ænea Sylvio & ſimplici Canonico Tridentino, primum Turgeſtinus, deinde Senenſis Epiſcopus à Nicolao V. deſignatus, & aliquanto poſt Anno MCCCCLVI. creatus eſt Cardinalis à Calixto III. totus quidem in ſtudium oppugnandæ atque involvendæ veritatis quam pauper & privatus defenderat & enucleaverat, incubuit. Ad hæc autem dum attendo mihi quidem faciem diſſidiorum Civilium intueri videor : quibus bacchantibus, partium duces prece atque pretio homines quos ſibi infeſtos eſſe poſſe exiſtimant, ambitioſe mercantur atque redimunt. Quæ potiſſima eſt Eccleſiæ gubernandæ ratio hodierna, quam homines Curiales ad typum regiminis temporalis invexerunt : ſicque Eccleſiam & religionem factioſis partium ſtudiis altiſſimè compleverunt. Porrò Martinus Meyer, Moguntinenſis Eccleſiæ Cancellarius, ſtatim atque auditione accepit Æneæ Sylvii promotionem ad Cardinalatum, pro veteri neceſſitudine & amicitia quæ ei cum Sylvio intercedebat, breves literas Congratulatorias reſcripſit : quæ inter Sylvii Epiſtolas leguntur : & quoniam mirum in modum ad Conſtantienſis

&

Digitized by Google

& Baſileenſis Concilii Hiſtoriam faciunt, eas hic exhidendas cenſeo : *Cognovi ex literis amicorum te Cardinalem eſſe creatum ; congratulor & tibi, qui pro tua virtute digna conſequutus es præmia : & mihi cujus amicus in ea dignitate conſtitutus eſt, in quia me meoſque neceſſarios, aliquando juvare poterit. Illud mihi moleſtum quod in ea tempora incidiſti quæ Sedem Apoſtolicam affli-ctura videantur. Nam domino meo Archiepiſcopo frequentes adferuntur de Romano Pontifice querelæ : qui neque Conſtantinenſis, neque Baſileenſis decreta Concilii cuſtodit : neque ſe pactionibus Anteceſſoris ſui teneri arbitratur, Nationemque noſtram contemnere & prorſus exhaurire videtur. Conſtat enim electiones Prælatorum paſſim rejici, beneficia, dignitateſque cujuſvis qualitatis, & Cardinalibus, & Protonotariis reſervari. Et tu quidem ad tres provincias Teutonici nominis ſub ea formula reſervationem impetraſti, quæ hactenus inſolita eſt, & inaudita. Expectativæ gratiæ ſine numero conceduntur : Annatæ, ſive medii fructus, abſque ulla dilatione temporis exiguntur : & plus etiam quam debeatur extorqueri palam eſt. Eccleſiarum regimina non magis merenti ſed plus offerenti committuntur : ad corradendas pecunias, novæ indulgentiæ indies conceduntur. Decimarum exactiones inconſultis Prælatis noſtris Turcorum cauſa fieri jubentur. Cauſæ quæ tractandæ terminandæque in partibus fuerant, ad Apoſtolicum tribunal indiſtinctè trahuntur : excogitantur mille modi quibus Romana ſedes aurum ex nobis tan-*

quam ex Barbaris ſubtili extrahat ingenio : ob quas res natio noſtra quondam inclyta, quæ ſua virtute ſuoque ſanguine Romanum imperium coëmit, fuitque mundi Domina, ac Regina, nunc ad inopiam redacta, Ancilla & tributaria facta eſt: & in ſqualore jacens, ſuam fortunam, ſuam pauperiem multos jam annos mœret. Nunc verò quaſi ex ſomno excitati optimates noſtri, quibus remediis huic calamitati obviam pergant, cogitare cœperunt; jugumque prorſus excutere, & ſe in priſtinam vindicare libertatem decreverunt. Erit hæc non parva jactura Romanæ Curiæ, ſi quod cogitant Romani Principes effecerint. Quantum itaque & tua nova dignitate lætor, tantum commoveor & angor tuo tempore hoc parari. Sed Dei fortaſſe alia eſt cogitatio, & illius profecto ſententia obtinebit. Tu interim bonum habeto animum & quibus repagulis fluminis impetus coëceri poſſit, pro tua ſapientia cogitato, & vale optime. Pridie Calend. Septembris MCCCCLVII. Quibus Litteris Cancellarii Moguntinenſis claret quantum Germanica Natio, exactionibus Curiæ Romanæ oppreſſa, ſitiens eſſet reformationis Eccleſiæ, utque Curiales in ordinem cogerentur. Hujus autem Epiſtolæ partibus Æneas Sylvius Cardinalis Senenſis non ſigillatim reſpondit, ſed quibuſdam tantum, quatenus conducere arbitratus eſt ad Curiæ Romanæ potentiam & dominatum magis ſtabiliendum: quod ipſum non Epiſtola ſed juſto Libro effecit, quem *de Germanorum moribus* inſcripſit : eoque in

Cu-

Curiæ Romanæ amorem ſe altiſſimè inſinuavit, ita ut paulo poſt ad Sedem Apoſtolicam cooptatus fuerit. Hic autem Liber Anno 1584 *editus eſt Romæ à Dominico Baſſa cum maximo elogio.*

Summam vero omnium Argumentorum Cardinalis Senenſis ad quatuordecim articulos revocabimus, omiſſis illis quæ nihil ad propoſitum noſtrum conducunt. Primum fermè initio libri demonſtrat humana ſtatuta ſecundum tempora variari & Romanis Pontificibus hoc creditum munus ut Generalium Conciliorum ſanctiones interpretentur, corrigant, abrogent: atque eis tandem viſum eſſe Conſtantienſis Concilii ſanctionem de frequenter habendis Conciliis ſuſpendendam: quia Generales Conventus, ſine magna univerſalis Eccleſiæ novitate, ſine gravamine, ſine tumultu, ſine vexatione non coguntur: Quod ſi ſæpius Concilia celebrentur, vileſcat eorum auctoritas nimio uſu neceſſe eſt. Hæc ille ſtatim initio libri ſui; deinde, aliquanto poſt, captat occaſionem diſputandi de ſacris Electionibus. *Quantus honor*, ait, *Principibus deferatur, intelliges, ſi pro ſua voluntate Prælatos ſibi Capitula queant aſſumere: Ni Romanus Præſul in eos imperium ullum habeat, nullus unquam ex genere Principum in Epiſcopum aſſumetur. Namque cum ſint Eccleſiarum Canonici majori ex parte vel ignobiles, vel medii gradus nobiles, quis non videt illuſtres omnes excluſum iri? Cupiunt ſane omnes libertate potiri,*

 nulli

nulli ſubeſſe, obedientiam omnem abjicere: Ideoque rectorem ex humili ſorte deligunt, quem nec vereri nec timere oporteat. Nec longa diſputatione opus eſt. Illuſtres enim viri, cum progenitorum imagines ante oculos habeant, & multa incitamenta virtutum, perraro à probitate declinant, &c. Antiquis ergo & laudabilius multo fuerit claris quam obſcuris Eccleſias credere: & id quidem curat Apoſtolica Sedes. Recte igitur Romano Pontifici ea facultas reſervata eſt quæ meliorem electo præferat: quibus ex rebus his ſatisfactum eſſe putamus quæ ſuper Electionibus objeciſti. Dehinc ante medium libri tranſit ad Pragmaticam Sanctionem quam Germani exemplo Gallorum habere volebant; nam, ait, Pragmatica ipſa deteſtabilis quæ Sedem primam prorſus deprimit atque conculcat. Modus quoque inductionis improbandus & deteſtandus eſt. Nam quamvis à Vicario Jeſu Chriſti denegetur, recipiendus affirmatur: & appellationis obſervantia à primo Eccleſiarum Throno interponendo introducitur: quod eſt apud doctos viros aut hereticum aut hæreſi proximum. Nobis ſane duabus de cauſis hæc Pragmatica reſpuenda & damnanda videtur: altera quia ingratitudinem & quidem deteſtabilem ſapit: altera quia non Sedi Apoſtolicæ tantum, ſed univerſæ reipublicæ Chriſtianæ damnoſa eſt, & univerſum religionis Catholicæ ſtatum confundit ac pervertit. Equidem nemo eſt qui non eum ingratitudinis vitio vocet qui matrem ſuam Romanam Eccleſiam jugulare conetur. Duo & quidem maxima & ſingulariſſima beneficia ſunt quæ vobis, ô Germani,

mani, Romana Sedes contulit: Alterum quia vobis Chriſtum prædicavit: Alterum quia Romanum Imperium ex Græcis ad vos tranſtulit, &c. Sed jam quid mali in communi Reipublicæ Chrſtianæ aſſerat hæc pragmatica ſanctio explicemus omiſſa ingratitudine. Pragmatica igitur ſanctio duabus ex cauſis iniqua & damnoſa, abominabiliſque eſt: Altera quia Sedis Apoſtolicæ eminentiam & paſtoralis officii plenitudinem eripit: altera quia pauperem eſſe vult, & abjectam, & impotentem primam Sedem. Primum illud exitiale malum eſt, ut paulo ante diximus, quod hæreſim ſapit, teſte Nicolao Papa Diſt. XX. Can. Omnes, &c. At vero cum dominus noſter Jeſus Chriſtus ſponſam ſuam Eccleſiam tam ferventi amore dilexerit & ſanguinem ſuum pro ea fuderit, &c. quis non exiſtimet in his quæ neceſſaria ſunt Eccleſiæ ab eo peropportune dotatam & ordinatam eſſe? Cum de Synagoga per Iſaiam dicat: Quid amplius debui facere vineæ meæ & non feci? Si hæc de Synagoga, nihil minus de Eccleſia putes. At cum neceſſe ſit in perfecto regimine unum præeſſe à quo cæteri dependeant, minime dubitandum eſt, quin ex ordinatione Chriſti unus Eccleſiæ præſit ductor fidelis exercitus, & magiſter eorum qui veram Doctrinam quærunt. Hunc nos Papam vocamus Romanum, maximumque Pontificem & Chriſti Vicarium, &c. Gubernatur autem optime multitudo, cum ex unius voluntate dependet quod ex fine patet. Nam finis optimi Regiminis pax eſt: pacis autem nutrix unio: unionem vero nemo dubitaverit unum melius ſervare quam

plures

plures: unus enim unitati congruit: pluralitas Principum diviſionis eſt mater. Non eſt igitur cur dubitemus Eccleſiæ Regimini tanquam optimo unum præeſſe: ac propterea Sedi Romanæ tanquam Matri ac Magiſtræ & reverentiam & obedientiam deberi. At qui Pragmaticam Sanctionem cudunt, ii prorſus eminentiam primæ Sedis & auctoritatem explodunt: Cum leges inter ſeſe ſtatuentes Apoſtolicæ dignitati frænum ponunt: tollunt iſti privilegium primæ Sedis & in hæreſim lapſi aperta fronte & ore contumaci fatentur, nolle ſe Romano Pontifici obedire: quod non aliter accipiendum eſt quam ſi dicant, ſe non eſſe oves Chriſti ſed perditionis, &c. Nam cum plurima jura ſint Romani Pontificis, quibus ejus Curia fovetur & alitur: hæc omnia auferre nituntur; maxime vero illud cautum eſſe volunt, ne quid auri ex Germania in Italiam deferatur, &c. Pauperem eſſe vis Romanum Præſulem, & inopes Cardinales, totamque curiam mendicare, &c. At vulgo ajunt ſapientiam pauperis fumo viliorem eſſe. Loquutus eſt pauper, inquit Salomon, & omnes derident: loquutus eſt dives & omnes admirantur. Teſte autem Philoſopho impoſſibile eſt, aut certe difficile eum præclare agere cui deſunt facultates, &c. His certe qui regimini aliorum præſunt paupertas noxia eſt: Nam quomodo tu judicem facies pauperem quem nolis teſtem admittere? Quod ſi teſtimonium pauperis corruptum videri poteſt: non videmus cur inopis judicis ſententia ingrata ſit, &c. Poſtremo debet Romana Sedes veluti patrocinium orbis terræ, tutuſque portus afflictorum

& dulce refugium miſerorum omnibus ad ſe currentibus non ſolum benignas aures adhibere : ſed opem ultro afferre, conſolari triſtes, extollere jacentes, inopibus ſubvenire, ejectos perperam è ſuis ſedibus Pontifices in priſtinum ſtatum reſtituere, &c. Quo modo alia ratione reſtituentur Epiſcopi exules, aut hæretici vel ſchiſmatici corrigentur? intelligimus quid reſpondeas, implorandum eſſe brachium ſeculare, clamabis. At nos ex te quærimus, An melius per ſe Romanus præſul hæc agat viribus ſuis fretus, an per alium. Non es eo errore, ut putes virum ſapientem melius alteri committere quam ipſe agat: Nunquam pictor aliena manu lineam tam recte quam ſua ducet. Scimus inſuper quam præſto ſunt Principes ſeculi alieno juſſu arma capeſſere; & nunc experimur. Nam quis clamantem Pontificem & auxilia Regum implorantem audit? vociferatur, plorat, obteſtatur, rogat, ut Turcis in nos ruentibus obex opponatur, & nemo audit, &c. Sed dicamus perituros Principes in tertiam perſonam: quid vero ſi Principes ipſi aberrent, & ut ſæpe videmus hæreticis ſuccumbant erroribus, quid agemus? Quid ſi Rex coërcendus, ſi arguendus Imperator? Nunquid & Regem Francis inutilem depoſitum à Romano præſule legimus? Nunquid Lotharius uxore legitima renunciata Waldradam Concubinam ſuperinduxit? Nunquid Imperatoribus Conſtantinopolitanis ob demerita Imperium ademptum eſt? Nunquid Henrici, Fridericique Cæſares contra Eccleſiam debacchati ſunt & digni Anathemate putati? Quid ergo an brachium contra ſe Impera-

perator præbebit? aut pauper eum corripiet Romanus Præsul? Ridiculum eſt id putare. Quod niſi divina providentia Conſtantinus & qui poſtea ſequuti ſunt Cæſares Romanam ditaſſent Eccleſiam, profecto vix hodie fundamenta ejus inveniremus. Habuimus Eccleſiam primitivam inopem, ſed tunc Chriſti nomen occultum fuit, & non niſi in martyrio vocabatur: poſtea vero laus fuit nominare Chriſtum. Quid mirum ſi Chriſtus id tempus ſuum eſſe dives voluit, in quo ſuum nomen libere invocare licuit? hoc quippe tempus eſt quod futurum deſignavit Dominus dicens, Venite poſt me & faciam vos fieri piſcatores hominum. Nam certe non pauperes eſſe voluit, quos piſcatores hominum prædixit: Cum poſſeſſores hominum omnium poſſeſſores rerum ſint quæ homini ſubſunt. Ridiculum quod Papam pauperem velis, Moguntinum tuum, Colonienſem, & Trevirenſem Archiepiſcopos abundare? Quis hoc faciat? quo modo ditior parebit pauperi? dices, divitem volo, ſed non Archidivitem. Sane tantum præſtare opibus Romanus Pontifex Moguntinum debet, quantum Moguntinus ipſe ſuos plebanos. Replicas, ergo Imperatore potentiorem vis eſſe Papam? non negamus. Nam quanto potentior hæc Sedes erit, tanto Moguntinus tuus tutior erit: tanto cæteri Epiſcopi liberiores, tanto hæretici depreſſiores habebuntur. Bernardinus Senenſis Papatum ſe ſine Imperio non optare, utrumque ſimul cupere dixit. Nec Pontifices ex Mendicantibus aſſumpti viri ſancti, temporalia bona & Imperium recuſare. Et noſtra quidem ſententia, ſi fuiſſet Romana Sedes

in

in ea auctoritate, qua eſt hodie, cum primum Agarenorum impietas cœpit, nunquam virus illud tam lethale profuſum eſſet. Sed inops Sedes erat & Imperator Heraclius hæreſi infectus, avarus, negligens, ſivit iri perditum religionem noſtram divino judicio Dei, &c. Quid plura Monachos Sancti Benedicti & S. Bernardi & Ciſtercienſes & Cartuſienſes magnas opes in communi poſſidere videmus, & caſtella, & oppida obtinere, quæ pro Imperio ſuperiorum gubernantur: eos tamen viros Sanctos & cœlo dignos omnis Eccleſia judicat; quis eſt igitur qui hoc ipſum ſummo Pontifici negare audeat: Cujus eſt omnem Eccleſiam regere & hoſtibus ejus reſiſtere, &c.

Dehinc tranſit ad Appellationes quas Pragmatici inſtruere conſueveruut à Papa ad Concilium. Nam ait, *Cum Hieronymus de Praga & Joannes Huſs hæreſiarchæ Bohemorum inter ſuos articulos dicerent non eſſe de neceſſitate ſalutis credere Romanam Eccleſiam ſuper omnes alias habere primatum: id erroneum eſſe Concilium Conſtantienſe declaravit. Si ergo primatum habet Romana Sedes, quod veſtrum Concilium declaravit, & nemo qui ſapiat inficiatur, conſequens eſt ejus judicium devote ſequamini, neque temere adverſemini: quod majores veſtri factitarunt & vos facturos eſſe confidimus. Cæterum neque illud quod ſequitur de Appellationibus præ aures ferre poſſunt. Nam ſi Princeps eſt Romanus Præſul, ſi dominus, ſi Magiſter, quo pacto ab eo appellatur? Facta ſubditorum, inquit Aurelius Papa, judicantur à nobis*

bis, noſtra vero à Domino judicantur: & Gelaſius ipſe ſuper Canones, inquit, Qui appellationes totius Eccleſiæ ad hujus Sedis examen voluerunt referri, & ab ipſa vero nunquam prorſus appellari debere ſanxerunt, &c. Præterea cum Appellatio ab inferiori ab ſuperiorem deferatur, Papa verò prior ſit & major omnibus, liquet ab eo non eſſe provocandum. Concludit ergo, *in cauſis civilibus ſi ſubditus opprimatur à Rege, ubi nullum aliud ſupereſt remedium patienter eſſe ferendam injuriam: ſimiliter quoque idem eſſe judicium de Pontifice, neque provocandum ad Concilium. Quia ejuſmodi provocatio deluſio eſt atque irriſio Majeſtatis ſuperioris contemptuſque Sedis & orthodoxæ fidei, inventio diabolica, & machinatio ſathanæ, qui hoc modo illaqueare animas nititur. Cum nihil dulcius quam judiciorum claudi tribunalia, & nullum permittere in terris ſuperiorem, ut in confuſione cuncta ſint, abſit obedientia, vincat contumacia, ſibi quiſque dominus ſit & alium pellere ſtudeat. Non ordo, non reverentia, non ulla vivendi regula & Deus poſt ponatur audiaturque Diabolus, &c. Concilium non frequentius quam per decennalia cogendum eſt, Recte ſane decem impunitatis annos criminoſis tribuemus: cum tamen Appellationis remedium, ut Canones ajunt, non ad defenſionem iniquitatis ſed ad præſidium innocentiæ ſit inſtitutum, &c. Itaque ſi omnino aliquid injuſte tolerandum eſt, tutius reipublicæ eſt, aliquem indigne pati quam totam confuudi rempublicam: quod per appellationes à Papa ad Concilium*

con-

convincitur accidere : Tollitur enim Principatus Eccleſiæ & confunditur Chriſtianorum ſtatutus totaque bene vivendi norma deletur : atque hoc malum eſt quod ex malo redundat Pragmaticæ ſanctionis : quam ejus inventores per Appellationem à Papa tueri volunt, &c.

Procul dubio, nihil prima fronte hac Rhetorica Cardinalis Senenſis excurſione ſpecioſius ad opes curiæ Romanæ tuendas & cumulandas: ſi autem Collectiones iſtæ ad normam Theologiæ dogmaticæ conferantur: inſtar quidem nivis, ſoli æſtivo meridiano oppoſitæ liqueſcent. Primum quod venditat, Papam donatum facultate interpretandi, corrigendi, & abrogandi Sanctiones Generalium Conciliorum, ſecundum quid concedimus, abſolute negamus. Nam Canones interpretari & de iis diſpenſare poteſt eo tantum in cauſa quo Synodus generalis congregata diſpenſaret aut interpretaretur: hoc eſt, pro bono communi, & Eccleſiæ univerſalis utilitate, non ad bonum privatorum aut peculiare commodum curiæ Romanæ : alioqui diſſipatio atque everſio eſt, non diſpenſatio, ut loquitur S. Bernardus. Quod autem Cardinalis Senenſis fingit, viſum fuiſſe Pontifici ſuſpendere decretum Synodi Conſtantienſis de frequenter habendis Conciliis, Rependo, hoc factum à curia Romana, Eccleſia reclamante & ſemper anhelante ad reformationem Eccleſiæ in capite & in membris, ut to-

ta hac Hiſtoria patebit. Certè omnia hæc Argumenta fruſtrantur Petitione Principii: quaſi Papa eſſet abſolutus Eccleſiæ Monarcha, non miniſter.

Secundo, quod ait Concilia haberi non poſſe abſque magna Univerſalis Eccleſiæ novitate: Repono, longe aliud eſſe quidpiam novum videri curiæ & Eccleſiæ Univerſali: hæc enim in Synodis hoc unum ſibi proponit, ut hæreſes damnentur, diſciplina vetus collapſa inſtauretur quantum tempora pati poſſunt, moreſque emendentur. &c. Contra curia Romana in hoc laborat, ut conſuetudo habendorum Conciliorum liberorum plane abrogetur: quo facilius in omnia jura & privilegia univerſalis Eccleſiæ & ſingulorum Epiſcoporum invadat: omniaque ad ſuum privatum dominatum pertrahat: Sicut experientia ſtultorum magiſtra, qua ne quidem reſipiſcimus, perdocet.

Tertio, ſi gratis damus Cardinali Senenſi, Generalia Concilia haberi non poſſe ſine gravamine, ſine tumultu, ſine vexatione, &c. Quid inde reportabit, quando hoc ad merum abuſum & quæſtionem facti ſpectat? verum per quos hæc gravamina atque tumultus nata ſint, Hiſtoria Conſtantienſis & Baſileenſis Synodi, atque ipſemet Æneas Sylvius, antequam phyltris curiæ Romanæ eſſet irretitus, fideliter docebunt. Proculdubio quandiu Romani Pontifices curam & ſollicitudinem

ſuam rebus ſpiritualibus, ſicut ex proprio tenentur officio, dependerunt, nec curia Romana abſolutam Monarchiam in ſpiritualibus & temporalibus adfectavit: Concilia Generalia habere, atque omnia negotia, ſanctorum communione ſuaviter inita, communi Patrum conſenſu definire pronum atque expeditum erat: ut libro priore hiſtoriæ Conciliorum probavi. At poſtquam vires atque opes Imperii Romani in Oriente & Occidente dilapidatæ ſunt, res aliter habuit. Porro velle eam ob cauſam Concilia tollere quod haberi non poſſint abſque gravamine, vexatione, &c. Perinde eſt ac ſi quiſpiam more Lycurgi Regis Thraciæ vites omnes exſtirpandas cenſeret, quia permulti homines ebrietate immergantur; hoc vero boni accidit ex Conciliis liberis, quod ſi non omnino curant, ſaltem mala & vitia detegunt: & eam ob cauſam ne Judicium practicum inveterata conſuetudine male agendi corrumpatur efficiant: Sic cap. VII. ad Romanos Apoſtolus de lege diſputans *Peccatum non cognovi, niſi per legem: occaſione autem accepta peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam: ſine lege enim peccatum mortuum erat.*

Quarto, qui cauſantur Concilia vileſcere ſi ſæpius celebrentur: perinde faciunt, ac ſi quiſpiam urgeret Sacramenta bonaque opera non eſſe cuiquam ſæpius frequentanda, ne vileſcant. Hercle Conciliorum celebratio

eſt inſtar cenſuræ, qua omnes in officio continentur, & Spiritus Eccleſiæ fovetur atque alitur.

Quintum occupatur in communi loco: an ſcilicet expediat magis Principes Regii ſanguinis & nobiles promoveri ad beneficia & dignitates Eccleſiaſticas quam homines alterius conditionis: de qua re nihil ſtatuere, ſed ſolummodo lectorem monitum cupio, ut ad artes curiæ Romanæ attendat: quæ quod directe & propriis viribus nequit obtinere, ea conſequi annititur, alliciendo potiſſimum Reges atque Principes ad ſuam cauſam propugnandam: quaſi eorum cauſa peculiaris agatur. Sic oratores Eugenii in Synodo Bituricenſi coram Rege Franciæ contendebant: idem plane eſſe diſputare de cogendo Papa in ordinem, ac ſi ageretur utrum Rex abdicari poſſet à ſuis ſubditis: quam cavillationem Oratores Baſileenſis Concilii abunde refellerunt: ſimiliter Eugenius, ut Carolum VII. à conſtituenda Pragmatica avocaret, ei pollicebatur, ſe de omnibus beneficiis ad Regis arbitrium diſpenſaturum. Conſimili artificio Cardinalis Senenſis uſus eſt erga Ferdinandum Imperatorem cum pro Calixto III. Legationem obiret in Germania: ut enim Cæſarem à Pragmatica ſancienda abduceret, ei ſuaſit. *Inter principes etiam de magnis rebus inter ſe diſſidentes, pacem aliquando & amicitiam componi poſſe: At inter Principem & populum im-*

mortale

Digitized by Google

mortale odium ſemper interveniſſe : unde dicebat multo ſatius eſſe ut Ferdinandus cum Pontifice ſentiret, quam populi cupiditatibus obtemperaret: quorum mentes non ratione, ſed appetitu & cupiditate ducuntur, inquit Platina in vita Pii II. Qui quidem his pariter Rhetoricæ coloribus Ludovicum XI. & Leo X. Franciſcum I ad Pragmaticæ ſanctionis abrogationem adlactavit, ut mox oſtendetur. Hoc autem an ſit ſe & ſuæ non quæ ſunt Chriſti quærere, atque Curiæ Romanæ poculum Regibus terræ propinandum dare, alii judicent. Quod vero infert Cardinalis Senenſis nullum ſacris electionibus judicium deferri Chriſtianis Principibus, falſiſſimum eſt: quoniam certiſſimum eſt illos ſucceſſiſſe juri quod olim populus habebat in electionibus antequam Principes eſſent Chriſtiani : qua de re uberrime diſſeruimus in defenſione libri de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate. Sane dum fervebant electiones, atque homines beneficiis, non beneficia hominibus quærebantur, magnus quidem honor literis, virtuti, & ſtudioſis bonarum artium habebatur : virtuſque magno erat in pretio. Unde cum Nobiles ſcirent ſe alia ratione & via Eccleſiaſticas dignitates obtinere non poſſe maxime erant ſoliciti de recta liberorum ſuorum inſtitutione : idque permagno erat ornamento ac præſidio Eccleſiæ & reipublicæ. Sed poſt-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

quam eſt compertum ſacerdotia & beneficia iis ſolum conferri qui ambitioſius vel Romanam, vel Principum temporalium Curiam ſectarentur: omnes ferme Eccleſiaſtici Curiales, Aulici, & aſſentatores effecti ſunt, gregeſque ſuos Mercenariis & prædæ luporum vorandos reliquerunt. An obſecro prius unquam Eccleſiæ conſuli potuit, quam ab eo die quo homines etiam invitiſſimi ad ordines Eccleſiaſticos rapiuntur? An non hoc omne aliud genus prodigii exſuperat, ut homines plebei ad nullum vitæ genus aut artis profeſſionem admittantur, quam ipſi prius non adamarint & ſponte elegerint: Contra autem ad Eccleſiaſticum ordinem in quo plus exigitur libertatis, homines quaſi unco impacto & ſola ſpe bonorum temporalium protrahi? Ex quo non jam amplius mirandum, cur mores & diſciplina Eccleſiaſtica corrupta: ſed potius cur non multo corruptior & inquinatior ſit. Et hic eſt fructus abrogatarum Electionum. Porrò, olim antequam Eccleſiæ profana ditione atque opibus immenſis locupletarentur, nullus erat uſus gratiarum expectativarum, Mandatorum atque reſervationum Pontificis: pro quibus Cardinalem Senenſem certare nihil mirabile eſt quando contra jus Divinum, Naturale & Canonicum reſervationes beneficiorum ad tres provincias Germaniæ impetraſſet.

Sextò, tantum abeſt: ut Pragmatica ſit

da-

Digitized by Google

damnoſa, deteſtabilis, abominabilis, & abſque Deo ut Cardinalis Senenſis convitiatur, cum jure Divino, Naturali & Canonico armetur: atque etiam jus commune à Chriſto inſtitutum & ab Apoſtolis patribuſque antiquis propagatum in uſum revocet. Eccur autem hoc damnoſum atque abominabile Curiæ Romanæ Principibus videatur, idem Cardinalis Senenſis ita docet: *Nam cum plurima jura ſint Romani Pontificis quibus ejus Curia fovetur & alitur, hæc omnia auferre nituntur: maximè vero illud cautum eſſe volunt, ne quid auri ex Germania in Italiam deportetur, &c.* Hincque exſplendeſcit, Curiales pro ſuo privato, non pro communi Eccleſiæ Catholicæ bono velitari: cum autem ſint in cauſa, nulla eis poteſt eſſe fides hac in parte, quod vero oſtenditur, hæreticum eſſe aut hæreſi proximum, à primo Eccleſiarum throno, id eſt, à Papa ad Concilium appellare, ſupra propulſatum eſt, & infrà de eo adhuc dicetur.

Septimo, negamus Pragmaticam tollere Sedis Apoſtolicæ eminentiam, & plenitudinem jure Divino, Naturali & Canonico fultam: cum in uſum Canones Synodi Conſtantienſis & Baſileenſis deducat, id eſt, ſtatum Monarchicum Eccleſiæ Ariſtocratico regimine temperari demonſtret. Cæterum quamquam S. Bernardus eo viveret ſeculo quo abſoluta Papæ poteſtas Ariſtocraticum regimen Eccleſiæ plane oppreſſerat: nihilominus libro

tertio de Conſideratione ad Eugenium, Cap. VIII. ita in ſpeciem ſcribit, ut quanquam ei abſolutam poteſtatem concedere videatur, revera tamen deneget: *Probatus vos habere plenitudinem poteſtatis, ſed juſtitiæ forte non ita facitis hoc quia poteſtis, ſed utrum debeatis quæſtio eſt. At quomodo non indecens tibi voluntate pro lege uti: & quia non eſt ad quem appelleris, poteſtatem exercere, negligere rationem. Tunc major domino tuo, qui ait, Non veni facere voluntatem meam, & non veni ſolvere legem ſed adimplere. Et Cap. IX. Non eſt bona arbor faciens fructus tales, inſolentias, diſſolutiones, dilapidationes, ſimultates, ſcandala, ordia: quodque magis dolendum inter Eccleſias etiam inimicitias graves, perpeteſque diſcordias: non facile adducor licitum conſentire quod tot illicita parturit. Et Cap. X. Quid, inquis, prohibes diſpenſare? non, ſed diſſipare: non ſum tam rudis, ut ignorem poſitos vos diſpenſatores, ſed in ædificationem non in deſtructionem; denique quæritur inter diſpenſatores ut fidelis quis inveniatur: ubi neceſſitas urget, excuſabilis deſpenſatio eſt: ubi utilitas provocat, diſpenſatio laudabilis eſt: utilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horum eſt non plane fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſpenſatio eſt.* Compendium Bernardi eſt repugnare poteſtati miniſteriali ſpirituali ut plenitudine poteſtatis utatur contra voluntatem & legem Dei quæ nobis jure Divino, Naturali & Canonico innoteſcit, necnon etiam quando juſtitia & recta ratio violatur: unde clamat, *quo modo*

modo non indecens tibi voluntate pro lege uti? &c. Concludamus ergo Pragmaticam non juſtam poteſtatis plenitudinem Sedis Apoſtolicæ, ſed duntaxat abſolutam Curialium Monarchiam, ne dicam tynannidem, tollere.

Octavo, annuimus perfectum eſſe regimen in quo unus præeſt: ita ut ex inſtitutione perfectarum Monarchiarum, aliæ ſolo conſilio, aliæ vero regimine Ariſtocratico temperentur: prioris quidem generis ſunt Franciæ atque Hiſpaniæ Regnum, ubi reges ſibi conſilium deligunt quod tanquam rationem non tanquam regulam immutabilem regiminis ſequuntur. Poſterioris formæ ſunt Imperium Germaniæ & Regnum Poloniæ: ubi conſilium non ab Imperatore & Rege, ſed à Republica datur. Quare Rex Poloniæ, & Imperator, non tantum pro ratione ſed pro lege invariabili quæ regimen conſtituit, ejuſmodi ſequuntur conſilium: cujus ſtatuta Principes mandant exequutioni, erga cives ſingulares & membra reipulicæ. Et ita dicendum eſt de Papa reſpectu Eccleſiæ in qua Principatus eſt Monarchicus Ariſtocratico regimine temperatus, ut alias demonſtravi. Verum quoniam ſolenne eſt Curialibus, haurire argumenta à proportione monarchiarum temporalium. Illis rependimus, ejuſmodi argumenta nullius omnino eſſe ponderis ob diſcrimen poteſtatis Eccleſiaſticæ miniſteralis, & politicæ auctoritatis; quoniam hæc non illo

Digitized by Google

dominatu atque abſoluta poteſtate uti poteſt erga ſubditos: quem in finem gladio materiali armatur à Deo, Rom. XIII.

Nono abſolute inficiamur, Pragmaticam ſcindere unionem Eccleſiæ Catholicæ: cum potius eam conſervet, dum unicuique quod ſuum eſt tribuit, conformiter ad legem Divinam & Naturalem: ita ut & Papa ratione Primatus, & Eccleſia univerſalis ratione Ariſtocratici regiminis ſuo jure utantur fruantur: ne ſit ſchiſma in Corpore Eccleſiæ: quod æque conſciſcitur, ſi caput aliorum membrorum officia & miniſterium detrectet aut opprimat: quam ſi membra viciſſim juſtum atque legitimum capitis Imperium reſpuant: *Nam corpus Eccleſiæ non eſt unum membrum ſed multa: ſi totum corpus oculus, ubi auditus? Nam Deus temperavit corpus Eccleſiæ ut non ſit ſchiſma in Corpore: ſed in idipſum pro ſe invicem ſollicita ſunt membra: Et ſi quid patitur unum membrum compatiuntur omnia membra* 1. *Cor.* 12. Longe igitur aliud eſt unitatem Eccleſiæ Catholicæ, & Curiæ Romanæ factioſas colligationes dirumpere: ſubtrahendo pabulum & alimenta corruptelis atque abuſibus, ſcilicet obſervatione Sacrarum electionum, & impediendo ne gratiæ expectativæ, reſervationes pinguiorum beneficiorum, mandata Pontificum, & alia ejuſmodi Carcinomata, cum magno Eccleſiarum luctu & pernicie intumeſcant.

Decimo, falſum eſt Pragmaticam velle Sedem

Digitized by Google

dem Apoſtolicam eſſe pauperem, abjectam atque impotentem: quando eidem non modo jura quæ ei ſecundum legem Divinam Naturalem & Canonicam debentur, verumetiam multa alia jure pure humano invecta largitur. Hoc verò tantum efficit Pragmatica, ne caput Miniſteriale Eccleſiæ cæterorum membrorum, id eſt, ordinariorum poteſtatem & officia uſurpet: atque ne Curiæ Romanæ hirudines, omnibus aliis Eccleſiis alimenta exugant. Ita ut omnino contabeſcere cogantur. Hercle quidem, cum Pragmatica nihil aliud complectatur quam Synodi Baſileenſis decreta: hæc verò illuc tendant, ut jus commune & diſciplina Eccleſiaſtica quantum tempora pati poſſunt, integrum reſtituantur: fruſtra quidem Cardinalis Senenſis obnititur in contrarium: cui pro ſua velitatione Rhetorica, has S. Bernardi voces lugubres rependere lubet, l. 3. de Conſideratione c. 3. juxta recenſionem Gerardi Voſſii: *Annon Limina Apoſtolorum plus jam ambitio quam devotio terit? Annon vocibus ejus veſtrum tota die reſultat palatium? Annon quæſtibus ejus tota legum & Canonum diſciplina inſultat? Annon ſpoliis ejus omnis Italica inhiat inexplebili aviditate rapacitas? Item lib.* IV. *cap.* II. *Fuerunt ante te qui ſe totos ovibus paſcendis exponerent, paſtoris opere & nomine gloriantes: nihil ſibi reputantes indignum, niſi quod ſaluti ovium obviare putarent: non quærentes quæ ſua ſunt ſed impendentes: impendere curam, impendere ſubſtantiam;*

tiam; impendere & ſeipſos: unde unus illorum & Ego ait ſuperimpendar pro animabus veſtris & tanquam dicerent, non venimus miniſtrari ſed miniſtrare: ponebant quoties oportuiſſet ſine ſumptu Euangelium: unus erat de ſubditis quæſtus, una pompa, unaque voluptas, ſi quomodo eos poßent parare Domino plebem perfectam id omnimodis ſatagebant etiam in multa contritione cordis & corporis, in labore & ærumna, in fame & ſiti, in frigore & nuditate: Ubi nunc quæſo conſuetudo hæc? ſubiit diſſimilis valde longe; in aliud mutata ſunt ſtudia, & utinam non in pejus &c. Quibus ex querelis S. Bernardi diſcimus, verum Eccleſiæ patrimonium & opes eſſe, ut animæ hominum Chriſto lucrifiant.

Undecimo, cum poteſtas Eccleſiaſtica pure ſit miniſterialis ſpiritualis, vacua omni jure cogendi temporaliter; nemo poteſt niſi contra legem Dei aſſerere Romanum Pontificem divinitus aliquam habere poteſtatem in temporalibus; ut alias oſtendimus: quanto ergo minus dicere, Papam debere omnes Reges atque Imperatores mundi opibus & potentia terrena antellere, quo ſuis viribus & proprio Marte cunctas hæreſes & ſchiſmata diſrumpat? Siquidem Chriſtiani ſuaviter ab Eccleſiaſticis docendi, alliciendi,& retinendi ſunt in ſanctorum communione: non autem ferro & igne cogendi: quia ut ait Apoſtolus: *In carne ambulantes non ſecundum carnem ambulamus. Nam arma militia noſtra non carnalia ſunt,*

ſed

ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam. Dei & in Captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti II. Corinthior. 10. Ubi dignum obſervatione, ſola actuum Hierarchicorum adminiſtratione, illuminando per doctrinam, purgando per pœnitentiam & cenſuras, atque perficiendo reliquorum Sacramentorum miniſterio, intellectum humanum captivari in obſequium Chriſti: armis autem carnalibus, quæ Eccleſia neſcit, homines trucidari, & laniari. Quibus comprobandis occurrit & S. Bernardi teſtimonium II. de Conſideratione cap. V. *Et nos igitur, ut multum ſentiamus de nobis, nobis impoſitum ſenſerimus miniſterium, non dominium datum, &c. I, ergo & tu, & tibi uſurpare aude aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolicus dominatum. Plane ab alterutro probiberis: ſi utrumque ſimul habere voles, perdes utrumque; forma Apoſtolica hac eſt dominatio interdicitur indicitur miniſtratio: qua & commendatur ipſius exemplo legislatoris: qui ſequutus adjungit: Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat, &c.* Hercle quidem Cardinalis Senenſis, magna hic detegit Curiæ Romanæ myſteria, quæ Monarchiam temporalem contra jus Divinum & Naturale affectat, in eoque omnia ſua ſtudia & conatus collocat. Quo incepto, pueris notiſſimum eſt, Imperium Romanum, quod orbis Chriſtiani erat propugnaculum,

Digitized by Google

& Eccleſiæ Thalamus, in permultas imbelles atque impotentes dynaſtias ita diſſipatum fuiſſe, ut Imperatoribus tota Italia exactis, Curia Romana omnibus Regibus ac Principibus legem edicat, eoſque ſi repugnent abdicet & mactandos exponat niſi obtemperarint; quod ipſum clare docet Franciſcus Suares lib. VI cap. 4 num. 18. Defenſionis fidei Catholicæ, ut eam vocat. Certe nullo verſor in dubio, ſi Dominus noſter, ut fingit Æneas Sylvius, Romanum Pontificem opibus atque divitiis terrenis omnes Reges & Imperatores terræ ſuperare voluiſſet: quin potius Tiberium Cæſarem quam B. Petrum pauperrimum piſcatorem elegiſſet in Romanum Pontificem. Deus immortalis, quam diverſa ſunt Dei atq; hominum, Eccleſiæ Catholicæ & Curiæ Romanæ judicia, & inſtituta: quod unicuiq; diligenter notandum venit, ne quis ex humanorum judiciorum imbecillitate occaſionem captet ſcandali. Nam Chriſtus Dominus mitiſſimos & manſuetiſſimos paſtores Eccleſiæ ſuæ præfici, eamque ob cauſam illos omni genere teli aut aculei, more Regis apum exarmari voluit: Contra autem Cardinalis Senenſis Papam Monarcham temporalem omnibus Imperatoribus & Regibus terræ qui ſunt, aut unquam fuerunt, potentiorem efficit. Quod verò memorat abſque magnis opibus & divitiis quibus Reges & Imperatores Eccleſiam locupletarunt, nullum hodie

hodie Chriſtianæ Religionis fundamentum iri inventum, tota aberrat via, & ad humanum non ad Euangelii ſenſum loquitur: quoniam infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia, 1 Corinthior. 1. Hercle ab eo tempore quo Pontifices Romani curam rerum temporalium præter officium paſtorale ſuſceperunt, & ditione prophana à Carolo Magno locupletati ſunt, Turcicum Imperium in dies auctum, & mores Eccleſiaſticorum corruptiſſimos evaſiſſe experimur. Dolenter dico, Cardinalem Senenſem hic multa myſteria Apocalypſeos de Curiæ Romanæ ſtudiis reſerare, atque oſtendere Curialibus hoc in votis eſſe ut regnum ſpirituale Chriſti in temporale transforment, more Judæorum qui nihil niſi temporale de Meſſia imaginantur: ſed bene eſt quod Eccleſiæ doctrina longo diſtat intervallo à Curiæ Romanæ placitis.

Duodecimo vitioſiſſima eſt Collectio aſſerere, Chriſtum ideo voluiſſe Papam ditiorem eſſe omnibus Regibus & Principibus mundi, quia Apoſtolos fecit piſcatores hominum: quaſi cum hominibus etiam illorum aut ampliores divitias piſcari deberent: fabulæ! fateor quidem omnibus Eccleſiæ miniſtris neceſſaria ad honeſtam tutelam ſui ſtatus deberi, idque jure Divino & Naturali: fatemur pariter Apoſtolos in Eccleſia primitiva plenam habuiſſe diſpenſationem bonorum temporalium quæ ad eorum pedes à fidelibus defereban-

bantur : Contendimus quoque illa bona ex Geometrica Proportione unicuique erogata fuiſſe ad victum, veſtitum, atque alia neceſſaria. Sed pernegamus, illos aut ejuſmodi bona in luxum & faſtum ſeculi, aut ad parentes, filios, nepotes, vel affines ſuos locupletandos unquam inſumpſiſſe. Negamus quoque S. Petrum ſibi aliquid privatim ex ejuſmodi bonis reſervaſſe, aut potuiſſe Canonice reſervare: quo dehinc quempiam ex ſuis Curialibus, cum nullos plane habuerit, locupletaret. Ratio eſt quoniam Eccleſia tum Ariſtocratice non abſoluto unius Imperio, ut hodie, gubernabatur. Quod ſi Actorum VI. murmur factum eſt Græcorum, quod eorum viduæ diſpicerentur in quotidiano miniſterio : illudque murmur ante ſedari non potuit, quam conſtituerentur boni viri pleni Spiritu Sancto & ſapientia qui miniſtrarent menſis: Quanto magis querelæ tum juſtiores fuiſſent adverſus Petrum & alios Apoſtolos, ſi, ut fit hodie in Curia Romana, omnia temporalia ſibi ſolis atque miniſtris ſuis addixiſſent? De Bernardini Senenſis dicterio quod Papatum abſque Imperio ſi offerretur capere nollet, vox eſt digna minio & ſpongia tanquam penitus abhorrens ab Euangelio: quo dignoſcimus ſolam poteſtatem miniſterialem ſpiritualem relictam Eccleſiæ à Chriſto.

Decimo tertio, quanquam Sedes Apoſtolica primatum habeat ſuper alias Eccleſias, ut

Digitized by Google

omnes fatentur Catholici : tamen non poteſt inde inferri, minime licitum eſſe ab illa ad Generale Concilium provocare : quando Primatus Petro delatus eſt in ordine ad regimen Ariſtocraticum: certumque eſt jus appellandi à Sede Apoſtolica ſemper uſitatum fuiſſe à primis Eccleſiæ temporibus, ut docet quintus Canon Nicænus, & Hiſtoria ſexti Concilii Carthaginenſis, de qua in priore libro hujus Operis : legenda pariter quæ in ultima Seſſione Synodi Conſtantienſis obſervavimus de Apellatione Polonorum à gravamine Martini V. Jam alias monui, Curiæ Romanæ in ſua cauſa nullam haberi fidem oportere, ſi contra jus Divinum, Naturale & Canonicum loquatur : neque illius clamores, minas, aut cenſuras adverſum legitimas appellationes ad Concilium, debere cuiquam religionem faceſſere. Porro, quod Cardinalis Senenſis perhibet ei qui à ſententia Papæ opprimitur, non magis eſſe repugnandum quam ſi à Rege aut Magiſtratu politico opprimeretur, toto aberrat cælo : quoniam diverſa eſt omnino natura regiminis ſpiritualis miniſterialis Eccleſiæ, & poteſtatis ſecularis : hæc enim ex vi ſuæ Inſtitutionis dominatur, neque abſque abſoluto Imperio valet ſubſiſtere; ideoque gladium habet à Deo, ut abſolute cogat quæcumque imperat : Quocirca Regi neceſſario eſt obtemperandum. Porro quæ Æneas Sylvius ad ſuæ opinionis patrocinium ex Nicolao

C Papa,

Papa, Aurelio & Gelaſio profert; nullius aut ſaltem exigui ſunt momenti: quoniam Pontificibus in ſua cauſa auſcultandum minime eſt, niſi conformiter ad jus Divinum, Naturale & Canonicum loquantur. Quondam in Primitiva Eccleſia, etiam de Epiſcopi Romani ſententia cognoſcebatur in Synodo Provinciali: quæ ſingulis annis ſemel atque iterum habebatur: ſicque tribunalia Eccleſiaſtica omnibus patebant, non autem, ut fit hodie, cum ſumma injuria claudebantur per abſolutam potentiam; quam & Papa ſibi ſuper omnes Eccleſias, & viciſſim ſinguli Epiſcopi æmulatione Pontificis ſuper omnes ſibi inferiores contra jus Divinum & Naturale arrogant: omniaque cum oligarchico conſilio monarchice decernunt: ſicque & vetera ſchiſmata corroborant, & viam ad novam uniunt. Verum enim vero has Cardinalis Senenſis pro curia Romana velitationes claudere lubet Æneæ Sylvii teſtimonio Epiſtola LXVI. ad Joannem Peregallum: *Scis*, ait, *quia Tridentina præbenda impetitur: tuque defenſor es Cauſæ: nihil eſt quod abſque argento Romana Curia dedat: Nam & ipſæ manus impoſitiones, & Spiritus Sancti dona venduntur. Nec peccatorum venia niſi nummatis impenditur.*

Duobus annis poſtquam Cardinalis Senenſis hoc opuſculum de Gallorum & Germanorum moribus edidit: Calixitus III. diem ſupremum exegit, Anno MCCCCLVIII. In cujus lo-

locum Æneas Sylvius cooptatur: qui quidem ſummam induſtriam, prudentiam cæteraſque animi dotes quibus pollebat, toto tempore ſui Pontificatus impendit, partim in bello Turcico conciliando: partim in memoria decretorum Synodi Baſileenſis & pragmaticæ ſanctionis ubique terrarum obliteranda. Quamprimum eſt inauguratus Pontifex, in hæc verba ſcripſit ad Univerſitatem Pariſienſem: *Nos enim pro noſtræ erga vos mentis affectu diſpoſiti ſumus in caſibus occurrentibus veſtram devotionem ſpecialium gratiarum prærogativis, & aliis beneplacitis quantum cum Deo poterimus confovere. Datum Romæ, Anno* MCCCCLVIII. *Pridie Nonas Septembris.* Id eſt altero menſe poſt ſuam electionem ad Pontificatum. Hæc Epiſtola eſt CCCLXIV. inter Æneæ Sylvii Epiſtolas. At vero cum anno 1460. Conventus Moguntiæ indixiſſet ad ineundam rationem belli Turcis inferendi, & Franciæ Rex Carolus VII. Oratores ſuos illuc miſiſſet, nimirum Prælatos, Doctores, & milites, primo quidem aditu illos Oratores peramanter excepit, deinde aliquanto poſt motum animi adverſus Regem & regnum Franciæ ob Pragmaticæ Sanctionis obſervationem celare non potuit: Nam alluſione facta ad locum allegoricum Levitici 21. ubi cavetur *Ne Pontifex magnus legis Moſaicæ ad omnem mortuum ingrediatur*, Pragmaticam Sanctionem appellavit *maculam & rugam Eccleſiæ*, ſeque à Regis &

Digitized by Google

regni communicatione velle abſtinere oſtendit: & inſuper de Parlamento valde conqueſtus eſt. Quod ubi Oratores retulerunt Carolo Franciæ, regi, hic habito optimatum & ſapientum regni ſui Conſilio, imperavit Magiſtro JOANNI DAUVET Procuratori ſuo generali Curiæ Parlamenti, ut de his Pii II. inceptis provocaret ad Generale Concilium, & actum Appellationis inſtrueret: quo quidem primo oſtendit, Chriſtum Eccleſiam Sponſam Principibus ſeculi crediidiſſe protegandam, ut diſciplinam Eccleſiaſticam & Canones Univerſali Eccleſiæ conſenſu editos ſervari curarent, *Can. Principes* 23. *quæſt.* 5. & olim Pontifices antequam tanta ſollicitudine commodorum temporalium à recto tramite abducerentur, id ſponte curaviſſe, nunc vero quæ ſua ſunt non quæ Chriſti quærere. Et quoniam Pontifex dixerat ſe velle Romæ in Baſilica Lateranenſi Concilium habere & indicere, Rex opponit ibi liberum eſſe non poſſe: adjungitque Decretalem Mantuæ editam à Pio II. contra illos qui ad Generale Concilium provocant, quæ incipit *Execrabilis & inauditus*, ſententiæ antiquorum Patrum repugnare; etiam certe quia illa Regis Appellatio multa ſcitu digna continet quæ ad Hiſtoriam Conciliorum ſpectant eam verbum de verbo hic adſcribam, ſi prius monuero illam Pii Decretalem *Execrabilis* extare in Bullario Pontificum, & pro cauſa ſupponere quod appel-

pellantes ad Concilium nutriant rebellionem adverſus primam Sedem, & interim libertas delinquendi concedatur atque omnis Eccleſiaſtica diſciplina & Hierarchicus ordo confundatur: quas rationes amplius tractat lib. de Germanorum moribus, de quo ſupra.

In Nomine Domini amen. *Præſentis Inſtrumenti publici ſeriem & tenorem inſpecturis, pateat univerſis evidenter & ſit notum, Quod anno ejuſdem Domini 1460. more Gallicano, Indictione nona, menſis vero Februarii die 10. Pontificatus SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pii digna Dei Providentia Papæ II. anno tertio curam venerabilibus in Chriſto Patre Dominis Joanne Regnauldi Abbate monaſterii S. Euodii de Brana Ordinis Præmonſtratenſis Diœceſis Sueſſionenſis; & Religioſo viro, fratre Petro Queſnot, Priore Prioratus Conventualis S. Salvatoris prope Brayam ſupra Sequanam Senonenſis Diœceſis. In Notariorum publicorum ſubſcriptorum ac teſtium infra nominatorum ad hæc, vocatorum ſpecialiter & rogatorum præſentia, propter hoc perſonaliter conſtitutus vir circumſpectus & honorandus Magiſter* Joannes Dauvet, *in jure civili Licentiatus, Chriſtianiſſimi Domini noſtri Francorum regis Procurator generalis, dixit, quod ad obviandum turbationibus veriſimiliter emergentibus & emerſuris in Eccleſia ſancta Dei, necnon quibuſdam licet nullis & injuſtis, Reſponſis literis Apoſtolicis & Cenſuris prætenſis & gravaminibus per præfatum SS. Dom. noſtrum Papam Pium prolatis decretis, & publica-*

tis aut comminatis, prout fertur, ſeu faciendis ortaſſis ac facturis adverſus præfatum Dominum noſtrum Francorum Regem, ſuorumque dominiorum incolas, utque proviſio valida, debita ſubſequatur; Ex deliberatione matura Principum, Prælatorum, Nobilium, ſapientum virorum plurimorum regni ejuſdem emanarunt certæ informationes, proteſtationes, ſummationes, requeſtæ juſtæ & rationabiliter, nec non provocatio & appellatio legitime ſi opus ſit directæ vel dirigendæ eodem D. N. Papæ contentæ & expreſſæ in quodam Codicillo ſeu ſcriptura quem idem dominus Procurator in altera ſuarum manuum tunc tenebat, cujus tenor talis eſſe dignoſcitur, IN NOMINE DOMINI *Amen. Per hoc præſens verum & publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter, & ſit notum, Quod anno ejuſdem Domini* 1460. *Indictione nona die* 10. *Menſis Novembris Pontificatus SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pii Divina providentia Papæ* II. *anno* III. *in noſtri Notariorum ſubſcriptorum teſtiumque infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus venerabilis & magnæ auctoritatis vir circumſpectus & honorandus M. Joannes Dauvet in jure Civili Licentiatus Chriſtianiſſimi Domini Francorum Regis Procurator generalis præmiſſis Proteſtationibus de omni reverentia, honore, & obedientia per eum debitis eidem Domino noſtro Papæ Pio & aliis Summis Pontificibus & Sacris Generalibus Conciliis ſemper pro ſuo poſſe per eum exhibendis; ſingulariter etiam adſtrictus fideli & diligenti exequutioni mandatorum dicti N. N.*

Re-

Regis & defenſioni jurium, prærogativarum, privilegiorumque ſuæ Majeſtatis & regni ejus, nomine procuratorio ejuſdem Domini noſtri Regis tam pro eo quam pro omnibus ſuorum Regni & Delphinatus, aliorumque ſuorum Dominiorum habitatoribus & incolis Eccleſiaſticis & ſecularibus, ceteriſque Prælatis, Principibus & aliis adhærentibus, & adhæſuris in hac parte, de mandato ſuo ſpeciali & expreſſo, ut dicebat, quandam ſcripturam nobis exhibuit, atque coram nobis contenta in eadem, fecit & explevit, ac præſenti Inſtrumento inſeri requiſivit; cujus quidem ſcripturæ tenor ſequitur in hæc verba. PRINCIPES SECULI *nonnunquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem poteſtatem tueantur & muniant Eccleſiaſticam diſciplinam, & ut ait Iſidorus, cognoſcant Deo ſe debere reddere rationem propter Eccleſiam quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt: ſive augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſive ſolvatur, ille ab eis rationem exigit qui horum poteſtati ſuam Eccleſiam tradidit. Cum vero ante aliquot annos ipſa Eccleſiaſtica diſciplina plurimum lapſa fuiſſe videretur, & derelictis Canonibus Sanctorum Patrum & Sacrorum Conciliorum, ac decretis antiquorum Summorum Pontificum plurimæ inordinationes, deformitates & exceſſus in Clero pariter & populo Chriſtiano implevißent; ex quibus offenſa Divina Majeſtas, grave & diuturnum ſchiſma in Summo Pontificio durare permiſerat, congregata tandem fuit magna Conſtantienſis Synodus, quæ præfato ſchiſmati exſtirpando, moribuſ-*

Digitized by Google

buſque reformandis auctoritate univerſalis Eccleſiæ intendere volens imprimis decrevit, ſtatuit, diffinivit, declaravit & ordinavit, QUOD IPSA SYNODUS *in Spiritu Sancto legitime congregata, Generale Concilium faciens & Eccleſiam militarem repræſentans, à Chriſto immediate auctoritatem habet: cui quilibet cujuſcumque ſtatus vel dignitatis etiamſi Papalis exiſtat, obedire tenetur. In his quæ pertinent ad fidem, & exſtirpationem dicti ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris: & inſuper declaravit quod quicumque, cujuſcumque ſtatus vel dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat; qui mandatis, ſtatutis ſeu ordinationibus aut præceptis ipſius Sacræ Synodi, & cujuſcumque alterius Concilii legitime congregati obedire contempſerit, condignæ pœnitentiæ ſubjaceat, & debite puniatur, etiam ad alia juris ſubſidiæ ſi opus fuerit recurrendo. Subſequentur Sacroſancta Generalis Baſileenſis Synodus auctoritate duorum Summorum Pontificum Martini* V. & *Eugenii* IV. & *duorum præcedentium Conciliorum Conſtantienſis & Senenſis legitime congregata, eaſdem ordinationes, definitiones declarationes, decreta, & ſtatuta in publica ſeſſione renovavit præſidente * in eadem Sedis Apoſtolicæ Legato; cujus quidem ſic declaratæ auctoritatis vigore, præfata Conſtantienſis Synodus, ſchiſma jam longo tempore inveteratum exſtirpavit, ac pacem deſideratiſſimam univerſæ Eccleſiæ Chriſti reddidit: fueruntque tam in eadem Conſtantienſi quam in prædicta Baſileenſi Generalibus Synodis pro reformatione ipſius Eccleſiæ Dei in capite & in membris,*

plu-

Digitized by Google

plurimi ſacri Canones editi & promulgati: qui quidem poſtmodum per ſolennes Legatos & Nuncios ipſius Generalis Concilii Baſileenſis Chriſtianiſſimo Domino noſtro Francorum Regi & Clero ſuorum regni & Delphinatus Viennenſium eo tempore in civitate Biturcenſi congregato, ubi copioſus Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Capitulorum, Eccleſiarum Cathedralium, & aliorum Prælatorum ac doctiſſimorum Oratorum, univerſitatum, ſtudiorum eorumdem Regni & Delphinatus numerus interfuit, oblati & præſentati extiterunt, requiſieruntque inſtanter præfati Legati & Oratores nomine ipſius Generalis Concilii, ut idem dominus noſter Rex & Eccleſia dictorum Regni & Delphinatus, eoſdem Sacros Canones pro ſalutari regimine totius Eccleſiæ editos amplecti & in debitam exequutionem producere vellent. Super his autem matura deliberatione habita, prædicta congregatio Prælatorum & Cleri concluſit, quod hujuſmodi Canones acceptarentur & exequutionem ſortirentur cum adviſamento aliquarum modificationum, quæ conditioni & diſpoſitioni dictorum Regni & Delphinatus congruere videbantur ſub ſpe quod hujuſmodi modificationes per Sacrum ipſum Concilium admitterentur: ſuper quo inſtantiam apud ipſum Sacrum Concilium facere deberent Regii Oratores: & demum humiliter ſupplicarunt memorati Prælati, & omnis Clerus efficaciter & inviolabiliter per omnes ſubditos ſuos obſervari facere & mandari dignaretur. Poſtmodum vero cum pluribus labentibus annis prædictorum Sacrorum

Digitized by Google

Canonum obſervatio temporibus Eugenii IV. *Nicolai* V. *Calixti* II. *ac Pii* II. *Roman. Pontificum in Regno & Delphinatu prædictis inconcuſſa viguiſſet tandem poſtquam ſuperioribus diebus ad præfatum SS. Dominum noſtrum Pium* II. *Papam modernum & Conventum celebrem Principum Chriſtianorum, quem apud Civitatem Moguntinam indixerat, ſolennes & doctos Oratores, Prælatos & milites, & doctores, in copioſo numero deſtinaſſet Dominus noſter Rex, qui quidem nomine ſuæ Majeſtatis cum omni reverentia, honore, & devotione filialem obedientiam eidem Domino noſtro præſtiterunt, & ad laborandum juxta vires in quærendis remediis pro defenſione fidei Catholicæ, & univerſæ Chriſtianitatis contra hoſtiles invaſiones perfidæ gentis Turcorum, nec non proſequenda pace Chriſtianorum Principum, quæ ad præfatam fidei defenſionem efficaciter procurandam inprimis ſumme neceſſaria videbatur, ſe obtulerunt: exhibentes ſuper ſe regium mandatum literis patentibus exaratum in Authentica forma. Qui etiam benigne & honorifice ab ipſo SS. Domino noſtro in ſuo Conſiſtorio publico ſuſcepti fuerunt, facta per ſanctitatem ſuam adventus eorum jucundiſſima & ornatiſſima congratulatione. Cum vero his peractis poſt aliquot intervallum dierum pro tuendo jure Sereniſſimi Principis, Domini Renati Siciliæ Regis per eoſdem Oratores ipſi SS. Domino noſtro ſupplicatio & requeſta fieret, in eum finem, ut ipſe dominus Rex Siciliæ inveſtituram obtineret regni ſui, quod ſibi jure hereditario à ſuis inclytis progenitoribus deſcen-*

ſcendente pro venit, & à cujus poſſeſſione juridica violenter ſpoliatus extitit; in quo negotio ultra favorem juſtitiæ quem Dominus noſter Rex corde gerit, etiam ad Chriſtianæ religionis commodum vehementer aſpirans, magnopere exoptat, ut Illuſtris Princeps dominus dux Calabriæ, qui in recuperationem ejuſdem regni Siciliæ aliquo tempore per Adverſarios ſui genitoris occupati ſtrenue procedebat, & procedit, tandem pacifica poſſeſſione ipſius Regni potius ad expugnandum Principem Turcarum, & gentem ejus, recuperandamque urbem Conſtantinopolitanam, & cæteras Catholicorum terras violenter raptas, & detentas Deo propitiante cum auxilio aliorum Catholicorum Principum procedent, ſicut attentis nobilitate ſui generis conſtantiaque, magnanimitate, prudentia, cæteriſque ejus virtutibus, nec non convenienti ad hoc ætate & roboris fortitudine plurimum aptus & idoneus eſſe videtur: & ut propter hoc efficacibus auxiliis, defenſioni & protectioni patrimoniorum, & temporalium bonorum S. Romanæ Eccleſiæ, quæ illi regno vicina ſunt ſubveniret, atque intenderet, quatenus Summi Pontifices & S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales cum officiariis S. Sedis Apoſtolicæ ex redditibus & proventibus Chriſti, Apoſtolicæ Sedi à Catholicis Principibus donatis in decenti ſtatu & honorificentia ſuſtentari valerent, nec illa per alienos uſurparentur: IN RESPONDENDO SUPER HIS REBUS, *Sicut accepit Regia Majeſtas, poſt quam plurima de laudibus Franco-*

rum

rum præſatus SS. Dominus noſter præclare dixerat, adjecit etiam loqui in favorem partis adverſæ antedicti domini Renati regis, de grandi exaltatione illegitime natorum aliqua iis interſerendo, quæ potius tacenda fuiſſe videntur : ET DEMUM ADVERSUS CERTOS CANONES IN SACRO BASILEENSI *Concilio Generali univerſali conſenſu editos Sanctorum Patrum antiquis inſtitutis conformes exprimentem ſuæ orationis verba convertit*, DICENS PRAGMATICAM ESSE MACULAM SEU RUGAM, *atque prætextu ejus ſummam Sedis Apoſtolicæ auctoritatem lædi, religionis Chriſtianæ vires enervari, ſe propterea de hac re voluiſſe loqui, ne taciturnitas ejus indulgentia reputaretur* : *& quod ſanabile vulnus erat, fieret mortale, & ipſum Summum Pontificem à conſortio Francorum oporteret abſtinere* : *allegans quod in veteri lege ſcriptum eſt* SUPER OMNEM ANIMAM QUÆ MORTUA EST NON INGREDIETUR PONTIFEX : *Et ſubjungens ex dictis eorum, quod ubicumque peccatum eſt, & in peccato mors, illuc Pontifex non accedet. Ex quibus & aliis quæ poſtmodum audita ſunt, veriſimiliter æſtimatur, velle Dominum noſtrum Regem, ejus Dominia, & univerſos qui Sacros Canones obſervarint ſeu obſervari fecerint à ſuo conſortio ſeparare & abſtrudere. Unde cogitur regia providentia à tanto ſcandalo Eccleſiæ & Chriſtianitatis prout juris fuerit & rationis obviare, ſalva in omnibus S. Sedis Apoſtolicæ reverentia, & illa quæ Summo Pontifici juxta ſententias SS. Patrum debetur obedientia.* IN

PRI-

PRIMIS AUTEM, *eumdem SS. Dominum noſtrum filiali hortatur affectu, ut priuſquam ad ſciſſionem tantæ portionis tantæque multitudinis Chriſtianorum in graviſſimam deplorationem ſtatus Eccleſiæ de facto prorumpat, rem ipſam maturius atque brevius digerat, & conſulat. Summis enim deſideriis optat Regia Majeſtas, ut idem SS. Dominus noſter cum Sacris Generalibus Conciliis pacem foveat & ſuis temporibus Eccleſiam Dei ſalubriter regere & dirigere curaverunt, omni favore in unitate Spiritus & vinculo pacis amplectatur, & proſequatur, ſicuti Sancti ſui Prædeceſſores fatere ſtuduerunt, & pacem & unitatem omnimodam ſervare quærat. Ipſe enim Dominus noſter Rex qui ſemper pacis univerſæ Eccleſiæ deſideratiſſimus eſt ſicut magnis laboribus & ſumptibus pacem & unitatem inter Sacra Concilia & felicis recordationis Dominum Papam Eugenium ac conſequenter Dominum Nicolaum ſucceſſorem ejus proſequutus eſt, ut illi in Sede Apoſtolica pacifici manerent: ſic nunc vehementer cupit, ut SS. Dominus noſter modernas ſuccedens præfatis Pontificibus, pacem manutenere & conſervare laboret, tollatque differentias quæ adverſus Canones univerſali conſenſu editos, per nonnullorum affectus quærentium plus privata commoda quam ſalutem animarum ſuſcitantur, impediuntque ne Summi Pontifices cum Generalibus Conciliis in unitate Spiritus ambulent, eorumque decreta ſervent, ſequantur, & prædicent, ſicut olim profitebantur, ac promptiſſime facere ſolebat, dum non erat tanta commodorum temporalium ſolicitudo, ante omnia re-*

regnum Dei attentius quærebatur, ſed illa voluntarie perturbant quæ pro utilitate communi ordinata ſunt, & ut plenior in omnibus his rebus pax & unitas haberi poſſit, requirit inſtantius idem Dominus noſter Concilium plenarium orbis congregari dignetur in loco tuto ac libero, in quo omnes Prælati Eccleſiarum ac viri periti & timentes Deum qui Conciliis Generalibus intereſſe habent, libere ſuper prætactis materiis ſua vota & Conſilia dare poſſint in fraternitate, amore, ac tranquillitate animorum ac pace Chriſtiana. Quod etiam hic maxime neceſſarium eſſe videtur pro ſuccurſu fidei orthodoxæ; nam licet plura hinc inde invocentur auxilia & diverſæ pecuniarum ſummæ variis modis hujus rei prætextu hactenus petitæ & collatæ ſint, parum tamen aut nullum efficax remedium adverſus ipſius catholicæ fidei, proh dolor! præſtatur, dum differtur nimium plenarii Concilii proviſio, in quo univerſus Clerus & Principes Catholici junctis animis opportuna remedia tantæ neceſſitati venirent quæſituri. Et jam tempus decem annorum effluxerunt; dudum eſt in quo ſecundum inſtituta magnæ Synodi Conſtantienſis, ipſum Concilium debebat celebrari. Illis vero quæ in præfato plenario Concilio determinabuntur Rex devoto & benigno animo acquieſcere paratus erit & optat hominibus bonam moderationem fieri, bonum ordinem dari, quatenus omnis clerus in pace & quiete Deo ſervire poſſit ad gloriam ipſius altiſſimi, & ſalutarem ædificationem populi Chriſtiani: ut autem Præfatum Concilium rite celebrari poſſit, neceſſarium eſt ipſum in tali

loco

Digitized by Google

loco conſtitui, ut omnibus pateat plena libertas: nec credendum eſt in veritate ſubſiſtere quod nonnulli ferunt, SS. Dominum noſtrum velle in Laterano univerſale Concilium celebrare: cum locus ille fere omnibus Nationibus Chriſtianorum acceſſu difficilis ſit, & frequenter peſtibus ſubditus, ſtanteque contradictione, qua Summus Pontifex adverſus Canones Conciliorum agere videtur, non illic eſſet plena deliberandi libertas: attenta etiam certa Liga quæ adverſus Illuſtriſſimum Dominum Renatum regem Siciliæ & ſuos hæredes & ſucceſſores facta refertur, quam & ipſe SS. Dominus noſter, ut dicitur, aperte ſovet & ſuſtinet, & Ligæ ejuſdem caput & principalis notorie aſſeritur. Ubi, autem locus liber in alia regione electus fuerit, poterit ipſe SS. Dominus noſter, ſi Sanctitati ſuæ placitum fuerit ad eum locum ſe transferre, qui etiam pro zelo fidei ad alia loca remota ſe facere transferri aliquando dicitur obtuliſſe. Si vero magis ei placuerit, illuc ſuos poterit deſtinare legatos, ſicut Summi Pontifices olim ad Plenaria Concilia feciſſe dicuntur: & omni æquitati conſonum eſſe videtur (ut poſtquam noviſſima Concilia in nationibus Italiæ & Germaniæ celebrata fuerunt) jam in Galliis quæ admodum viris in jure divino & humano peritis abundant, & in quibus retroactis temporibus paſſagia ultramarina concluſa fuerunt, & grandes exercitus Chriſtianorum ad recuperationem Terræ Sanctæ inſtaurati, nunc fieret congregatio Eccleſiæ univerſæ. Sunt etiam dignæ recordationis, quod Nicolaus PP. V. proximum Generale Concilium in ipſa natione Gallicana

licana facere celebrare pollicitus eſt. Offert autem Dominus noſter Rex tuendæ libertati & paci ipſius congregationis univerſalis Eccleſiæ & cunctorum ad eum confluentium omnem operam impendere, & de omnimoda ſecuritate facere efficaciter provideri, quærens ſolum in his rebus ſalutem publicam Chriſtianorum, & univerſalis Eccleſiæ ac Sanctæ Sedis Apoſtolicæ honorem & utilitatem ad Dei gloriam libere procurari. Neque etiam æſtimandum eſt, eundem SS. Dominum noſtrum per literas quas Mantuæ publicaſſe fertur quæ incipiunt, EXECRABILIS ET INAUDITUS, *&c. Voluiſſe prohibere ut in nullo caſu ſive tangat conſervationem orthodoxæ fidei, ſive exſtirpationem ſchiſmatis, ſive univerſalem reformationem Eccleſiæ in capite & in membris, ſuper gravaminibus quæ per aliquem Summorum Pontificum inferri contingeret, Principibus & Regibus liceat quovis modo habere recurſum ad judicium plenarii Concilii* : cum ſub generali prohibitione non veniant ea quæ ſpeciali expreſſione indigerent : *& præſertim talia, ex quibus læſio fidei orthodoxæ & ſchiſmatica formenta atque graviſſima decoloratio ſtatus Eccleſiæ univerſæ ſequi poſſent. Unde B. Auguſtinus Eccleſiæ ſanctæ lumen in Epiſtola ad Glorium, Eleuſium, & Felicem Grammaticum de quibuſdam condemnatis per Melchiadem Papam dicit quod, ſi putarent illos non bene judicaſſe & alios qui ſecum fuerant non bonos judices fuiſſe, reſtabat adhuc plenarium Eccleſiæ univerſalis Concilium, ubi etiam cum ipſis judicibus cauſa poſſet judicari, ut ſi male*

Digitized by Google

male judicaſſe convicti eſſent eorum ſententiæ ſolverentur. Cui rei concordat ſententia B. Hieronymi Epiſtola Euagrium dicentis. Nec altera Romanæ urbis Eccleſia, altera totius orbis exiſtimanda eſt: Et ſi auctoritas quæritur, orbis major eſt urbe. *Attentis itaque præmiſſis ſub expectatione præfati plenarii Concilii & juſtorum judiciorum ejus, intendit Dominus noſter Rex Chriſtianiſſimus, quouſque illud actualiter celebrari contingat, Sanctas leges Conciliorum hactenus celebratorum, & Sacros eorum Canones in ſuis dominiis facere, quantum in eo erit optime cuſtodiri ad Dei honorem & animarum ſalutem. Quia vero ipſum SS. Dominum noſtrum eadem Regia Majeſtas de ſua Parlamenti Curia regali conqueſtum intellexit, omnibus notum eſſe exoptat, quod ipſa Curia ex ſolennibus viris Eccleſiaſticis & ſecularibus uſque ad numerum centenarium à diebus antiquis inſtituta, eas ſolum cauſas pertractat de quibus olim, & à tanto tempore cujus memoria in contrarium non exiſtit, conſuevit cognoſcere, ut quantum ipſa Curia pro Eccleſiarum juribus tuendis & defendendis neceſſaria ſit, univerſi agnoſcere poſſint. Ubi vero idem Dominus. SS. Noſter, cui poteſtas data eſt in ædificationem non in deſtructionem, evertere vellet ipſum Dominum noſtrum Regem, aut viros Eccleſiaſticos, vel etiam ſeculares in ipſius Dominis conſtitutos, & ſibi ſubditos & adhærentes propter obſervationem Canonum gravare & moleſtare: Proteſtor ego* JOANNES DAUVET, *procurator regius generalis, &*

Digitized by Google

in hac parte ſpecialis nomine antedicto, & per Notarios ſubſcriptos de talium Sententiarum ac cenſurarum nullitate, juxta Canonicas ſanctiones, quæ in pluribus caſibus Sententias & Cenſuras Paſtorum & judicum nullas eſſe decernunt: ſubmittendo tamen omnia ſicut prætactum eſt judicio univerſalis Concilii, ad quod ſuper his omnibus recurſum habere intendit Chriſtianiſſimus Dominus noſter Rex, ac etiam ſi in quantum opus eſt à prædictis gravaminibus comminatis, vel excogitatis ſeu de facto inferendis vel illatis, prout melius poſſum & mihi licet nomine antedicto, PROVOCO ET APPELLO, *in his ſcriptis. Inſuper ſi SS. Dominus noſter celebrationem plenarii Concilii in loco libero, ut præmiſſum eſt facere recuſaverit, aut nimium diſtulerit, volens ipſe Dominus noſter Rex, quantum in eo erit, neceſſitati fidei orthodoxæ, & univerſæ Eccleſiæ ſuccurrere, intendit alios Principes Chriſtianos exhortari, ut omnes unanimiter univerſalem Eccleſiam in plenario Concilio congregari laborent. Sperat tamen ejus regia benignitas SS. Dominum noſtrum ſuis in ea re juſtis & neceſſariis petitionibus tanta æquitate favere; & ſua paterna ſollicitudine in omnibus ita providere, quod non erit opus prædictos aſſumere labores.* OMNIA AUTEM SUPRADICTA, *coram vobis Notariis tanquam perſonis publicis & authenticis, Ego Procurator præfatus, nomine antedicto, melioribus modo & forma quibus poſſum dico, facio, & propono, ac in quantum opus eſt* APOSTOLOS PETO, *& requiro, proteſtans ſupra dicta & acta cum depen-*

den-

Digitized by Google

dentibus perſonis, temporibus & locis opportunis notificare, exponere, ampliare & condecenter verificare: cateraque facere congrue & debite facienda ſecundum juris formam cum cæteris ſubmiſſionibus & poteſtationibus debitis, petens inſtrumenta unum aut plura. Fuerunt autem præmiſſa facta coram honorabilibus viris Magiſtris Andræa le Clerc, Bartholomeo Mareſchal, auctoritate Apoſtolica Notariis, & Curiæ Archiepiſcopalis Bituricenſis juratis, præſentibus: præſentibus & in teſtes vocatis & rogatis venerabilibus & circumſpectis viris, Domino Joanne Quinot, utriuſque Juris Doctore, Magiſtris Nicolao Sardie, Joanne le Viſte in Jure Civili Licentiato, & Stephano Bandomiere Clerico Andegavenſi: Quibus contentis, *nondum data noſcitur Reſponſio ac proviſio ordinata in convenientibus periculis & gravaminibus ibidem deſcriptis, quorum etiam continuatio ſcandaloſa foret, ſi frequens Juris ſubſidium non obeſſet. Idcirco ex peritorum deliberatione graviſſima ab ipſis inſinuationibus, ſummationibus, requeſtis, proteſtationibus, provocatione & appellatione præmiſſi; nullatenus recedens, ſed eiſdem adhærens, rurſum & de novo modo & forma, & ex cauſis in eodem Codicillo deſcriptis, omnia & ſingula contenta in eodem codicillo iterum fecit, inſinuavit, provocavit, & appellavit, facitque, inſinuat, provocat & appellat, ſi & quantum opus ſit dictus Magiſter* Joannes Dauvet, *procurator generalis dicti Domini noſtri Regis ſpecialiter etiam & expreſſe ad hoc pro & nomine ipſius Domini noſtri*

Digitized by Google

Regis commiſſus, & de expreſſo mandato, ut aſſeruit commiſſus, cum omni tamen reverentia & honore ac filiali obedientia ſemper & in omnibus præponendis & cum proteſtationibus debitis & conſuetis, PETENS APOSTOLOS *à dictis Dominis Abbate & Priore ſibi dari hos & tales quales ſibi dare melius poterant, & à nobis Notariis ſubſcriptis teſtimoniales. Qui quidem Domini Abbas & Prior illico & incontinenti dicto M. Joanni Dauvet Procuratori quo ſupra nomine, Apoſtolos dederunt & tradiderunt ſcripto in hunc modum.*

OB REVERENTIAM; *militantis Eccleſiæ, ad quam apellatis repræſentandam in generali Concilio congregando & quoniam provocatio ſeu appellatio per vos facta ſtatum ejuſdem univerſalis Eccleſiæ & Sacrorum Conciliorum auctoritatem, ac tantum Principem tantamque Chriſtianitatis portionem, ſic ut Chriſtianiſſimum Francorum Regem & ſuum nobiliſſimum regnum de directo tangit & concernit: idcirco quantum de jure poſſumus & valemus Appellationi veſtræ deferimus reverenter, & hoc pro Apoſtolis vobis reſpondemus. De & ſuper quibus præmiſſis omnibus & ſingulis dictus Magiſter Joannes Dauvet procurator per nos Notarios publicos infraſcriptos ſibi fieri voluit & petiit publicum Inſtrumentum unum vel plura, ſi ſit opus, Aſtantes invocando in præmiſſorum teſtimonium. Acta hæc fuerunt in Aula Majori Palatii regalis Pariſienſis ſub anno, indictione, menſe, die, & Pontificatu prædictis, præſentibus ad hæc nobili & præpotenti Domino, Domino Andræa de Laval Domino* de

de Logeac Mareſcallo Franciæ, nec non viris magnæ auctoritatis Magiſtris Stephano Chevalier Theſaurario Generali Franciæ, Joanne Barbin Advocato regio in ſuo ſuprema Parlamenti Curia, Petro Maugier Decretorum Profeſſore Andræa Couraült Conſiliario regis in ſuo theſauro, & Stephano Baudonnier Clerico Andegavenſis diœceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Signatum Jean de Sancto vicario, & Herne Hecauſquier Natariis.

Hinc ergo conſpicuum redditur, Curiam Romanam tanto impenſius laboraſſe, ut antiquaretur Sanctio Pragmatica, quanto Galli certabant ſtudio ut ſarta tecta retineretur: & præterea id quod alias obſervavimus comprobatur, Carolum VII. nullis pepercisse ſumptibus & laboribus, ut Eccleſia ſub Eugenio IV. & Nicolao V. pace frueretur, nec fibræ ullæ ſchiſmatis propter Felicis Papæ electionem à Patribus Baſileenſibus factam manerent: Neque etiam ſilentio premendum, Pium II. ideo Moguntiæ & Mantuæ conventus habuiſſe, ut Canoni Conſtantienſi de ſingulis decenniis Concilio celebrando illuderet. Ex his autem tabulis diſcimus quidnam ſit petere & dare Apoſtolos. Verum Carolo VII. mortuo cum menſe Julio anno 1461. Ludovicus XI. thronum regium conſcendiſſet Pius II. die 26, Octobris ejuſdem anni ſequentem Epiſtolam quæ eſt 387. inter Æneæ Sylvii epiſtolas miſit Ludovico.

VII. *Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei,*

charissimo in Christo filio Ludovico Regi Franciæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Accepimus ex literis venerabilis fratris noſtri Joannis Atrebatenſis, quanta eum charitate complexus ſis: & quam pium erga nos & Romanam Eccleſiam geras affectum, & quam ad tollendam de Regno tuo conſtitutionem illam, quæ Pragmatica dicta eſt, volenti & erecto ſis animo. Laudamus Deum, & ſuæ Majeſtati benedicimus, qui talem tibi mentem dedit. Nam quid aliud dicere poſſumus niſi quod Dei beneficio ex maximis periculis liberatus es & in hæc tempora reſervatus, ut eſſes qui ſuſcepto regno paterno ſublatis erroribus libertatem S.R.E. inſtaurares atque reſtitueres: & majorem tuorum æquata gloria Chriſtiano nomini quietem fundares. Benedictus Dominus qui tuæ perſonæ cuſtos fuit, & Spiritum tuum erexit, ut cogitares quæ pia & omni laude digna ſunt. Sic Magnus Conſtantinus, ſic duo Theodoſii, ſic Carolus Magnus, & plures ex tuis Progenitoribus immortale nomen & inextinguibilem conſequuti ſunt gloriam: quia Romanam Eccleſiam matrem ſuam debito ſunt honore proſequuti: quorum te veſtigiis inhærentem, & diligimus totis præcordiis, & laudamus: & omnis te poſteritas celebrabit. Illud autem inter cætera commendamus, & quod abſque conventu & conſulatione multorum Pragmaticam auferre conſtituiſti: quemadmodum idem Epiſcopus nobis ſignificavit. Sapis certe, & Regem te magnum oſtendis, qui non regaris, ſed regas. Optimus enim Princeps eſt, qui per ſe recta cognoſcit & operatur, qualem te eſſe confidi-

ſidimus. Nec ſcriptura, quæ ait, ubi multa conſilia ibi ſalus multorum, multitudinem requirit, ſed Conſiliorum maturitatem & digeſtionem: quæ res in paucis magis quam in multis reperiuntur: Neque enim aut honeſtas, aut juſtitia multitudini facile ſuadetur: quæ variis affectibus agitata ad prona frequenter inclinat: Confuſioni ſubdita eſt conſulentium multitudo: neque bene res ſe habet ubi ſuffragia numerantur, non ponderantur. Sæpe enim fit, ut major pars meliorem vincat. Facis quæ te decent, qui ſciens Pragmaticam ESSE ABSQUE DEO, *eam de Regno tuo eliminare decreviſti. Nec vis in diſceptationem ducere, an fieri debeant quæ tu ipſe facienda noviſti? Hoc eſt Regem eſſe & bonum Regem, & quem boni ament, mali timeant? Nam qui per alios reguntur, nec per ſe intelligunt quæ ſunt agenda contemptui ſunt. Probamus igitur & commendamus admodum quæ de tua deliberatione circa Pragmaticam Epiſcopus Atrebatenſis ſcribit, hortamurque ut quæ propoſuiſti in animo cito effectu facias, neque cum poſſis hodie benefacere, cras faciam, dicas: hilarem datorem diligit Deus: quæ juſta ut honeſta ſunt nolunt moras. Fac tuam ſapientiam ſicut nos cognoſcimus, ita & mundus omnis quamprimum cognoſcat: neque aliquis dicere poſſit, diu noluit, quia diu deliberavit. Quod ſi Prælati tui & univerſitas aliquid ex nobis deſiderent, te mediatore ad Nos recurrant. Nam ſi quis unquam Pontifex fuit Gallicæ nationi affectus, ut multi fuerant, nos certe inter primos reperiemur, qui nomen & gentem hujuſmodi hono-*

Digitized by Google

ramus & diligimus, nec unquam poſtulatis hone-ſtis adverſabimur: Scimuſque dignum eſſe, ut fratribus noſtris Epiſcopis in multis deferamus, eoſque honoremus: pariterque viris doctis, & qui docti eſſe cupiunt, in univerſitatibus literarum ſtudia ſectantibus ſubveniendum eſſe non ignoramus, ab his enim Catholica fides defenditur, & doctrinæ lumen propagatur. Age igitur fili, perfice quod in animo geris: & confide Nos tibi & Regno tuo animo conceſſuros quæ ratio & honeſtas ſuadebit, &c. Datum Romæ Die XXVI. *Octobris* MCCCCLXXI. *Pontificatus noſtri anno quarto.*

At vero in his Pii II. Literis id maxime dignum obſervatione eſt, quod Pragmaticam quæ jure divino & naturali munitur vocet *abſque Deo*: & de tribus Galliæ Ordinibus Curiaque Parlamenti (in quibus tum nulli abſque magno ætatis, doctrinæ, & prudentiæ habito delectu admittebantur) velut de aliqua colluvie & fæce plebis loquatur. Claudius Siſellius Maſſilienſis Epiſcopus ſcribit firmitatem & robur Gallicani imperii tribus rebus acceptum referri: primo moderatæ prudentique Eccleſiaſticorum libertati in vitiis Principum arguendis: Secundo celebrationi trium ordinum in publicis Conventibus Regni: tertio virtuti & Conſtantiæ Parlamentorum. Quibus invictiſſimis munimentis ſtantibus, cum Pius II. Sanctionem pragmaticam abrogari non poſſe cerneret, auctor eſt Ludovico XI. ut deſpectis regni Ordini-

bus

bus & Parlamento illam exauctoret. Monſtreletus, qui temporum illorum hiſtoriam ſcripſit narrat Pium II. ſpe Cardinalatus Gothofridum Albienſem, & Joannem Baluenſem Ebroicenſem Epiſcopos adlactaſſe & ad hoc conficiendum negotium optimos Conſiliarios Ludovico paraviſſe: cui Pius ſpondebat, ſi Pragmaticam antiquaret, ſe legatum in Gallias miſſurum qui pro Regis arbitrio omnia conferret Beneficia: Ita ut neque Annatæ perſolverentur, neque pecuniæ Regni Romam deferrentur. Accedebat quoque Ludovicum Principem ſuſpicioſiſſimum & imperioſiſſimum, libertatem Conventuum Ordinis Eccleſiaſtici æquo animo ferre non poſſe: Quocirca literis quibus Pragmaticam diſrupit edoctus à Pii II Conſiliariis: ait illam *quoddam templum licentiæ Prælatis Galliarum præſtruere*. Cæterum quantum Pius II. bene affectus fuerit Gallicæ Nationi, claret ex Epiſtola undecima Æneæ Sylvii ad Gaſparum Novarienſem, quæ inſcribitur. *De ſuperbia Gallorum. Mihi enim ut credas velim*, inquit, *nullam eſſe quæ Gallorum ſuperet ambitionem: noſtri prætereà inimici ſunt, nec unquam noſtri Sanguinis hominem diligunt. Nam cum ſint ipſi pleni faſtu viderique optimi velint potius quam eſſe, Italos oderunt maxime quo ſe præcellunt: & quia eos virtute nequeunt imitari, invididia proſequuntur. Et quibus potiſſimum abundant vitiis, ea generi noſtro adſcribunt. Sed de his ſatis; quæ non ſcribo ut publices,*

nam hæc ſcribere, quamvis vera ſint plenum diſcriminis eſt nobis, quia Papam habemus Gallicum; alias loqueremur liberius: nunc iſta apud te ſepulta ſint, &c. Sed revertor ad inſtitutum. Curia Parliamenti eodem anno graviſſimas habuit ſuaſiones ad Regem ſuper antiquatione Pragmaticæ: quibus ſuaſionibus nihil motus eſt Ludovicus ab incepto, quin has literas pro abrogatione Pragmaticæ ederet, quas legis inter Epiſtolas Æneæ Sylvii Epiſt. CCCLXXXVIII. & quarta ſeſſione Synodi Lateranenſis ſub Julio II. creduntur que ab ipſomet Pio II. compoſitæ, & Ludovico XI miſſæ ut ei conceptis verbis oſtenderet, quo formula deberet abrogari Pragmatica.

Ludovicus Dei Gratia Francorum Rex: Tibi Sanctiſſimo & Beatiſſimo Patri noſtro Pio Papæ II. obedientiam filialem & plenos devotionis affectus. Deum ſolum ſcientes, cujus providentia bene conſulitur rebus humanis, meliuſque regna & urbes religione cingi atque defendi quam armis & membris: Te vicarium Dei viventis ea veneratione proſequimur, ut Sacra præſertim in Eccleſiaſticis rebus tua monita veluti vocem paſtoris audire, illiſque parere prompta mente velimus. Quapropter beatiſſime Pater, & ſi Conſtitutio quædam in regno noſtro, quam Pragmaticam vocant, magno Prælatorum Conventu, magna temporis deliberatione concluſa fuerit, & jam callum obducta, quietum prope fixerit ſtatum: tu tamen tuis ad nos literis illam à Regno auferri, explodi, abrogarique flagitas: nobis quoque di-

dilectus & fidelis Conſiliarius noſter Joannes Epiſcopus Atrebatenſis, quem cum poteſtate Legati de Latere ad hoc noſtrum Regnum miſiſti, commemoraverit ea ad quæ per ipſum tibi noſtro nomine pollicenda, vovenda & promittenda, nos antequàm regnum ſuſcepiſſemus, (religionis inſtinctus quidam deduxerat) nos noſtra promiſſa exequi, accedente moderatrice rerum Eccleſiaſticarum tua auctoritate ſtudemus ac volumus. Et id quidem tanto volumus animo propenſiore, quanto nobis regnum Franciæ florens & bello vacuum tuetur Deus & protegit. Omnibus itaque victimis potiorem obedientiam intelligentes aſſenſi ſumus his quæ tuo nomine nobis aperta ſunt: ipſam ſcilicet Pragmaticam Sanctionem tibi tuæque Sedi eſſe infenſam: utpote quæ in ſeditione, & ſchiſmatis tempore, atque per ſeditionem ſectioniſque à tua Sede figuram nata ſit; & quæ dum tibi à quo Sacræ leges oriuntur, & manant, quantam libet eripit auctoritatem, omne jus & omnem legem diſſolvit. Illud enim exoritur quod idem Conſiliarius noſter nomine tuæ Sanctitatis aſtruxit: ut dum per Pragmaticam ipſam ſumma in Eccleſia tuæ Sedis auctoritas minuitur, IN REGNO NOSTRO QUODDAM LICENTIÆ TEMPLUM PER ILLAM PRÆSTRUITUR; *dum congruens unitas ad alia regna, conformitaſque tolli videtur, abroganda ſit ipſa Pragmatica pellendaque à Regno noſtro. Quippe quæ adverſus tuam Sedem omnium Eccleſiarum matrem ab inferioribus prælatis lata ſit, tanquam ut ſcriptura loquitur, quo modo ſi elevetur virga contra levantem ſe, aut baculus, qui utique lignum*

lignum eſt. Qui quidem Beatiſſ. Pater licet plerique docti homines confutare niterentur atque diluere, multaque nos adhortarentur abrogare ſanctionem ipſam, te tamen principem totius Eccleſiæ, te Antiſtitem Sacrorum, te Dominici gregis paſtorem profitemur & ſcimus: teque jubentem ſequimur. Tibi & Beatiſſimi Petri Cathedræ conſentimus & jungimur. Itaque ſicut mandaſti Pragmaticam ipſam à Regno noſtro, noſtroque Viennenſi Delphinatu, & omni ditione noſtra per præſentes pellimus, dejicimus, ſtirpituſque abrogamus. Et quam qualemve ante Pragmaticæ ipſius editionem circa Eccleſiarum, beneficiorum aliarumque rerum ſpiritualium diſpoſitionem, cenſuram, moderationem in regno noſtro omnique ditione noſtra tui Prædeceſſores Martinus V. & Eugenius IV. Romani Pontifices habebant & exercebant, talem eandemque noſtro Adjutori B. Petro tibique ipſius ſucceſſori reddimus, præſtamus, & reſtituimus cum ſummo Imperio, cum judicio libero, cum poteſtate non coarctata. Tu enim cum ſcias quid auctoritate divinitus tibi tradita poſſis, quas per Regni noſtri & Eccleſiarum in eo tranquillitatem poſtulabimus, non negliges res neceſſarias, poteriſque ſemper quod optimum fuit judicare. Utere igitur deinceps in Regno noſtro poteſtate tua ut voles, atque illam exerce: Nam ut hominum membra nulla contentione capite uno atque una mente ducuntur, ſic tuis Sacris Decretis Eccleſiæ Prælati in Regno noſtro & Delphinatu conſonantiam & obedientiam plenam refundent. Quod ſi forte obnitebuntur aliqui aut reclamabunt,

bunt, nos in verbo Regio pollicemur tuæ Beatitudini atque promittimus exequi facere tua mandata, omnium appellationum aut appellationis obſtaculo prorſus excluſo; eoſque qui tibi contumaces fuerint, pro tuo juſſu comprimemus & refrænabimus, Datum Turones ſub magno Sigillo noſtro Die XXVII. menſis Novembris anno MCCCCLXI & Regni noſtri anno primo. Sic ſignata per Regem in Conſilio ſuo, &c.

Quibus in literis, Rex inducitur ad Pii II. non ad Regiæ poteſtatis & Ludovici XI. ingenium loquens, alias autem patentes literas Rex miſerat ad Parlamentum per Epiſcopum Ebroicenſem, ut promulgarentur & Pragmatica abrogaretur menſe Septembri tempore vacationum Parlamenti : ſed Magiſter Joannes à Sancto Romano Cognitor Regius Generalis, vir nunquam ſatis laudatus teſte Baudæo, interceſſit quo minus ejuſmodi edictum regis promulgaretur : & Baluenſi Ebroicenſi Epiſcopo reſpondit, ſe officium Cognitoris Regii quod à Ludovico XI. habebat potius ejuraturum quam paſſurum rem tam detrimentoſam Eccleſiæ & Regno fieri.

X. Inſuper Academiæ Pariſienſis Rector Pii II Legatum qui Lutetiam appulerat convenit, eique in eos appellationem ad futurum Concilium de prædicta abrogatione ejuſque affectu denunciavit ac intimavit : Et quoniam juſtitium Parlamento indictum erat recta, ad

Ca-

Caſteletum Pariſienſe idem Academiæ Proceres ſe conferunt & à Prætore Pariſienſi flagitarunt, vellet juberet Appellationem Univerſitatis Pariſienſis in acta referri.

Monſtreletus tertio volumine Chronicorum memorat Edictum Ludovici de Pragmaticæ antiquatione, quamprimum eſt Romam delatum, ipſam Pragmaticam ludibrio populi Romani expoſitam ac per vicos & plateas urbis magna cum lætitia plebis raptatam: neque Pium II. poſtquam voti ſui compos effectus eſt Legatum qui beneficia Gallicanæ Eccleſiæ ad mentem Ludovici conferret, ſicut pollicitus erat, miſiſſe: eamque ob rem Lodovicum facti ſui vehementer pœnituiſſe. Sed tranſeo ad ſuaſiones Parlamenti factas Ludovico pro retinenda & vindicanda Pragmatica, quoniam partem hiſtoriæ noſtræ efficiunt.

FRANC. DUARENUS

Sebaſt. Albaſpinco regis Chriſtianiſſ. legato.

„IN JURIS *Pontificii Commentariis, quos ſuperiore anno, cum una eſſemus conſcripſi, mentio facta eſt à me libelli, quem clariſſimus Senatus Pariſienſis quondam pro defendenda libertate Eccleſiæ adverſus Romanam aulam ad Ludovicum undecimum regem noſtrum miſit. Et quia ejus libri lectio ad confirmationem eorum, qua*

quæ à nobis de poteſtate regis circa miniſteria Ec- “
cleſiæ ibidem tractata ſunt, non parum conducere “
viſa eſt, feci non invitus, ut eum è Gallico in “
Latinum ſermonem à nobis converſum ſimul cum “
ipſo tractatu noſtro imprimendum curarem. Hu- “
jus autem defenſionis argumentum ex lib. 5. ejuſ- “
dem tractatus cap. II. petendum eſt. Quam cum “
leges, nudam ſimplicem, ac rudem rerum maxi- “
marum deſcriptionem ea contineri cogitabis, ad “
quas illuſtrandas & amplificandas excellentis ora- “
toris ſtylo opus eſſe. Eſt enim cauſa hujuſmodi, ut “
vix alia gravior unquam reperiri queat aut accu- “
rata copioſaque oratione hominis alicujus eruditi, “
& Reipublicæ, patriaque miſerabiliter vexatæ “
amantis dignior. Verum exiſtimavit ampliſſimus “
ordo, orationis commentarium paulo plenius, “
quod capita & ſummas rerum complecteretur, “
tum ſufficere, legatis omnia copioſius atque ube- “
rius, ſi ita regi videretur, expoſituris. Hunc “
vero libellum, ut majoris illius operis appendicem, “
quod tuo fratrumque tuorum conſilio, Illuſtriſſ. “
Duci Biturigum Margaritæ dicatum potius quam “
tibi fuit, nunc à me accipies, æternum, ut ſpero, “
neceſſitudinis, quæ mihi tecum jam diu inſtituta “
eſt, monumentum Vale, Avarici Biturig. Pridie “
Idus Maj. 1551. “

Pro

Regis commiſſus, & de expreſſo mandato, ut aſſeruit commiſſus, cum omni tamen reverentia & honore ac filiali obedientia ſemper & in omnibus præponendis & cum proteſtationibus debitis & conſuetis, PETENS APOSTOLOS *à dictis Dominis Abbate & Priore ſibi dari hos & tales quales ſibi dare melius poterant, & à nobis Notariis ſubſcriptis teſtimoniales. Qui quidem Domini Abbas & Prior illico & incontinenti dicto M. Joanni Dauvet Procuratori quo ſupra nomine, Apoſtolos dederunt & tradiderunt ſcripto in hunc modum.*

OB REVERENTIAM; *militantis Eccleſiæ, ad quam apellatis repræſentandam in generali Concilio congregando & quoniam provocatio ſeu appellatio per vos facta ſtatum ejuſdem univerſalis Eccleſiæ & Sacrorum Conciliorum auctoritatem, ac tantum Principem tantamque Chriſtianitatis portionem, ſic ut Chriſtianiſſimum Francorum Regem & ſuum nobiliſſimum regnum de directo tangit & concernit: idcirco quantum de jure poſſumus & valemus Appellationi veſtræ deferimus reverenter, & hoc pro Apoſtolis vobis reſpondemus. De & ſuper quibus præmiſſis omnibus & ſingulis dictus Magiſter Joannes Dauvet procurator per nos Notarios publicos infraſcriptos ſibi fieri voluit & petiit publicum Inſtrumentum unum vel plura, ſi ſit opus, Aſtantes invocando in præmiſſorum teſtimonium. Acta hæc fuerunt in Aula Majori Palatii regalis Pariſienſis ſub anno, indictione, menſe, die, & Pontificatu prædictis, præſentibus ad hæc nobili & præpotenti Domino, Domino Andræa de Laval Domino*

de Logeac Mareſcallo Franciæ, nec non viris magnæ auctoritatis Magiſtris Stephano Chevalier Theſaurario Generali Franciæ, Joanne Barbin Advocato regio in ſuo ſuprema Parlamenti Curia, Petro Maugier Decretorum Profeſſore Andræa Courault Conſiliario regis in ſuo theſauro, & Stephano Baudonnier Clerico Andegavenſis diœceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Signatum Jean de Sancto vicario, & Herne Hecauſquier Natariis.

Hinc ergo conſpicuum redditur, Curiam Romanam tanto impenſius laboraſſe, ut antiquaretur Sanctio Pragmatica, quanto Galli certabant ſtudio ut ſarta tecta retineretur: & præterea id quod alias obſervavimus comprobatur, Carolum VII. nullis pepercisſe ſumptibus & laboribus, ut Eccleſia ſub Eugenio IV. & Nicolao V. pace frueretur, nec fibræ ullæ ſchiſmatis propter Felicis Papæ electionem à Patribus Baſileenſibus factam manerent: Neque etiam ſilentio premendum, Pium II. ideo Moguntiæ & Mantuæ conventus habuiſſe, ut Canoni Conſtantienſi de ſingulis decenniis Concilio celebrando illuderet. Ex his autem tabulis diſcimus quidnam ſit petere & dare Apoſtolos. Verum Carolo VII. mortuo cum menſe Julio anno 1461. Ludovicus XI. thronum regium conſcendiſſet Pius II. die 26, Octobris ejuſdem anni ſequentem Epiſtolam quæ eſt 387. inter Æneæ Sylvii epiſtolas miſit Ludovico.

VII. *Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei,*

Digitized by Google

charisſimo in Chriſto filio Ludovico Regi Franciæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Accepimus ex literis venerabilis fratris noſtri Joannis Atrebatenſis, quanta eum charitate complexus ſis: & quam pium erga nos & Romanam Eccleſiam geras affectum, & quam ad tollendam de Regno tuo conſtitutionem illam, quæ Pragmatica dicta eſt, volenti & erecto ſis animo. Laudamus Deum, & ſuæ Majeſtati benedicimus, qui talem tibi mentem dedit. Nam quid aliud dicere poſſumus niſi quod Dei beneficio ex maximis periculis liberatus es & in hæc tempora reſervatus, ut eſſes qui ſuſcepto regno paterno ſublatis erroribus libertatem S.R.E. inſtaurares atque reſtitueres: & majorem tuorum æquata gloria Chriſtiano nomini quietem fundares. Benedictus Dominus qui tuæ perſonæ cuſtos fuit, & Spiritum tuum erexit, ut cogitares quæ pia & omni laude digna ſunt. Sic Magnus Conſtantinus, ſic duo Theodoſii, ſic Carolus Magnus, & plures ex tuis Progenitoribus immortale nomen & inextinguibilem conſequuti ſunt gloriam: quia Romanam Eccleſiam matrem ſuam debito ſunt honore proſequuti: quorum te veſtigiis inhærentem, & diligimus totis præcordiis, & laudamus: & omnis te poſteritas celebrabit. Illud autem inter cætera commendamus, & quod abſque conventu & conſulatione multorum Pragmaticam auferre conſtituiſti: quemadmodum idem Epiſcopus nobis ſignificavit. Sapis certe, & Regem te magnum oſtendis, qui non regaris, ſed regas. Optimus enim Princeps eſt, qui per ſe recta cognoſcit & operatur, qualem te eſſe confidi-

ſidimus. Nec ſcriptura, quæ ait, ubi multa conſilia ibi ſalus multorum, multitudinem requirit, ſed Conſiliorum maturitatem & digeſtionem: quæ res in paucis magis quam in multis reperiuntur: Neque enim aut honeſtas, aut juſtitia multitudini facile ſuadetur; quæ variis affectibus agitata ad prona frequenter inclinat: Confuſioni ſubdita eſt conſulentium multitudo: neque bene res ſe habet ubi ſuffragia numerantur, non ponderantur. Sæpe enim fit, ut major pars meliorem vincat. Facis quæ te decent, qui ſciens Pragmaticam ESSE ABSQUE DEO, *eam de Regno tuo eliminare decreviſti. Nec vis in diſceptationem ducere, an fieri debeant quæ tu ipſe facienda noviſti? Hoc eſt Regem eſſe & bonum Regem, & quem boni ament, mali timeant? Nam qui per alios reguntur, nec per ſe intelligunt quæ ſunt agenda contemptui ſunt. Probamus igitur & commendamus admodum quæ de tua deliberatione circa Pragmaticam Epiſcopus Atrebatenſis ſcribit, hortamurque ut quæ propoſuiſti in animo cito effectu facias, neque cum poſſis hodie benefacere, cras faciam, dicas: hilarem datorem diligit Deus: quæ juſta ut honeſta ſunt nolunt moras. Fac tuam ſapientiam ſicut nos cognoſcimus, ita & mundus omnis quamprimum cognoſcat: neque aliquis dicere poſſit, diu noluit, quia diu deliberavit. Quod ſi Prælati tui & univerſitas aliquid ex nobis deſiderent, te mediatore ad Nos recurrant. Nam ſi quis unquam Pontifex fuit Gallicæ nationi affectus, ut multi fuerant, nos certe inter primos reperiemur, qui nomen & gentem hujuſmodi honora-*

ramus & diligimus, nec unquam poſtulatis hone-ſtis adverſabimur: Scimuſque dignum eſſe, ut fratribus noſtris Epiſcopis in multis deferamus, eoſque honoremus: pariterque viris doctis, & qui docti eſſe cupiunt, in univerſitatibus literarum ſtudia ſectantibus ſubveniendum eſſe non ignoramus, ab his enim Catholica fides defenditur, & doctrinæ lumen propagatur. Age igitur fili, perfice quod in animo geris: & confide Nos tibi & Regno tuo animo conceſſuros quæ ratio & honeſtas ſuadebit, &c. Datum Romæ Die XXVI. *Octobris* MCCCCLXXI. *Pontificatus noſtri anno quarto.*

At vero in his Pii II. Literis id maxime dignum obſervatione eſt, quod Pragmaticam quæ jure divino & naturali munitur vocet *abſque Deo*: & de tribus Galliæ Ordinibus Curiaque Parlamenti (in quibus tum nulli abſque magno ætatis, doctrinæ, & prudentiæ habito delectu admittebantur) velut de aliqua colluvie & fæce plebis loquatur. Claudius Siſellius Maſſilienſis Epiſcopus ſcribit firmitatem & robur Gallicani imperii tribus rebus acceptum referri: primo moderatæ prudentique Eccleſiaſticorum libertati in vitiis Principum arguendis: Secundo celebrationi trium ordinum in publicis Conventibus Regni: tertio virtuti & Conſtantiæ Parlamentorum. Quibus invictiſſimis munimentis ſtantibus, cum Pius II. Sanctionem pragmaticam abrogari non poſſe cerneret, auctor eſt Ludovico XI. ut deſpectis regni Ordini-

bus

bus & Parlamento illam exauctoret. Monſtreletus, qui temporum illorum hiſtoriam ſcripſit narrat Pium II. ſpe Cardinalatus Gothofridum Albienſem, & Joannem Baluenſem Ebroicenſem Epiſcopos adlactaſſe & ad hoc conficiendum negotium optimos Conſiliarios Ludovico paraviſſe: cui Pius ſpondebat, ſi Pragmaticam antiquaret, ſe legatum in Gallias miſſurum qui pro Regis arbitrio omnia conferret Beneficia: Ita ut neque Annatæ perſolverentur, neque pecuniæ Regni Romam deferrentur. Accedebat quoque Ludovicum Principem ſuſpicioſiſſimum & imperioſiſſimum, libertatem Conventuum Ordinis Eccleſiaſtici æquo animo ferre non poſſe: Quocirca literis quibus Pragmaticam diſrupit edoctus à Pii II Conſiliariis: ait illam *quoddam templum licentiæ Prælatis Galliarum præſtruere*. Cæterum quantum Pius II. bene affectus fuerit Gallicæ Nationi, claret ex Epiſtola undecima Æneæ Sylvii ad Gaſparum Novarienſem, quæ inſcribitur. *De ſuperbia Gallorum. Mihi enim ut credas velim*, inquit, *nullam eſſe quæ Gallorum ſuperet ambitionem: noſtri præterea inimici ſunt, nec unquam noſtri Sanguinis hominem diligunt. Nam cum ſint ipſi pleni faſtu viderique optimi velint potius quam eſſe, Italos oderunt maxime quo ſe præcellunt: & quia eos virtute nequeunt imitari, invididia proſequuntur. Et quibus potiſſimum abundant vitiis, ea generi noſtro adſcribunt. Sed de his ſatis; quæ non ſcribo ut publices,*

 nam

nam hæc ſcribere, quamvis vera ſint plenum diſcriminis eſt nobis, quia Papam habemus Gallicum; alias loqueremur liberius: nunc iſta apud te ſepulta ſint, &c. Sed revertor ad inſtitutum. Curia Parlamenti eodem anno graviſſimas habuit ſuaſiones ad Regem ſuper antiquatione Pragmaticæ: quibus ſuaſionibus nihil motus eſt Ludovicus ab incepto, quin has literas pro abrogatione Pragmaticæ ederet, quas legis inter Epiſtolas Æneæ Sylvii Epiſt. CCCLXXXVIII, & quarta ſeſſione Synodi Lateranenſis ſub Julio II. creduntur que ab ipſomet Pio II. compoſitæ, & Ludovico XI miſſæ ut ei conceptis verbis oſtenderet, quo formula deberet abrogari Pragmatica.

Ludovicus Dei Gratia Francorum Rex: Tibi Sanctiſſimo & Beatiſſimo Patri noſtro Pio Papæ II, obedientiam filialem & plenos devotionis affectus. Deum ſolum ſcientes, cujus providentia bene conſulitur rebus humanis, meliuſque regna & urbes religione cingi atque defendi quam armis & membris: Te vicarium Dei viventis ea veneratione proſequimur, ut Sacra præſertim in Eccleſiaſticis rebus tua monita veluti vocem paſtoris audire, illiſque parere prompta mente velimus. Quapropter beatiſſime Pater, & ſi Conſtitutio quædam in regno noſtro, quam Pragmaticam vocant, magno Prælatorum Conventu, magna temporis deliberatione concluſa fuerit, & jam callum obducta, quietum prope fixerit ſtatum: tu tamen tuis ad nos literis illam à Regno auferri, explodi, abrogarique flagitas: nobis quoque

di-

dilectus & fidelis Conſiliarius noſter Joannes Epiſcopus Atrebatenſis, quem cum poteſtate Legati de Latere ad hoc noſtrum Regnum miſiſti, commemoraverit ea ad quæ per ipſum tibi noſtro nomine pollicenda, vovenda & promittenda, nos antequàm regnum ſuſcepiſſemus, (religionis inſtinctus quidam deduxerat) nos noſtra promiſſa exequi, accedente moderatrice rerum Eccleſiaſticarum tua auctoritate ſtudemus ac volumus. Et id quidem tanto volumus animo propenſiore, quanto nobis regnum Franciæ florens & bello vacuum tuetur Deus & protegit. Omnibus itaque victimis potiorem obedientiam intelligentes aſſenſi ſumus his quæ tuo nomine nobis aperta ſunt: ipſam ſcilicet Pragmaticam Sanctionem tibi tuæque Sedi eſſe infenſam: utpote quæ in ſeditione, & ſchiſmatis tempore, atque per ſeditionem ſectioniſque à tua Sede figuram nata ſit; & quæ dum tibi à quo Sacræ leges oriuntur, & manant, quantam libet eripit auctoritatem, omne jus & omnem legem diſſolvit. Illud enim exoritur quod idem Conſiliarius noſter nomine tuæ Sanctitatis aſtruxit: ut dum per Pragmaticam ipſam ſumma in Eccleſia tuæ Sedis auctoritas minuitur, IN REGNO NOSTRO QUODDAM LICENTIÆ TEMPLUM PER ILLAM PRÆSTRUITUR; *dum congruens unitas ad alia regna, conformitaſque tolli videtur, abroganda ſit ipſa Pragmatica pellendaque à Regno noſtro. Quippe quæ adverſus tuam Sedem omnium Eccleſiarum matrem ab inferioribus prælatis lata ſit, tanquam ut ſcriptura loquitur, quo modo ſi elevetur virga contra levantem ſe, aut baculus, qui utique lignum*

lignum eſt. Qui quidem Beatiſſ. Pater licet plerique docti homines confutare niterentur atque diluere, multaque nos adhortarentur abrogare ſanctionem ipſam, te tamen principem totius Eccleſiæ, te Antiſtitem Sacrorum, te Dominici gregis paſtorem profitemur & ſcimus: teque jubentem ſequimur. Tibi & Beatiſſimi Petri Cathedræ conſentimus & jungimur. Itaque ſicut mandaſti Pragmaticam ipſam à Regno noſtro, noſtroque Viennenſi Delphinatu, & omni ditione noſtra per præſentes pellimus, dejicimus, ſtirpituſque abrogamus. Et quam qualemve ante Pragmaticæ ipſius editionem circa Eccleſiarum, beneficiorum aliarumque rerum ſpiritualium diſpoſitionem, cenſuram, moderationem in regno noſtro omnique ditione noſtra tui Prædeceſſores Martinus V. & Eugenius IV. Romani Pontifices habebant & exercebant, talem eandemque noſtro Adjutori B. Petro tibique ipſius ſucceſſori reddimus, præſtamus, & reſtituimus cum ſummo Imperio, cum judicio libero, cum poteſtate non coarctata. Tu enim cum ſcias quid auctoritate divinitus tibi tradita poſſis, quas per Regni noſtri & Eccleſiarum in eo tranquillitatem poſtulabimus, non negliges res neceſſarias, poteriſque ſemper quod optimum fuit judicare: Utere igitur deinceps in Regno noſtro poteſtate tua ut voles, atque illam exerce: Nam ut hominum membra nulla contentione capite uno atque una mente ducuntur, ſic tuis Sacris Decretis Eccleſiæ Prælati in Regno noſtro & Delphinatu conſonantiam & obedientiam plenam refundent. Quod ſi forte obnitebuntur aliqui aut reclamabunt,

bunt, nos in verbo Regio pollicemur tuæ Beatitudini atque promittimus exequi facere tua mandata, omnium appellationum aut appellationis obſtaculo prorſus excluſo; eoſque qui tibi contumaces fuerint, pro tuo juſſu comprimemus & reſrænabimus, Datum Turones ſub magno Sigillo noſtro Die XXVII. menſis Novembris anno MCCCCLXI & Regni noſtri anno primo. Sic ſignata per Regem in Conſilio ſuo, &c.

Quibus in literis, Rex inducitur ad Pii II. non ad Regiæ poteſtatis & Ludovici XI. ingenium loquens, alias autem patentes literas Rex miſerat ad Parlamentum per Epiſcopum Ebroicenſem, ut promulgarentur & Pragmatica abrogaretur menſe Septembri tempore vacationum Parlamenti : ſed Magiſter Joannes à Sancto Romano Cognitor Regius Generalis, vir nunquam ſatis laudatus teſte Baudæo, interceſſit quo minus ejuſmodi edictum regis promulgaretur : & Baluenſi Ebroicenſi Epiſcopo reſpondit, ſe officium Cognitoris Regii quod à Ludovico XI. habebat potius ejuraturum quam paſſurum rem tam detrimentoſam Eccleſiæ & Regno fieri.

X. Inſuper Academiæ Pariſienſis Rector Pii II Legatum qui Lutetiam appulerat convenit, eique in eos appellationem ad futurum Concilium de prædicta abrogatione ejuſque affectu denunciavit ac intimavit : Et quoniam juſtitium Parlamento indictum erat recta, ad

Ca-

Caſteletum Pariſienſe idem Academiæ Proceres ſe conferunt & à Prætore Pariſienſi flagitarunt, vellet juberet Appellationem Univerſitatis Pariſienſis in acta referri.

Monſtreletus tertio volumine Chronicorum memorat Edictum Ludovici de Pragmaticæ antiquatione, quamprimum eſt Romam delatum, ipſam Pragmaticam ludibrio populi Romani expoſitam ac per vicos & plateas urbis magna cum lætitia plebis raptatam: neque Pium II. poſtquam voti ſui compos effectus eſt Legatum qui beneficia Gallicanæ Eccleſiæ ad mentem Ludovici conferret, ſicut pollicitus erat, miſiſſe: eamque ob rem Lodovicum facti ſui vehementer pœnituiſſe. Sed tranſeo ad ſuaſiones Parlamenti factas Ludovico pro retinenda & vindicanda Pragmatica, quoniam partem hiſtoriæ noſtræ efficiunt.

FRANC. DUARENUS

Sebaſt. Albaſpinco regis Chriſtianiſſ. legato.

„IN JURIS *Pontificii Commentariis, quos ſuperiore anno, cum una eſſemus conſcripſi, mentio facta eſt à me libelli, quem clariſſimus Senatus Pariſienſis quondam pro defendenda libertate Eccleſiæ adverſus Romanam aulam ad Ludovicum undecimum regem noſtrum miſit. Et quia ejus libri lectio ad confirmationem eorum, qua*

quæ à nobis de poteſtate regis circa miniſteria Ec- "
cleſiæ ibidem tractata ſunt, non parum conducere "
viſa eſt, feci non invitus, ut eum è Gallico in "
Latinum ſermonem à nobis converſum ſimul cum "
ipſo tractatu noſtro imprimendum curarem. Hu- "
jus autem defenſionis argumentum ex lib. 5. ejuſ- "
dem tractatus cap. II. petendum eſt. Quam cum "
leges, nudam ſimplicem, ac rudem rerum maxi- "
marum deſcriptionem ea contineri cogitabis, ad "
quas illuſtrandas & amplificandas excellentis ora- "
toris ſtylo opus eſſe. Eſt enim cauſa hujuſmodi, ut "
vix alia gravior unquam reperiri queat aut accu- "
rata copioſaque oratione hominis alicujus eruditi, "
& Reipublicæ, patriaque miſerabiliter vexatæ "
amantis dignior. Verum exiſtimavit ampliſſimus "
ordo, orationis commentarium paulo plenius, "
quod capita & ſummas rerum complecteretur, "
tum ſufficere, legatis omnia copioſius atque ube- "
rius, ſi ita regi videretur, expoſituris. Hunc "
vero libellum, ut majoris illius operis appendicem, "
quod tuo fratrumque tuorum conſilio, Illuſtriſſ. "
Duci Biturigum Margaritæ dicatum potius quam "
tibi fuit, nunc à me accipies, æternum, ut ſpero, "
neceſſitudinis, quæ mihi tecum jam diu inſtituta "
eſt, monumentum. Vale, Avarici Biturig. Pridie "
Idus Maj. 1551. "

Pro

Pro Libertate Eccleſiæ Gallicæ adverſus Romanam Aulam Defenſio Pariſienſis Curiæ, Ludovico undecimo Gallorum Regi quondam oblata.

„ CUm Rex majora gravioraque regni ne-
„ gotia mature & cum magna deliberatione
„ tractare cupiens nuper mandaverit
„ curiæ Parlamenti, ut ſi quæ ſint juſtæ con-
„ querendi cauſæ ob Pragmaticæ, quæ dici-
„ tur ſanctionis, & quarundam ipſius conſti-
„ tutionum eidem ſanctioni conſentanearum
„ abrogationem, curia eum admoneat & cer-
„ tiorem faciat: viſum eſt curiæ hujuſmodi
„ querimoniarum cauſas ſimul cum idoneis
„ quibuſdam remediis hîc colligere, ita ut
„ rex in obedientia, quam vere Catholicus &
„ Chriſtianiſſimus rex ſanctæ Sedi Apoſtoli-
„ cæ debet, perpetuo maneat. Ad hæc au-
„ tem exponenda regi & ejus conſilio ſicuti
„ ipſe mandavit: curia Joannem Loſelier &
„ Joannem Henry conſiliarios, & inquiſitio-
„ nibus, ut vocant, præſidentes delegavit.

Deliberationis Capita.

„ Imprimis igitur ut ea incommoda faci-
„ lius cognoſcantur, conſtat fidem Catholi-
„ cam ex quo primum in regno Franciæ inſti-
„ tuta eſt, ac præſertim à Clodovei Chriſtia-

norum

norum regum primi temporibus, magis “
quam in ullo alio Chriſtiani orbis regno nul- “
lo errore contaminatam floruiſſe. Ac ob in- “
ſignem regum pietatem, & ferventiſſimum “
erga religionem affectum, ac in tuendo ſer- “
vandoque diligentiam, & Dei exaltatum “
nomen, & auctus cultus, & Eccleſiæ liber- “
tas conſervata fuit. Ea ſiquidem fuit regum “
in Eccleſiam Dei affectio & propenſa vo- “
luntas, ut ingentes opes tam in ædium ſa- “
crarum extructionem, quàm fundationem “
& dotationem Eccleſiarum liberaliſſime, “
ſumptuoſe & magnifice impenderent. Nec “
minus fuit eorum ſtudium in tuenda & pro- “
pugnanda Eccleſia. Quo nomine excel- “
lentem illum & illuſtrem Chriſtianiſſ. titu- “
lum & nomen hæreditarium ſibi pepere- “
runt.“

II. Nullum eſt in Chriſtiano orbe re- “
gnum, in quo tot clariſſima cœnobia & Ec- “
cleſiæ viſantur: nuſquam eccleſiarum & “
cœnobiorum tam ſumptuoſa ædificia, tam “
immenſi reditus ac proventus, tam nume- “
roſa perſonarum Eccleſiaſticarum multitu- “
do: idque ex regum ac principum muni- “
ficentia & liberalitate, partim etiam ex pii “
religioſique populi erogationibus ortum “
eſt.“

III. Rex idemque ſummus ac ſupremus “
noſter dominus, qui præcipuus eſt funda- “
tor, tutor, cuſtos, defenſor & vindex earum “

ramus & diligimus, nec unquam poſtulatis honeſtis adverſabimur: Scimuſque dignum eſſe, ut fratribus noſtris Epiſcopis in multis deferamus, eoſque honoremus: pariterque viris doctis, & qui docti eſſe cupiunt, in univerſitatibus literarum ſtudia ſectantibus ſubveniendum eſſe non ignoramus, ab his enim Catholica fides defenditur, & doctrinæ lumen propagatur. Age igitur fili, perfice quod in animo geris: & confide Nos tibi & Regno tuo animo conceſſuros quæ ratio & honeſtas ſuadebit, &c. Datum Romæ Die XXVI. *Octobris* MCCCCLXXI. *Pontificatus noſtri anno quarto.*

At vero in his Pii II. Literis id maxime dignum obſervatione eſt, quod Pragmaticam quæ jure divino & naturali munitur vocet *abſque Deo*: & de tribus Galliæ Ordinibus Curiaque Parlamenti (in quibus tum nulli abſque magno ætatis, doctrinæ, & prudentiæ habito delectu admittebantur) velut de aliqua colluvie & fæce plebis loquatur. Claudius Siſellius Maſſilienſis Epiſcopus ſcribit firmitatem & robur Gallicani imperii tribus rebus acceptum referri: primo moderatæ prudentique Eccleſiaſticorum libertati in vitiis Principum arguendis: Secundo celebrationi trium ordinum in publicis Conventibus Regni: tertio virtuti & Conſtantiæ Parlamentorum. Quibus invictiſſimis munimentis ſtantibus, cum Pius II. Sanctionem pragmaticam abrogari non poſſe cerneret, auctor eſt Ludovico XI. ut deſpectis regni Ordinibus

bus

Digitized by Google

bus & Parlamento illam exauctoret. Monſtreletus, qui temporum illorum hiſtoriam ſcripſit narrat Pium II. ſpe Cardinalatus Gothofridum Albienſem, & Joannem Baluenſem Ebroicenſem Epiſcopos adlactaſſe & ad hoc conficiendum negotium optimos Conſiliarios Ludovico paraviſſe: cui Pius ſpondebat, ſi Pragmaticam antiquaret, ſe legatum in Gallias miſſurum qui pro Regis arbitrio omnia conferret Beneficia: Ita ut neque Annatæ perſolverentur, neque pecuniæ Regni Romam deferrentur. Accedebat quoque Ludovicum Principem ſuſpicioſiſſimum & imperioſiſſimum, libertatem Conventuum Ordinis Eccleſiaſtici æquo animo ferre non poſſe: Quocirca literis quibus Pragmaticam diſrupit edoctus à Pii II Conſiliariis: ait illam *quoddam templum licentiæ Prælatis Galliarum præſtruere*. Cæterum quantum Pius II. bene affectus fuerit Gallicæ Nationi, claret ex Epiſtola undecima Æneæ Sylvii ad Gaſparum Novarienſem, quæ inſcribitur. *De ſuperbia Gallorum. Mihi enim ut credas velim*, inquit, *nullam eſſe quæ Gallorum ſuperet ambitionem: noſtri præterea inimici ſunt, nec unquam noſtri Sanguinis hominem diligunt. Nam cum ſint ipſi pleni faſtu viderique optimi velint potius quam eſſe, Italos oderunt maxime quo ſe præcellunt: & quia eos virtute nequeunt imitari, invididia proſequuntur. Et quibus potiſſimum abundant vitiis, ea generi noſtro adſcribunt. Sed de his ſatis; quæ non ſcribo ut publices,*

 nam

nam hæc ſcribere, quamvis vera ſint plenum diſcriminis eſt nobis, quia Papam habemus Gallicum; alias loqueremur liberius: nunc iſta apud te ſepulta ſint, &c. Sed revertor ad inſtitutum. Curia Parlamenti eodem anno graviſſimas habuit ſuaſiones ad Regem ſuper antiquatione Pragmaticæ: quibus ſuaſionibus nihil motus eſt Ludovicus ab incepto, quin has literas pro abrogatione Pragmaticæ ederet, quas legis inter Epiſtolas Æneæ Sylvii Epiſt. CCCLXXXVIII, & quarta ſeſſione Synodi Lateranenſis ſub Julio II. creduntturque ab ipſomet Pio II. compoſitæ, & Ludovico XI miſſæ ut ei conceptis verbis oſtenderet, quo formula deberet abrogari Pragmatica.

Ludovicus Dei Gratia Francorum Rex: Tibi Sanctiſſimo & Beatiſſimo Patri noſtro Pio Papæ II, *obedientiam filialem & plenos devotionis affectus. Deum ſolum ſcientes, cujus providentia bene conſulitur rebus humanis, meliuſque regna & urbes religione cingi atque defendi quam armis & membris: Te vicarium Dei viventis ea veneratione proſequimur, ut Sacra præſertim in Eccleſiaſticis rebus tua monita veluti vocem paſtoris audire, illiſque parere prompta mente velimus. Quapropter beatiſſime Pater, & ſi Conſtitutio quædam in regno noſtro, quam Pragmaticam vocant, magno Prælatorum Conventu, magna temporis deliberatione concluſa fuerit, & jam callum obducta, quietum prope fixerit ſtatum: tu tamen tuis ad nos literis illam à Regno auferri, explodi, abrogarique flagitas; nobis quoque di-*

dilectus & fidelis Conſiliarius noſter Joannes Epiſcopus Atrebatenſis, quem cum poteſtate Legati de Latere ad hoc noſtrum Regnum miſiſti, commemoraverit ea ad quæ per ipſum tibi noſtro nomine pollicenda, vovenda & promittenda, nos antequàm regnum ſuſcepiſſemus, (religionis inſtinctus quidam deduxerat) nos noſtra promiſſa exequi, accedente moderatrice rerum Eccleſiaſticarum tua auctoritate ſtudemus ac volumus. Et id quidem tanto volumus animo propenſiore, quanto nobis regnum Franciæ florens & bello vacuum tuetur Deus & protegit. Omnibus itaque victimis potiorem obedientiam intelligentes aſſenſi ſumus his quæ tuo nomine nobis aperta ſunt: ipſam ſcilicet Pragmaticam Sanctionem tibi tuæque Sedi eſſe infenſam: utpote quæ in ſeditione, & ſchiſmatis tempore, atque per ſeditionem ſectioniſque à tua Sede figuram nata ſit; & quæ dum tibi à quo Sacræ leges oriuntur, & manant, quantam libet eripit auctoritatem, omne jus & omnem legem diſſolvit. Illud enim exoritur quod idem Conſiliarius noſter nomine tuæ Sanctitatis aſtruxit: ut dum per Pragmaticam ipſam ſumma in Eccleſia tuæ Sedis auctoritas minuitur, IN REGNO NOSTRO QUODDAM LICENTIÆ TEMPLUM PER ILLAM PRÆSTRUITUR; *dum congruens unitas ad alia regna, conformitaſque tolli videtur, abroganda ſit ipſa Pragmatica pellendaque à Regno noſtro. Quippe quæ adverſus tuam Sedem omnium Eccleſiarum matrem ab inferioribus prælatis lata ſit, tanquam ut ſcriptura loquitur, quo modo ſi elevetur virga contra levantem ſe, aut baculus, qui utique*

lignum

lignum eſt. Qui quidem Beatiſſ. Pater licet plerique docti homines confutare niterentur atque diluere, multaque nos adhortarentur abrogare ſanctionem ipſam, te tamen principem totius Eccleſiæ, te Antiſtitem Sacrorum, te Dominici gregis paſtorem profitemur & ſcimus: teque jubentem ſequimur. Tibi & Beatiſſimi Petri Cathedræ conſentimus & jungimur. Itaque ſicut mandaſti Pragmaticam ipſam à Regno noſtro, noſtroque Viennenſi Delphinatu, & omni ditione noſtra per præſentes pellimus, dejicimus, ſtirpituſque abrogamus. Et quam qualemve ante Pragmaticæ ipſius editionem circa Eccleſiarum, beneficiorum aliarumque rerum ſpiritualium diſpoſitionem, cenſuram, moderationem in regno noſtro omnique ditione noſtra tui Prædeceſſores Martinus V. & Eugenius IV. Romani Pontifices habebant & exercebant, talem eandemque noſtro Adjutori B. Petro tibique ipſius ſucceſſori reddimus, præſtamus, & reſtituimus cum ſummo Imperio, cum judicio libero, cum poteſtate non coarctata. Tu enim cum ſcias quid auctoritate divinitus tibi tradita poſſis, quas per Regni noſtri & Eccleſiarum in eo tranquillitatem poſtulabimus, non negliges res neceſſarias, poteriſque ſemper quod optimum fuit judicare: Utere igitur deinceps in Regno noſtro poteſtate tua ut voles, atque illam exerce: Nam ut hominum membra nulla contentione capite uno atque una mente ducuntur, ſic tuis Sacris Decretis Eccleſiæ Prælati in Regno noſtro & Delphinatu conſonantiam & obedientiam plenam refundent. Quod ſi forte obnitebuntur aliqui aut reclamabunt,

bunt, nos in verbo Regio pollicemur tuæ Beatitudini atque promittimus exequi facere tua mandata, omnium appellationum aut appellationis obſtaculo prorſus excluſo; eoſque qui tibi contumaces fuerint, pro tuo juſſu comprimemus & reſrænabimus, Datum Turones ſub magno Sigillo noſtro Die XXVII. menſis Novembris anno MCCCCLXI & Regni noſtri anno primo. Sic ſignata per Regem in Conſilio ſuo, &c.

Quibus in literis, Rex inducitur ad Pii II. non ad Regiæ poteſtatis & Ludovici XI. ingenium loquens, alias autem patentes literas Rex miſerat ad Parlamentum per Epiſcopum Ebroicenſem, ut promulgarentur & Pragmatica abrogaretur menſe Septembri tempore vacationum Parlamenti: ſed Magiſter Joannes à Sancto Romano Cognitor Regius Generalis, vir nunquam ſatis laudatus teſte Baudæo, interceſſit quo minus ejuſmodi edictum regis promulgaretur: & Baluenſi Ebroicenſi Epiſcopo reſpondit, ſe officium Cognitoris Regii quod à Ludovico XI. habebat potius ejuraturum quam paſſurum rem tam detrimentoſam Eccleſiæ & Regno fieri.

X. Inſuper Academiæ Pariſienſis Rector Pii II Legatum qui Lutetiam appulerat convenit, eique in eos appellationem ad futurum Concilium de prædicta abrogatione ejuſque affectu denunciavit ac intimavit: Et quoniam juſtitium Parlamento indictum erat recta, ad Ca-

Caſteletum Pariſienſe idem Academiæ Proceres ſe conferunt & à Prætore Pariſienſi flagitarunt, vellet juberet Appellationem Univerſitatis Pariſienſis in acta referri.

Monſtreletus tertio volumine Chronicorum memorat Edictum Ludovici de Pragmaticæ antiquatione, quamprimum eſt Romam delatum; ipſam Pragmaticam ludibrio populi Romani expoſitam ac per vicos & plateas urbis magna cum lætitia plebis raptatam: neque Pium II. poſtquam voti ſui compos effectus eſt Legatum qui beneficia Gallicanæ Eccleſiæ ad mentem Ludovici conferret, ſicut pollicitus erat, miſiſſe: eamque ob rem Lodovicum facti ſui vehementer pœnituiſſe. Sed tranſeo ad ſuaſiones Parlamenti factas Ludovico pro retinenda & vindicanda Pragmatica, quoniam partem hiſtoriæ noſtræ efficiunt.

FRANC. DUARENUS

Sebaſt. Albaſpinco regis Chriſtianiſſ. legato.

„IN JURIS *Pontificii Commentariis, quos ſuperiore anno, cum una eſſemus conſcripſi, mentio facta eſt à me libelli, quem clariſſimus Senatus Pariſienſis quondam pro defendenda libertate Eccleſiæ adverſus Romanam aulam ad Ludovicum undecimum regem noſtrum miſit. Et quia ejus libri lectio ad confirmationem eorum, qua*

quæ à nobis de poteſtate regis circa miniſteria Ec- "
cleſiæ ibidem tractata ſunt, non parum conducere "
viſa eſt, feci non invitus, ut eum è Gallico in "
Latinum ſermonem à nobis converſum ſimul cum "
ipſo tractatu noſtro imprimendum curarem. Hu- "
jus autem defenſionis argumentum ex lib. 5. ejuſ- "
dem tractatus cap. II. petendum eſt. Quam cum "
leges, nudam ſimplicem, ac rudem rerum maxi- "
marum deſcriptionem ea contineri cogitabis, ad "
quas illuſtrandas & amplificandas excellentis ora- "
toris ſtylo opus eſſe. Eſt enim cauſa hujuſmodi, ut "
vix alia gravior unquam reperiri queat aut accu- "
rata copioſaque oratione hominis alicujus eruditi, "
& Reipublicæ, patriaque miſerabiliter vexatæ "
amantis dignior. Verum exiſtimavit ampliſſimus "
ordo, orationis commentarium paulo plenius, "
quod capita & ſummas rerum complecteretur, "
tum ſufficere, legatis omnia copioſius atque ube- "
rius, ſi ita regi videretur, expoſituris. Hunc "
vero libellum, ut majoris illius operis appendicem, "
quod tuo fratrumque tuorum conſilio, Illuſtriſſ. "
Duci Biturigum Margaritæ dicatum potius quam "
tibi fuit, nunc à me accipies, æternum, ut ſpero, "
neceſſitudinis, quæ mihi tecum jam diu inſtituta "
eſt, monumentum Vale, Avarici Biturig. Pridie "
Idus Maj. 1551. "

Pro

norum regum primi temporibus, magis “
quam in ullo alio Chriſtiani orbis regno nul- “
lo errore contaminatam floruiſſe. Ac ob in- “
ſignem regum pietatem, & ferventiſſimum “
erga religionem affectum, ac in tuendo ſer- “
vandoque diligentiam, & Dei exaltatum “
nomen, & auctus cultus, & Eccleſiæ liber- “
tas conſervata fuit. Ea ſiquidem fuit regum “
in Eccleſiam Dei affectio & propenſa vo- “
luntas, ut ingentes opes tam in ædium ſa- “
crarum extructionem, quàm fundationem “
& dotationem Eccleſiarum liberaliſſime, “
ſumptuoſe & magnifice impenderent. Nec “
minus fuit eorum ſtudium in tuenda & pro- “
pugnanda Eccleſia. Quo nomine excel- “
lentem illum & illuſtrem Chriſtianiſſ. titu- “
lum & nomen hæreditarium ſibi pepere- “
runt.“

II. Nullum eſt in Chriſtiano orbe re- “
gnum, in quo tot clariſſima cœnobia & Ec- “
cleſiæ viſantur: nuſquam eccleſiarum & “
cœnobiorum tam ſumptuoſa ædificia, tam “
immenſi reditus ac proventus, tam nume- “
roſa perſonarum Eccleſiaſticarum multitu- “
do: idque ex regum ac principum muni- “
ficentia & liberalitate, partim etiam ex pii “
religioſique populi erogationibus ortum “
eſt.“

III. Rex idemque ſummus ac ſupremus “
noſter dominus, qui præcipuus eſt funda- “
tor, tutor, cuſtos, defenſor & vindex earum “

„ eccleſiarum, cum libertas earundem viola-
„ tur, jus habet convocandi antiſtites, & alias
„ hujuſmodi eccleſiaſticas perſonas ditionis
„ ſuæ, ut eorum inceptis & conatibus obviam
„ eatur, qui contra eam libertatem aliquid
„ moliri auſi fuerint. Soletque talis conven-
„ tus Eccleſiæ Gallicanæ congregatio appel-
„ lari.

„IV. In his conventibus olim authoritate
„ regia indictis multa præclare conſtituta ex-
„ tant eaque non ſine gravi cum regii ſangui-
„ nis procerum, tum eccleſiaſtici ordinis ho-
„ minum, & aliorum regni ſubditorum, ac
„ popularium deliberatione, ut occurreretur
„ vexationibus, moleſtiis & injuriis, quæ ipſis
„ à curia Romana cum maximo totius populi
„ damno & pernicie inferebantur. Earumque
„ conſtitutionum magna fuit authoritas ante
„ hæc tempora, ac in eis obſervandis ſumma
„ cura diligentiaque adhibita eſt.

V. Inter cæteras conſtitutiones una eſt
„ D. Ludovici promulgata anno 1267. ut
„ Prælaturis & dignitatibus electivis per ele-
„ ctionem provideatur. Beneficiis vero non
„ electivis per collationem & præſentatio-
„ nem collatorum & patronorum: nec ullam
„ eo nomine pecuniam imponere aut exigere
„ poſſet curia Romana in hoc regno. Quæ
„ omnia & alia pleraque ex lectione conſtitu-
„ tionum à D. Ludovico editarum plenius
„ cognoſci poterunt: cujus viri nomen quam
cele-

Digitized by Google

celebre ſit ubique terrarum, nemo eſt qui "
ignoret."

VI. His conſtitutionibus diu obſervatis "
cum curia Romana procedente tempore "
multa adverſus eam, de qua diximus, Ec- "
cleſiæ Gallicæ libertatem moliretur, Caro- "
lus VI. rex adhibitis in conſilium proceri- "
bus, antiſtitibus, cœnobiarchis, collegiis, "
univerſitatibus, & aliis Pleriſque tam regni "
quam Delphinatus hominibus, anno 1406. "
conſtitutionem edidit, qua Eccleſiam Gal- "
licam in antiquam libertatem ſuam aſſeruit. "
Fuitque publicata de more, & perſcripta in "
actis curiæ parlamenti, anno 1407.

VII. Eodem anno 1407. cum Benedi- "
ctus Pontifex Romanus ejuſque adminiſtri, "
ſatellites ac procuratores magnam pecuniæ "
vim imperarent ac exigerent, antiſtites hu- "
jus regni apud regem eo nomine conqueſti "
ſunt: fuitque res agitata in curia Parlamen- "
ti. Ac in ea diſputatione memorabilis ſane "
& gravis fuit à ſcholaſtico conventu Pari- "
ſienſi habita oratio die octava Novembris, "
qua poſtulabant, ut rex eas exactiones pro- "
hiberet. Idem à generali regis cognitore "
ſeu procuratore poſtulatum fuit: & hoc am- "
plius, ut exacta ob eam cauſam pecunia re- "
ſtitueretur."

VIII. Hæc expoſita petitaque fuerunt "
tam à ſcholaſtico conventu, quam à regio "
procuratore præſentibus cameræ, ut vo- "
 cant,

cant, Apoſtolicæ officiariis, qui tum quicquid viſum ſibi fuit narraverunt, & in medium adduxerunt.

IX. Auditis omnibus, quorum intererat, & judicibus in conſilium miſſis, tandem decrevit curia, ne Annatarum, quæ dicuntur, nomine aut decimarum quicquam à Rom. Pontifice exigeretur, & ob eam cauſam excommunicati abſolverentur. Quæ omnia cum pleriſque aliis eodem pertinentibus in ipſo ſenatus decreto plenius deſcribuntur, quod pronuntiatum fuit anno 1407. 11. Septembris.

X. Non ita multo poſt edictum promulgavit rex, quo decretum ſenatus confirmatum eſt: fuitque publicatum in curia 15. Maij, 1408.

XI. Anno 1418. menſe Martio de ſententia & conſilio antiſtitum & perſonarum eccleſiaſticarum regni ad tuendam Eccleſiæ libertatem facta fuit conſtitutio, qua reſervationes omnes & gratiæ Apoſtolicæ una cum exactionibus curiæ Romanæ interdicta fuerunt.

XII. Eodem anno cum niterentur aliqui diplomata regia impetrare, quibus ea conſtitutio revocaretur, regius cognitor in curia Parlamenti interceſſit, & contradixit.

XIII. Et his perſpicuum eſt, tam regem & proceres regni, quam eccleſiaſtici ordinis

nis

Digitized by Google

nis homines, præterea regium procurato- “
rem & regis conſiliarios in curia Parlamenti “
eo ſemper ſpectaſſe, ut libertatem Eccle- “
ſiæ Gallicæ ſartam tectam conſervarent, ab “
eaque omnem arcerent injuriam. “

XIV. Cum in ſacroſanctis ſynodis Con- “
ſtantienſi & Baſilienſi multa decteta eſſent, “
tum veteribus canonibus, tum iis, de qui- “
bus jam diximus, conſtitutionibus regis “
valde conſona, Carolus ſeptimus rex præ- “
ſente rege, qui tum Delphinus nominaba- “
tur, proceribus etiam regii ſanguinis, anti- “
ſtitibus, collegiis, tum eccleſiaſticis, tum “
ſcholaſticis præſentibus; præterea auditis “
oratoribus tam Pontificis Romani, quam “
Sacro-ſanctæ ſynodi univerſalis, tandem ea “
decreta accepit & edicto ſuo confirmavit, “
quod vulgo Pragmaticam ſanctionem ap- “
pellamus. Geſtaque hæc ſunt in civitate “
Biturigum anno 1438.

XV. Hæc igitur ſanctio eo majoris au- “
thoritatis ſemper habita eſt, quod à Sacro- “
ſanctis Conciliis, quibus præerat Pontifex “
Romanus, aut legatus ejuſdem, ortum ha- “
buerit. Nulla enim de iis rebus unquam “
fuerat lex in Francia ante id tempus lata, “
quæ ab Eccleſia univerſali authoritatem & “
vires haberet.

XVI. Ex eo tempore regnum ipſum “
proſperiore ſemper fortuna, Dei benigni- “
tate, uſum eſt, & in majore quam unquam “

Digitized by Google

„ antehac authoritate & gloria, ac etiam re-
„ rum omnium copia & abundantia fuit.
„ Quanto autem fuerit hoſtibus terrori, A-
„ quitania & Normania teſtantur, ex quibus
„ locis expulſi dejectique ſunt.

„XVII. Ejus ſanctionis obſervatio ad tres
„ & viginti annos ſtetit, agiturque nunc qua-
„ driennium, ex quo ea in uſu eſſe deſiit. Ac
„ interim præfecti ſunt eccleſiis, eaſque ſine
„ moleſtia & interpellatione rexerunt exi-
„ miæ probitatis gravitatiſque viri: quorum
„ aliqui ob ſingularem vitæ ſanctimoniam jam
„ fato functi miraculis claruerunt, ut Michaël
„ Andegavenſis epiſcopus, archiepiſcopus
„ Arelatenſis, & alii quamplurimi.

„XVIII. Ex horum canonum, decre-
„ torum, conſtitutionum abrogatione innu-
„ merabilia naſcuntur incommoda, quæ ad
„ quatuor genera poſſe referri videntur. Pri-
„ mum eſt, totius ordinis eccleſiaſtici confu-
„ ſio: Secundum eſt, patriæ deſolatio ac de-
„ ſertio: Tertium eſt, pecuniarum regni
„ exinanitio: Quartum eſt, eccleſiarum ruina
„ & ſubverſio.

„XIX. Ante omnia proteſtatur curia ſe
„ nolle ſanctitati, dignitati, honori & au-
„ thoritati Pontificis ac ſanctæ Sedis Apoſtoli-
„ cæ quicquam detrahere. Quin potius o-
„ mnem honorem, reverentiam & obedien-
„ tiam, quam unuſquiſque pius & fidelis ſum-
„ mo Eccleſiæ paſtori debet, exhibere parata
eſt,

Digitized by Google

eſt, & ſi quid emendatione dignum exci- "
derit, Eccleſiæ determinationi, quæ er- "
rare non poteſt, ſubjicere ſe non recuſat, c. "
A recta. 24. q. 1."

XX. Quod ad primum genus incom- "
modi attinet, ſatis conſtat, ſi electionibus "
& collationibus ordinariorum ſublatis, re- "
ſervationes & gratiæ expectativæ locum ha- "
beant; ſi judicia & lites in prima inſtantia "
ad curiam Romanam devolvantur, mirabi- "
lem inde confuſionem exorituram eſſe. To- "
tus enim ordo Eccleſiaſticus confunditur. "
cum ſua unicuique juriſdictio non ſervatur, "
11. q. 1. c. pervenit."

XXI. Ut hæc confuſio perturbatioque "
rerum vitetur, & quod ſuum eſt cuique re- "
linquatur, decretum fuit in jam dictis Con- "
ciliis, & à rege conſtitutum, ut collegia "
Eccleſiaſtica & Canonica paſtorem Eccle- "
ſiæ eligant, præſentent patroni, & ordinarii "
conferant, & de cauſis, niſi ſint majores in "
prima inſtantia cognoſcant. "

XXII. Dubitandum non eſt, quin rex, "
qui præcipuus eſt fundator, tutor, cuſtos, "
& propugnator eccleſiarum ſui regni, non "
ſolum jure poſſit, ſed etiam debeat dare o- "
peram, & curare, ut decreta & conſtitu- "
tiones, quibus haud dubie propulſantur ea "
quæ diximus incommoda, diligenter & bo- "
na fide obſerventur. Ac ſi ob earum conſti- "
tutionum vel abrogationem, vel contem- "

 ptum "

„ ptum in hæc mala & calamitates inciderent
„ regis ſubditi, jure optimo ipſius opem im-
„ plorare poſſent.

„XXIII. Quod autem electio paſtorum ad
„ collegia Eccleſiaſtica pertineat, eoque jure
„ poſſint uti abſque Romanæ Sedis offenſa,
„ ex eo apparet, quod cum epiſcopus Eccle-
„ ſiæ ſponſus ſit, & matrimonium quoddam
„ ſpiritale inter ipſum & Eccleſiam contra-
„ hatur, neceſſario conſenſus Eccleſiæ inter-
„ venire debet.

„XXIV. Dubium non eſt quin collegia
„ ipſa, quibus notiores ſunt perſonæ, idoneos
„ paſtores ad regendam Eccleſiam multo faci-
„ lius eligere poſſint, quam ſi in aula Romana
„ promoverentur.

„XXV. Poſtquam perfecta abſolutaque
„ eſt electio, proponuntur programmata: in
„ vitam & mores electi inquiritur, & ante-
„ quam confirmetur electio, quiſquis inter-
„ cedere voluerit, admittitur. Unde ſatis li-
„ quet, melius probari & explorari eum, qui
„ eligitur à collegio Eccleſiæ, quàm ſi in Ro-
„ mana aula, ubi cognita non ſunt ejus merita,
„ promoveretur.

„XXVI. Cum epiſcopus ſolenniter à col-
„ legio eligitur confirmaturque ſervata pro-
„ grammatum & inquiſitionum forma, eo
„ certe major eſt populi de eo exiſtimatio ma-
„ giſque eum venerantur, obſervant & dili-
„ gunt populares, quam ſi ipſis invitis obtru-
datur:

datur. Ideoque doctrina ejus longe fructuoſior eſt, & ad ædificandum multo efficacior. "

XXVII. Hinc tametſi Petrus Chriſti vicarius eſſet, & caput Eccleſiæ: tamen mortuo Juda, qui unus erat Apoſtolorum, cæteri omnes pariter elegerunt, & ſors cecidit ſuper Matthiam, ut in actis Apoſtolorum legitur. "

XXVIII. Lucius Pontifex Romanus vir ſanctus & martyr, qui Eccleſiæ Romanæ præfuit anno 154. ita decrevit: Nullus in Eccleſia ubi duo vel tres fuerint in congregatione, niſi eorum electione canonica presbyter eligatur. Si vero aliter quis Eccleſiam adeptus fuerit, eo quod per cupiditatem illam acquiſierit, atque contra Canonicæ diſciplinæ regulam egerit, expellatur, c. 1. de elect. in Decretal. "

XXIX. Eſt & aliud decretum Leonis ſancti & confeſſoris in hæc verba: Nulla ratio ſinit ut inter epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à conprovincialibus epiſcopis cum metropolitani judicio conſecrati, c. nulla. 72. diſt. "

XXX. Canon Antiocheni concilii, quod congregatum fuit, anno 340. ſic habet: Servetur autem jus eccleſiaſticum id continens non aliter oportere fieri, niſi cum ſynodo & judicio epiſcoporum & electione

Digitized by Google

„ clericorum, qui poſt obitum quieſcentis
„ poteſtatem habent eum qui dignus extiterit
„ eligendi & promovendi, c. Epiſcopo. 8.q.1.

„ XXXI. Alius extat Canon Concilii To-
„ letani in hæc verba: Sed nec ille deinceps
„ ſacerdos erit, quem nec clerus, nec popu-
„ lus propriæ civitatis elegit, vel authoritas
„ metropolitani vel comprovincialium ſacer-
„ dotum aſſenſus non exquiſivit, c. Qui in ali-
„ quo, 51. diſt.

„ XXXII. Alius eſt Canon Concilii Con-
„ ſtantinopolitani anni 867. cujus hæc verba
„ ſunt: Promotiones & conſecrationes epiſco-
„ porum concordans prioribus conciliis, cleri-
„ corum electione, ac de certo epiſcoporum
„ collegio fieri hæc ſancta ſynodus univerſalis
„ diffinit & ſtatuit.

„ XXXIII. Concilio Lateranenſi, quod
„ ab Innocentio tertio Romæ coactum eſt an-
„ no 1205. ubi antiſtites 1336. adfuerunt,
„ certa forma eligendi præſcripta fuit: addi-
„ tumque eſt ut negligentibus electoribus
„ poſt tres menſes omne jus & poteſtas provi-
„ dendi Eccleſiæ ad ſuperiorem antiſtitem de-
„ volveretur, c. Quia propter, c. Ne pro de-
„ fectu, de Elect.

„ XXXIV. Priſci reges cum eccleſias re-
„ gni ſui recte conſtitui cuperent, hanc provi-
„ dendi Eccleſiis rationem, quæ electio dici-
„ tur, ſemper maxime probarunt, eamque
„ modis omnibus retinere ſtuduerunt, ut le-
gitur

Digitized by Google

gitur apud Vincent. Specul.hiſtor. lib.22.& 23. de Clodoveo regum Franciæ Chriſtianorum primo, qui anno 400. convocatis in civitate Aurelianenſi permultis præſulibus & epiſcopis, in quibus ſanctus Melonus erat, præcipit in præficiendis paſtoribus eccleſiiis antiquos Canones ſervari retineri.“

XXXV. Idem ſtatuit imperator Leo in Cod. Juſtiniani, tit. de epiſc. & cler. cujus verba hæc ſunt: Si quenquam vel in hac regia urbe, vel in cæteris provinciis, quæ toto orbe terrarum diffuſæ ſunt, ad epiſcopatus gradum Deo authore provehi contigerit, puris hominum mentibus, nuda electionis conſcientia, ſyncero omnium judicio proferatur, l. ſi quenquam, C. de epiſc.“

XXXVI. Carolus Magnus lib. 1. capitularium hæc quæ ſequuntur conſtituit: Sacrorum canonum non ignari, ut Dei nomine ſancta Eccleſia, ſuo liberius potiatur honore; aſſenſum ordini Eccleſiaſtico præbemus, ut ſcilicet Epiſcopi per electionem cleri & populi, ſecundum ſtatuta canonum de propria dioeceſi (remota perſonarum & munerum acceptione) ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis uſquequaq; prodeſſe valeant. Quam conſtitutionem juris Pontificii compoſitores inter ſacros Canones retulerunt, & quodammodo conſecrarunt, c. ſacrorum 63. diſt.“

Digitized by Google

„ „XXXVII. Philippus Deodatus ſancti
„ Ludovici avus, cum in ſuam & diadematis
„ Francici obedientiam velut divino quodam
„ fato reduxiſſet Normaniam, Aquitaniam,
„ comitatum Andegavenſem, Pictavienſem,
„ Cœnomanenſem, Turonenſem & Pon-
„ tinenſem, ante profectionem ultramarinam,
„ conſtituit, ut Canonici eccleſiarum cathe-
„ dralium, & monachi cœnobiorum eligendi
„ facultatem haberent, & perſonas Deo gra-
„ tas & Eccleſiæ regnoque utiles eligerent.
„XXXVIII. In pleriſque monumentis
„ antiquis reperitur, permultos fundatores ec-
„ cleſiarum diſerte & expreſſiam ſtatuiſſe, ut
„ mortuis eccleſiarum præſulibus per ele-
„ ctionem ipſis provideatur. Quas fundatio-
„ nes Romani Pontifices poſtea confirmave-
„ runt.
„XXXIX. Ex quo primum orta eſt in or-
„ be Eccleſia uſque ad tempora ſancti Ludo-
„ vici nuſquam reperies Pontifices Romanos
„ in Eccleſias & beneficia, quæ electiva di-
„ cuntur, ullum jus ſibi vindicaſſe, aut elige-
„ re volentes ullatenus impediiſſe, quo mi-
„ nus libertate electionis fruerentur. Quinimo
„ conſtitutiones eorem extant memorabiles,
„ ex quibus apparet curæ eis fuiſſe, ut recte
„ atque ordine electiones fierent. Cujus rei
„ fidem faciunt, quæ in decreto Gratiani &
„ in libro Decretalium Gregorii hac de re le-
„ guntur. Adde quod in poſtulationibus quo-
que

que ipſi ab eo jure tanquam alieno prorſus "
abſtinebant, & infirmata poſtulatione re- "
mittebant ad eligentes negotium, ut denuo "
eligerent, c. bonæ. de poſtul. prælator. "
Tunc autem florebat Eccleſia, religio pro- "
pagabatur, exaltabatur fides catholica, bo- "
nis & ſpiritalibus & temporalibus exubera- "
bant ac circunfluebant omnia. "

XL. Cum tempore ſancti Ludovici co- "
narentur Romani libertatem electionum "
infringere, & iis malis, de quibus jam dixi- "
mus, viam aperire: is ſe principem vere pium, "
Chriſtianum & catholicum, cuſtodemque "
& propugnatorem eccleſiarum ſibi commiſ- "
ſarum præbuit. Occurrit enim perniciofiſſi- "
mis conatibus & conciliis Romanorum, & "
eccleſias in libertatem vindicavit. "

XLI. Ludovicus Hutinus anno 1315. hanc "
ſancti Ludovici conſtitutionem & quan- "
dam aliam hinc ſimilem Philippi Pulchri "
edicto ſuo confirmavit. Cui poſtea Joannis "
regis acceſſit alia confirmatio, anno 1351. "

XLII. Poſt illud tempus Romani ſumma "
ope niſi ſunt electiones omnino ſubvertere, "
quorum inceptis reges Chriſtianiſſimi con- "
ventus ſolenniter indicentes, fortiter ob- "
ſtiterunt, eorumque conatus repreſſerunt, "
ut ante dictum fuit. Nam ſua non parum in- "
tereſſe exiſtimabant eligendi morem in re- "
gno ſuo retineri, & eo magis quod jure ſuo "
poteſtatem eligendi facere conſueverant. "

XLIII. "

Digitized by Google

„ „XLIII. Jus quod hîc ſibi rex vindicat, re-
„ latum eſt in libros juris Pontificii, quos Gra-
„ tianus edidit. Ubi dicitur Hadrianum Pa-
„ pam cum univerſa Synodo tradidiſſe Carolo
„ regi jus & poteſtatem eligendi Pontificem
„ Romanum, Sedem Apoſtolicam ordinandi:
„ item archiepiſcopos & epiſcopos per ſingu-
„ las provincias ab eo inveſtituram accipere
„ diffinivit, ut niſi à rege laudetur & inve-
„ ſtiatur epiſcopus, à nemine conſecretur,
„ c. Hadrianus, 63. diſt. Ac tametſi Ludo-
„ vicus Pius jus Pontificem Romanum eli-
„ gendi repudiaſſe dicatur, c. ego Lodovi-
„ cus, 63. diſt. ſemper tamen jus inveſtitu-
„ rarum retinuit, in cujus locum poſtea ſuc-
„ ceſſerunt Regalia, & jus aliud quo utitur
„ rex, cum vacante epiſcopatu eligendi po-
„ teſtatem facit.

„XLIV. Cum ſpretis omnibus, quarum
„ jam memini, conſtitutionibus Romani hie-
„ rarchiam Eccleſiæ confundere ac perturba-
„ re non deſicerent, & reſervationes ſuas paſ-
„ ſim, gratiaſque expectativas in orbem ſpar-
„ gerent, ingens Eccleſia univerſalis in ſpi-
„ ritu ſancto legitime congregata, per gene-
„ ralem reformationem capitis & membro-
„ rum reſervationes omnes gratiaſque expe-
„ ctativas ſuſtulit, & veteres canones de ele-
„ ctionibus & collationibus reſtituit. In qua
„ generali reformatione illud diſerte cautum
„ exceptumque eſt, ut quicunque cujuſcun-
que

Digitized by Google

que dignitatis etiam Papalis obedire contu- “
maciter contempſerit, niſi reſipuerit, con- “
dignæ pœnitentiæ ſubjiciatur. “

XLV. Quod ad minora beneficia attinet, “
quæ collativa dicuntur, obſcurum non eſt “
eorum conferendorum ac diſtribuendorum “
jus ad epiſcopos in ſua quenque diœceſi “
pertinere, c. regenda. c. quicunque. c. no- “
verint, 10. q. 1. & toto tit. de offic. ordin. “
in Decretal. Ac Pontifex quidem Romanus “
cum gratias tribuit expectativas, aut man- “
data quæ vocant de providendo, & ad epi- “
ſcopum aliquem ea mittit, his verbis con- “
cipi diploma ſolet: Cujus collatio jure or- “
dinario ad te ſpectat. Proinde ea conferendi “
facultas nec eis adimi, nec minui ullo pacto “
abſque injuria poteſt. Ad quam injuriam “
depellendam epiſcopi ad regem, ut tuto- “
rem defenſoremque ſuum merito confugere “
ſunt. “

XLVI. Indignitatem hanc ratio provi- “
dendi eccleſiis, quam Romana curia exco- “
gitavit, vehementer auget, per reſervatio- “
nes nempe & gratias expectativas. Præbent “
enim occaſionem captandæ mortis alienæ, “
quod cum ne ethnici quidem tolerabile ju- “
dicarint, multo magis Chriſtiani horrere & “
execrari debent, c. nulla, de conc. præben. “

XLVII. Experientia vel ſola docuit, “
poſtquam à Pragmatica ſanctione receſſum “
eſt, quantam gratiæ expectativæ confuſio- “
nem

„nem pariant, partim ob earum multiplica-
„tionem partim ob prærogativarum ac dero-
„gationum clauſulas & cavillationes, quæ in
„eis inſeri conſueverunt. Miras enim offun-
„dunt tenebras, & lites infinitas gignunt.
„Ac tametſi Pius qui noviſſe diem ſuum obi-
„vit, ſtatuiſſet, duo tantum diplomata in
„ſingulas collationes expedienda eſſe, tamen
„duodecim ac eo amplius non raro conſpi-
„ciuntur.

„XLVIII. Ante ea decreta, quorum ſupra
„mentionem fecimus, tanta erat confuſio,
„ut in diœceſi Andegavenſi ſexcentæ gratiæ
„expectativæ in uno anno inventæ ſint. Nec
„minor in pleriſque aliis locis extitit nume-
„rus.

„XLIX. Si eo tempore, quo iſtæ tot gra-
„tiæ impetratæ fuerunt, deceſſiſſet Pontifex
„Romanus, irritæ omnes ac prorſus inutiles
„redditæ fuiſſent, propterea quod novi Pon-
„tifices hujuſmodi gratias ſtatim revocare
„ſolent. Itaque in ſingula diplomata ſi viginti
„aureos computemus, id eſt, quanti vulgo
„æſtimantur, ſumptus in eorum impetratio-
„nem facti, comperiemus jacturam hanc duo-
„decim millium aureorum eſſe.

„L. Tempore etiam Martini talis erat in
„Eccleſia confuſio: cujus tollendæ gratia de-
„creta, de quibus jam diximus, conſtitu-
„tioneſque factæ fuerant. Verum ſimulatque
„ab eis receſſum eſt, in priſtinum illud chaos
„denuo incidimus. „

LI.

LI. Ratione caret penitus hæc providendi ratio, quia certo certius eſt, ordinarium, qui in loco ipſo commoratur, & non tantum novit, qualis ſit Eccleſia, ſed qualis ſit etiam is de quo præficiendo agitur, melius & utilius poſſe Eccleſiæ providere, quam in Romana curia hujuſmodi diplomatis provideri ſoleat.“

LII. Si quis objiciat, ordinarios etiam collatores plerunque homines non idoneos ad gubernationem eccleſiarum promovere: huic reſpondendum eſt, ſi quid ea in re deliquerint, corrigi eos & puniri poſſe, juxta c. grave, de præbend. At Pontifex Romanus nemini ſubeſt, ut ipſemet deſe teſtatur, nec poteſt quiſquam ei dicere, Cur ita facis? Adhæc præficiuntur à Pontifice Romano peregrini, non indigenæ, quorum ingenium & conditio moribus patriæ non convenit. Itaque diſſidia hinc facile naſcuntur cum graviſſimo ſalutis animarum detrimento, & ſacramentorum irreverentia.“

LIII. Decreta, de quibus hîc loquimur, ſtudiis ac literis maxime favent: quia jubent literatis ac graduatis beneficia conferri. Quod ſi quæ in eis obſcuritas inſit, ea elucidari ita poteſt cum aliquo Reipublicæ bono, ut nihilominus illibata decretorum authoritas maneat.„

LIV. Si ita regni videretur, poſſet ratio

„ iniri, qua ſtantibus decretis facilius, ex-
„ peditius, ac minore ſumptu regiis miniſtris
„ conſuleretur in diſtributionem beneficio-
„ rum, quam per curiam Romanam fiat: &
„ eadem opera ſcholaſticis & literatis viris
„ proſpici poſſet, nempe certos menſes pro
„ tertia parte ipſis debita attribuendo. Quod
„ rex defunctus facere cogitabat, & in animo
„ habebat.

„LV. Commodior atque utilior regi eſſet
„ ordinaria eligendi ratio, cum ſit veriſimile
„ hominem gravem & idoneum, quem ipſe
„ commendaverit eligentibus acceptum eis
„ fore, nec quemquam futurum qui honeſtæ
„ regis voluntati non facile aſſentiatur.

„LVI. Si forte quis dixerit alienum non
eſſe, ut Romanus Pontifex diſtributionem
„ aliquorum beneficiorum habeat, quibus
„ poſſit familiaribus ſuis & aliis graviſſimis
„ viris, quorum opera utitur in rebus arduis,
„ conſulere: Reſpondendum eſt ſatis huic
„ proſpectum eſſe per ea ſynodorum decreta,
„ de quibus hîc loquimur. Dimittuntur enim
„ omnia beneficia quorum reſervatio in cor-
„ pus juris includitur. Adhæc ubi ſunt decem
„ beneficia unum ad vitam: & duo ubi quin-
„ quaginta, juxta c. mandatum. Qua ratione
„ bene mereri de multis ei perquam facile eſt,
„ nullam confuſionem afferendo Eccleſiæ;
„ nec ſibi vindicando jura ordinariorum.

„LVII. Quod ad judicia & lites attinet, per-
ſpi-

ſpicuum eſt eas coram ordinariis tractari de- “
bere. Nec abſque ſumma eorum injuria & “
totius populi gravi incommodo ſi majores “
gravioreſque cauſas excipias, aliter fieri “
poteſt. Quamobrem ſi decreta tollantur, “
quibus huic malo præcluſa fuit via, juſtiſſi- “
ma erit apud regem conquerendi cauſa.

LVIII. Sancti Petri exemplum, cujus “
ſucceſſores ſunt Pontifices Romani, maxime “
eos movere debet, ut juriſdictionem ordi- “
nariam epiſcopis dimittant. Nam cum Hie- “
roſolymis quæſtio de legis obſervatione “
exorta eſſet, Petro tum præſente, Jacobus “
qui Hieroſolymorum epiſcopus erat, ſen- “
tentiam de ea re pronunciavit. Ac ut Vin- “
centius ſcribit in Spec. Hiſt. c. 9 hæc quæſtio “
ad alium niſi per appellationem trans ferri “
non poterat. “

LIX. Abſque his, de quibus loquimur, “
conſtitutionibus, nemini liceret tuto Ec- “
cleſiam aliquam aut beneficium obtinere. “
Argumento ſunt ea quæ poſt abrogationem “
earum conſtitutionum Romana curia hîc “
deſignavit. Non enim ſolum cauſarum ec- “
cleſiaſticarum, ſed etiam poſſeſſoriarum “
cognitionem, quæ regis eſt, ſibi vindicare “
Romani cœperunt. Ac ne à regalibus qui- “
dem ipſis potuerunt abſtinere: quorum co- “
gnitio ad regem & curiam Parlamenti haud “
dubie ſpectat. Idque perſpectum eſt in “
pleriſque negotiis, propter quæ regem ad- “

„ monuit conſuluitque curia, qui tum in fini-
„ bus Aquitaniæ erat. Nec diu proſt ejus rei
„ gratia conſtitutiones memorabiles edidit
„ rex, quæ in curia Parlamenti recitatæ, pro-
„ mulgatæ & in actis perſcriptæ ſunt.

„LX. Nec clericos modo & perſonas Ec-
„ cleſiaſticas vexabant his litibus Romani,
„ ſed etiam laïcos profanoſque homines. Nam
„ exemplum ſuccurrit tonſoris ante divi Dio-
„ nyſii ædem in urbe habitantis, qui cum
„ Romæ agentem filium amiſiſſet, mox pro
„ ejuſdem debito in curiam Romanam pertra-
„ ctus eſt. Idemque Joanni Dargonges regio
„ advocato accidit.

„LXI. Alterum ex quatuor malorum ge-
„ neribus, quæ ex decretorum contemptu
„ & abrogatione oriri diximus, eſt patriæ
„ deſolatio, quam depopulationem vulgo
„ appellamus. Regis ſiquidem intereſt pluri-
„ mum, deſertum à populo & deſolatum re-
„ gnum non eſſe. In multitudine populi digni-
„ tas regis, & in paucitate plebis ignominia
„ principis, proverb. 14.

„LXII. Ante hæc decreta & conſtitutio-
„ nes cum reſervationes & gratiæ expectati-
„ væ in uſu eſſent, & cauſæ in Romana curia
„ tractarentur, propulares regni hujus certa-
„ tim concurrebant Romam. Quorum alii
„ Cardinalibus & aulicis inſerviebant, alii
„ nullius hominis familiæ mancipati, ſed ali-
qua ſpe vana illecti ſuam parentumque ſuo-
rum

Digitized by Google

rum ſubſtantiam abſumebant: alii, & hi quidem plurimi, eo conſilio Romam migrabant, ut cæteris hîc manentibus moleſtiam exhiberent, & Eccleſias beneficiaque ab eis quo jure quaque injuria extorquerent. Nam experimento compertum eſt, maximam eorum partem qui hinc Romam proficiſcebantur, ſive ob itineris periculum & moleſtiam, ſive ob peſtem, quæ Romæ crebro graſſatur, ſtatim mortem oppetere ſolitos fuiſſe. Qui vero ex his periculis incolumes evadebant, negotium faceſſebant ſenibus, voletudinariis, & aliis hujuſmodi qui in Eccleſiis ſuis & beneficiis erant aſſidui. Ac ſæpenumero contingebat, ut miſeri homines in curiam Romanam citati cum adverſus iſtos calumniatores ſe defendere nequirent, præ tædio & mœrore vitam finire cogerentur."

LXIII. Plerique beneficiorum captatores parentum & amicorum loculos exhauriebant omnino, tandemque ad ſummam inopiam, atque adeo mendicitatem redigebantur. Quæ res etiam plurimis mortem accelerare conſueverat. Nec vero ulla ſpe alia tantas perferebant miſerias, niſi ut plumbum forte pro auro domum aliquando referrent. Accidebatque interdum ut hians corvus deluderetur; utque plumbum auro redemptum nihil plane aliud quam plumbum eſſet. Cum enim diplomatibus ſuis

„ plumbeis confiderent, interveniebat alius
„ qui annullationem aliquam, ſic enim vocant,
„ ex inſperato afferret. Ac interdum decem
„ aut duodecim ad idem beneficium anhelan-
„ tes & acceptantes exiſtebant. Orta vero lite
„ inter eos, Romam denuo redeundum erat
„ litigandi cauſa. Sic omnibus paſſim Romam
„ confluentibus, regnum popularibus ac ſub-
„ ditis miſerabiliter deſtituebatur.

„LXIV. Scholaſtici quoque conventus,
„ quod longe deterius eſt, & univerſitates ſtu-
„ dioſorum deſolatæ ac deſertæ ob eandem
„ cauſam jacebant. Nec dubium eſt, quin
„ contemptus decretorum & conſtitutionum,
„ quæ à majoribus noſtris nobis relictæ ſunt,
„ hæc omnia incommoda ſecum trahat.

„LXV. Id adeo facile cognoſci poteſt,
„ vel ex eo, quod cum rumor increbuiſſet de
„ Pragmaticæ ſanctionis abrogatione, nec-
„ dum ea de re quicquam in curia publicatum
„ eſſet, maxima popularium multitudo Ro-
„ mam ſe contulit. Ex quo conjicere licet
„ quantus ſit futurus Romam concurſus,
„ quanta regni deſolatio, ſi confectam eſſe
„ rem & authoritate curiæ confirmatam vul-
„ go intellectum fuerit.

„LXVI. Tertium incommodi genus ad
„ pecunias ſpectat, quibus regnum exinani-
„ tur: nec ulla res peſtilentior ac exitialior
„ huic regno poteſt excogitari. Nam, ut
„ philoſophus inquit, nummus menſura eſt

omni-

Digitized by Google

omnium rerum, & velut pro nobis fidejubet ac intercedit, quoties re aliqua indigemus. Bellorum nervi ſunt nummi, nec ſine iis regnum defendi ac propugnari poteſt. Imo ne juriſdictionem quidem ipſam, qua maxime opus eſt in hoc regno, abſque pecunia tueri licet."

LXVII. Si decreta & conſtitutiones jam dictæ antiquarentur quotannis, decies centena millia aureorum, & eo amplius hinc Romam exportarentur. Nam ſi ingentem numerum Epiſcopatuum, Archiepiſcopatuum, abbatiarum & aliorum beneficiorum, quæ in hoc regno ſunt, conſideremus, non difficile erit judicare infinitam pecuniæ vim hinc exituram eſſe in Annatas & alia hujuſmodi vectigalia, in gratias expectativas, in controverſias & lites, in quas magna pecunia vel itineris & viatici nomine impendi ſolet. Nam nullum eſt tam exiguum ac tenue beneficium, nulla collatio, quæ gratiis expectativis obnoxia non ſit. Huc accedat quod duodecim interdum diplomata ſeu bullæ unius beneficii nomine impetrantur. Nec ullus eſt mediocris fortunæ homo, qui non juvandorum promovendorumque filiorum aut propinquorum cauſa pecuniam aliquam in harum gratiarum impetrationem velut in aleam quandam conferat ac conjiciat. Cujus conſilii non alius plerunque exitus eſſe conſuevit, quam ut

„ hic captator ſimul & rem, & filium ſeu pro-
„ pinquum amittat.
„ LXVIII. Cardinalibus Romanæ Eccle-
„ ſiæ hoc in more poſitum eſt, ut omnes in-
„ ſigniores Abbatias accepteut. Ac ne Abba-
„ tias quidem modo, ſed alia etiam opimiora
„ beneficia, ut ab Eccleſiis parochialibus
„ Archidiaconi non temperent. Hinc fit ut
„ reditus eorum beneficiorum Romam per-
„ ferantur: nec inde unquam redeant, quod
„ Papa Romanus eis decedentibus ſuccedat.

LXIX. Annatæ præter exinanitionem pe-
„ cuniarum aliud quoque incommodum non
„ leve adferunt. Eſt enim inventa ratio, qua
„ bene mummati eruditis & probatæ vitæ
„ hominibus præferantur. Cui malo ac peſti
„ obſiſtere ac mederi voluerunt imperatores,
„ ut ex conſtitutione Leonis perſpicitur: cujus
„ hæc verba ſunt: Nemo gradum ſacerdotii
„ venalitate pretii mercetur, quantum quiſ-
„ que meretur, non quantum dare ſufficit,
„ æſtimetur, profecto enim quis locus tu-
„ tus, & quæ cauſa poterit eſſe excuſata, ſi
„ veneranda Dei templa pecuniis expu-
„ gnentur? quem murum integritatis, aut
„ vallum fidei providebimus: ſi auri ſa-
„ cra fames penetralia veneranda pro-
„ ſerpat, denique quid cautum eſſe poterit
„ aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta cor-
„ rumpatur? ceſſet altaribus imminere profa-
„ nus ardor avaritiæ, & à ſacris adytis repel-
latur

Digitized by Google

latur piaculare flagitium. ita caſtus & humilis noſtris temporibus eligatur epiſcopus, ut quocumque locorum pervenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet. non precio, ſed Precibus ordinetur antiſtes, tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat. ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi: profectò enim indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus invitus. Cum ſane ſi quis hanc ſanctam & venerandam antiſtitis ſedem pecuniæ interventu ſubiſſe, aut ſi quis ut alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur: inſtar publici criminis & læſæ majeſtatis accuſatione propoſita, à gradu ſacerdotii retrahatur: nec hoc ſolum deinceps honore privari, ſed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: ut eos, quos par facinus coinquinat, & æquat, utroſque ſimilis pœna comitetur.“

LXX. Eſt & aliud harum Annatarum grave & exitiale malum: quia qui eas Romano Pontifici pendunt & exolvunt, in pœnam incurrunt, quæ adverſus ſimoniaci ambitus reos ſtatuta eſt, nec ullum jus in beneficium habent, quod hac ratione obtinuerunt. Id enim verbis decreti expreſſum eſt. Qua in re quantum ſit corruptelæ ac periculi nemo non intelligit.“

LXXI. Poſtquam labefactata eſt Pragma-

„ ticæ ſanctionis & veterumd ecretorum au-
„ thoritas, experientia nos docet auro præ-
„ ſertim exhauſtum hoc regnum eſſe. Nam
„ antehac apud nummulariorum pontem
„ nulla erat menſa, quæ non magnopere fre-
„ quentaretur ab iis qui pro auro minutiorem
„ monetam expoſcebant : ex eoque collybo
„ multi quæſtum faciebant. Nunc vero arte
„ Romana ſic exſuctum eſt aurum ex popu-
„ larium loculis, ut ærea tantum minutaque
„ nobis moneta relicta ſit, & nummulariis
„ pontem dicatum jam puerilium puparum
„ & icuncularum fictores incolant.

„ „LXXII. Ut ſpeciatim ac ſigillatim de-
„ monſtremus quantopere hoc triennio pe-
„ cunia regnum exhauſtum ſit, animadver-
„ tendum eſt Pii Pontificis tempore vacaſſe
„ in hoc regno pluſquam viginti archiepiſco-
„ patus. Nec dubium eſt, quin tam pro an-
„ nuo illo vectigali, quod Annatam vocamus,
„ quam pro reliquo ſumptu acceſſorio & ex-
„ traordinario in ſingula diplomata ſeu bullas
„ ſena aureorum millia depenſa numerataque
„ ſint. Quæ ſumma eſt centum & viginti mil-
„ lium aureorum.

„ „LXXIII. Cœnobiarchiæ quoque ſive
„ Abbatiæ ad ſexaginta aut eo amplius vaca-
„ verunt in hoc regno. Quarum ſingulæ duo-
„ bus millibus aureorum ut minimum con-
„ ſtiterunt. Summa ergo eſt centum & viginti
„ millium aureorum.

LXXIV.

LXXIV. Eodem tempore Prioratus, Decanatus, Præpoſituræ, Præceptoriæ, & aliæ dignitates electivæ, quæ lituo inſignitæ non ſunt, pluſquam ducentæ vacaverunt. Ac in ſingula hujuſmodi beneficia aurei numerati ſunt quingenti. Summa igitur centum eſt millium aureorum.“

LXXV. Conſtat in hoc regno ad minimum centum millia parœciarum eſſe, quæ inhabitentur & incolantur. Nec ulla eſt in qua eo tempore gratiam expectativam aliquis non impetraverit, in quarum ſingulas XXV. aurei impenſi ſunt, tam pro itineris ſumptu quam diplomatum confectione, pro non obſtantiis, prærogativis annullationibus, & aliis ſpecialibus clauſulis, quæ gratiis adſcribi conſueverunt. Item pro executorio proceſſu ſuper eiſdem gratiis facto. Summa hæc eſt, vicies quinquies centena millia aureorum.“

LXXVI. Et ſi ingens eſſet pecuniarum exactio, earum rerum nomine, de quibus jam diximus, quo tempore jam dictæ conſtitutiones promulgatæ ſunt, tamen ex quo convelli cœperunt id eſt, tempore Pii Pontificis, & hoc etiam tempore altero tanto major eſt & amplior hujuſmodi exactio. Tunc enim Annatæ ſolvebantur habita veteris taxationis ratione, eaq; ad dimidiam partem ejus taxationis redigebatur. Nunc vero

An-

Digitized by Google

„ Annatæ taxationem & annuum reditum
„ excedunt, adeo ut plerunque videamus di-
„ plomata ab impetrantibus apud trapezitas
„ dimitti, quod reditu omni amplior ſumma
„ exigatur, id quod in Abbatia Bernayenſi
„ & S. Pharonis Melden, accidiſſe comperi-
„ mus.

„ LXXVII. Inficiari non poteſt Roma-
„ nus Pontifex quin ſublatis reſervationibus
„ & gratiis expectativis multo plus emolu-
„ menti ex hoc regno, quam ex duobus aliis
„ totius orbis Chriſtiani ampliſſimis & opu-
„ lentiſſimis regnis auferat: ut puta pro An-
„ natis vacantium Archiepiſcopatuum, Epi-
„ ſcopatuum, Abbatiarum, aliarumque di-
„ gnitatum & beneficiorum electivorum, quæ
„ immediate ei ſubjecta ſunt, quorum ingens
„ eſt numerus: Pro devolutionibus aliorum
„ Præſulatuum & dignitatum: Pro benefici-
„ orum præventionibus: Pro commendatio-
„ nibus & penſionibus: Pro beneficiis vacan-
„ tibus in Curia Romana; Pro diſpenſationi-
„ bus ad duo, vel tria, vel quatuor beneficia
„ incompatibilia: Pro gratia & facultate viſi-
„ tandi per procuratorem: Pro legitimatio-
„ nibus: Pro diſpenſationibus ſuper defectu
„ ætatis & defectu natalium: Pro re pœniten-
„ tiaria, quæ latiſſime patet: Pro Privilegiis:
„ Pro exemptionibus: Pro altaribus portati-
„ libus: Pro facultate eligendi confeſſorem:
„ Pro

Digitized by Google

Pro gratiis, ſi neutri & perinde valere: Pro diſpenſationibus ſuper vitiis corporis: Pro irregularitatibus: Pro contractu matrimonii in caſu prohibito: Pro infractione votorum religionis & peregrinationis: Pro abſolutione caſuum Papæ reſervatorum: Pro Protonotariatibus & promotionibus Capellanorum: Pro indulgentiis, & aliis id genus. Ex quibus ſumma conficitur multo amplior quam ducentorum millium aureorum. “

LXXVIII. Reditus Epiſcopatuum, Abbatiarum, & aliorum hujuſmodi beneficiorum, quos reſidentes & commorantes in curia Romana ad ſe perferri curant quotannis, excedunt ſummam centum millium aureorum. “

LXXIX. Quartum genus incommodi eſt Eccleſiarum ruina & deſtructio; quod cujuſmodi ſit facile ex ſuperioribus articulis colligi poteſt. Nam beneficiariis abſentibus, ut jam dictum eſt, pecunia quæ in inſtaurationem ſacrorum locorum impendi deberet, alio exportatur. Præſentes vero ac reſidentes annuo illo vectigali, quod Pontifici Romano pendi ſolet, premuntur mirum in modum & onerantur, ut etiam ſi velint ſumptibus in tutelam Eccleſiarum neceſſariis ſufficere non poſſint. Ex ea re duplex malum conſequetur. Nam & cultus divinus deſeretur in per-

„perniciem animarum, & plebecula, quæ
„ ſub Eccleſiaſtici ordinis hominibus vitam
„ tolerare conſuevit, præ ſumma egeſtate ce-
„ dere patria & ſolum vertere cogetur.

„LXXX. Commendationes, quæ jam
„ dictis canonibus & decretis prohibitæ fue-
„ rant, nunc vero uſitatæ ſunt & quotidianæ,
„ quid aliud ſunt quam certiſſima omnium
„ Eccleſiarum everſio? Nam ex quo decreta
„ illa peſſum ierunt, vix ullum eſt paulo opi-
„ mius nobiliuſque beneficium, quod in hanc
„ commendationis corruptelam non incide-
„ rit: velut in diœceſi Pariſienſi clariſſimum
„ omnium cœnobiorum, quod vel regum
„ Chriſtianiſſimorum ſepultura ſatis nobilita-
„ tur. Item cœnobia Sancti Maglorii: San-
„ cti Martini: Sancti Eligii, & alia quam plu-
„ rima.

„LXXXI. In provincia Rothomagenſi
„ nobiliſſima Abbatia S. Oven commendata
„ eſt: Item mons S. Mich. Jumieges, Mon-
„ tebourg, Feſcamp, Lyre, Yve, S. Ca-
„ ther. Grammont. Ac beneficia etiam regu-
„ laria, quod eſt indignius, hodie ſine delectu
„ commendationis titulo dantur.

„ LXXXII. In diœceſi Andegavenſi
„ Abbatiæ S. Albi. S. Nicol. S. Georg. S.
„ Florent. Ferriere, Bourget, Cunault, &
„ alia pleraque beneficia hujuſmodi. In aliis
„ provinciis Abbatiæ Cluniacenſ. Caſad. Iſ-
„ ſor. Compend. Inſula Bar. S. Bert. S. Joan.

Lau-

Laudun. Vindoc. S. Joan. Angel. S. Sulpitii. “
Biturig. S. Vinc. Cænoman. Cultura Cænom. “
S. Mart. Auguſtod. & alia beneſicia innume- “
rabilia. “

LXXXIII. Harum commendationum “
abuſus quam peſtilens exitioſuſque ſit huic “
regno nemo ſatis eloqui poteſt. Commen- “
dantur enim opulentiora & clariora bene- “
ficia ut plurimum Cardinalibus Romanæ “
Eccleſiæ: atque hinc fit, ut fere vacent in “
Curia Romana, eorumque diſtributio Pon- “
tificis Romani ſit, nullaq; electio locum ha- “
beat. Et quia reditus ac proventus eorum “
beneficiorum Romam hinc exportantur: “
corruunt ædificia: diſciplina omnis monaſti- “
ca ceſſat: cultus divinus friget & extinguitur. “
Sic ædificia omnia tam lapidea quam ſpiri- “
talia dirui funditus & everti videmus, adeo ut “
ſi quis impoſterum ea reſtituere & inſtaura- “
re cupiat, vix, imo ne vix quidem unquam in “
priſtinum ſtatum reduci queant. Nam ii “
ſunt mores hujus ſeculi, proh dolor, ut “
perinde ſit Abbatem eſſe, ac profani cujuſ- “
vis prædii dominum eſſe; nec ullius oneris “
officiive gratia quis Abbatiam accipit, niſi “
ut à colono quopiam aut redemptore ſive “
conductore rationes exigat, & reliqua ſi “
quæ ſint auferat & conſumat. “

LXXXIV. Cum ſynodus Conſtantienſis “
tempore Martini Papæ, eos, de quibus jam “
diximus, canones edidit, non mediocris “
jam

Digitized by Google

„ jam erat corruptio in Eccleſia; ſed longo „ profecto tolerabilior quam hoc tempore: ac „ ſinguli Cardinales ſingulis Abbatiis con„ tenti erant: nec ullis hominibus aliis com„ mendabantur Abbatiæ. Hodie humilio„ ribus & in nulla dignitate poſitis, nec re„ gulares Abbatiæ modo, ſed Prioratus e„ tiam conventuales S. Benedicti, atque „ adeo Hoſpitalia ipſa S. Antonii ſecularibus „ hominibus commendari cœperunt.

„LXXXV. Hæc cum ita ſe habeant, „ cenſet curia obſervationem Canonum, De„ cretorum & conſtitutionum jam dictarum „ regis culpæ aut inobedientiæ adſcribi non „ poſſe, nec ulla obſtringi eum religione, „ quo minus ejus rei curam ſuſcipiat. Quini„ mo gravi ſcelere, quod bona ejus venia di„ ctum ſit, ſeſe obligare videretur, ſi contra „ eos Canones aliquid admitteret: idque „ propter authoritatem & ſanctitatem eorum, „ qui hos Canones nobis reliquerunt, quique „ in magna tranquillitate, proſperitate & „ ſucceſſu Eccleſiæ eiſdem uſi ſunt. Ex quo „ genere eſt collegium Apoſtolorum, Sa„ croſanctæ ſynodi Antiochenſis, Carthagi„ nenſis, Conſtantinopolitanæ, Lateranen„ ſis, &c. Sancti patres ac Pontifices, qui „ eos comprobaverunt & ſecuti ſunt, Pius, „ Martinus, Leo confeſſor, Gregorius, & „ cæteri. Denique ſanctiſſimi quique & Chri„ ſtianiſſimi reges, qui eos Canones & Eccle-

ſiaſti-

ſiaſticam diſciplinam, quæ eis continetur, "
ſummopere amplexi ſunt, & cuſtodiendos "
eos diligenter curarunt: ut Clodoveus, "
Carolus Magnus, Philippus Deodatus, S. "
Ludovicus, Philippus Pulcher, Ludovicus "
Hutinus, Joannes, Carolus VI, Carolus "
VII. quorum temporibus proſperos ac fœ- "
liciſſimos ſucceſſus hæc monarchia habuit. "

Cœterum, poſtquam Ludovicus XI. Franciæ Rex animadvertit Pium II. promiſſis non ſtare, neque Gallicana beneficia pro animi ſui arbitrio conferre regnumque univerſum pecuniis exhauriri: tandem ad Pragmaticæ recuperationem animum appulit. Clerius autem Gallicanus, ut adverſum Curiæ Romanæ cenſuras propugnaretur, illos ut plurimum diligebat Epiſcopos quos Principi gratiſſimos fore ſciebat: Rexque nonnunquam duos aut tres cooptandos proponebat, quorum unum Clerici delectu haberent. Quæ conſuetudo ad Franciſci I. tempora ferme inveteravit. At vero Pius II. anno MCCCCLXIII. ſexto Calendas Maji bullam retractationis omnium Actorum Baſileenſis Synodi à ſe ſcriptorum evulgavit: ubi acta illa *tanquam errenea & juvenilis animi judicio parum penſata revocat atque omnino reſpuit.* Et ſtatim initio ſcribens Rectori & Univerſitati ſcholæ Colonienſis enarrat, *quod cum eſſet in minoribus, nondum Sacris ordinibus initiatus, & inter eos verſaretur qui ſe Generale Concilium*

 ſa-

facere, & Eccleſiam univerſalem repræſentare ajebant. Dialogum quendam ad univerſitatem Colonienſem ſcripſiſſe de auctoritate Concilii Generalis & geſtis Baſileenſium & Eugenii Papæ contradictione: ſe ea probaviſſe vel damnaſſe quæ probanda vel damnanda cenſeret: & quantum capiebat tantum defendiſſe aut oppugnaſſe: nihil mentitum eſſe & nihil ad odium retuliſſe: exiſtimaſſe bene agere, & recta incedere via: nec aliud ſibi objectum quam publicam utilitatem & amorem veri: Tandem fatetur ſe erraſſe atque ignoranter imitatione S. Pauli perſequutum Eccleſiam Dei & Romanam, primamque Sedem: Cogique B. Auguſtinum imitari, qui cum aliquanto in ſuis voluminibus erronea inſeruiſſet, retractationes edidit. Idem & nos faciemus ait, Confitebimur ingenue ignorantias noſtras, ne per ea quæ ſcripſimus juvenes error irrepat, qui poſſit in futurum Apoſtolicam Sedem oppugnare, &c. Quibus ex rebus dilectiones veſtras hortamur, & in Domino commonemus, ne prioribus illis ſcriptis inhærentes aut fidem ullam præſtetis quæ ſupremam Apoſtolicæ Sedis auctoritatem quovis pacto elidunt. Nam quæ ſunt à Deo ordinata ſunt, Romanor. XIII. Requirit autem ordo, ut inferiora à ſuperioribus gubernentur, & ad unum tandem perveniatur tanquam Principem & moderatorem cunctorum quæ infra ſunt, &c. Subnectit, *Chriſtum elegiſſe unum & ſolum B. Petrum non plures dicens: tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Matthæi XVI. & Joannis XVI. Paſce oves meas*: Ex quo infert, *B. Petro ejuſ-*

ejuſque ſucceſſoribus Primatum collatum à Chriſto: & Romanos Pontifices canonice electos ſupremam à Deo poteſtatum ſine medio conſequi & per ordinem ac proportionatim in omnem diffundere Eccleſiam: illorumque peccata ſoli divino judicio punienda relinqui. Si quid ergo adverſus hanc Doctrinam inveneritis, inquit, aut in dialogis aut in Epiſtolis noſtris aut in aliis opuſculis noſtris reſpuite & contemnite: ſequimini quæ nunc dicimus & ſeni magis quam juveni credite: nec privatum hominem pluris facite quam Pontificem: Æneam rejicite, Pium recipite, &c. Dicent fortaſſe aliqui cum Pontificatu hanc nobis opinionem adveniſſe, & cum dignitate mutatam eſſe Sententiam. Haud ita eſt longe aliter actum, &c. Memoratque poſtquam Eugenius primam diſſolutionem Synodi Baſileenſis tentavit, frequentem numerum Prælatorum & Cardinalium etiam Roma veniſſe ad Concilium: *Hoſque, ut omnis multitudo inimica Principi, Eugenii nomen omnibus modis laceraſſe: ſe vero qui ex Patria juvenis non ex urbe ad Concilium migraverat, & nova tum primum avis ex Senenſi Gymnaſio evolaverat, rudis & inexpertus vera putaſſe omnia quacumque dicebantur; nec putabamus ait, mentiri alios, qui neſciremus ipſi mentiri: nec Eugenium poteramus ligere quem tot tantique teſtes indignum Pontificio dicerent. Aderant Legati Pariſienſis Scholæ, cujus eſt fama percelebris: adfuerunt & aliquando veſtri, & aliorum ſtudiorum Germanicæ Nationis Oratores: & uno cunctiore ore Concilii Generalis aucto-*

ritatem ad cælum efferebant: De Poteſtate Romani Pontificis pauci erant qui loqui præſumerent: omnes qui publice loquebantur prurientibus auribus multitudini applaudebant. Acceſſit & ipſius Eugenii conſenſus qui diſſolutionem Concilii à ſe factam revocavit: & progreſſum ejus approbavit, &c. Novæ interceſſere diſcordiæ cum aliis de rebus, tum potiſſimum ſuper tranſlatione Concilii Græcorum cauſa in alium locum. Eugenius in Italia non ſine ratione Concilium petebat: POPULARITAS SYNODALIS, *tranſire mentes horrebat & in Avinione aut Sabaudia locum deſiderabat, &c.*

En ſumma rationum quas Pius II. pro retractatione actorum Baſileenſis Synodi excogitavit. Porro ſi illas dogmatice examinemus, tantum abeſt ut geſtis Æneæ Sylvii derogent, cum potius illa magis ac magis corroborent. Primo dum cauſatur, ſe non ex urbe, cujus mores conſuetudinem & inſtituta minime noverat, ſed ex Gymnaſio Senenſi juvenem & rudem ac rerum humanarum inexpertum Baſileam contuliſſe & ſine ullo mendacio aut fuco quæ ibi peragi vidit ſcripſiſſe, ac ſe bene agere putaſſe: Certe hæc nullo modo retractationi quam adornare uſui eſſe aut geſtis quæ magna cum fide ſcripſit detrahere poſſunt; ſi enim Sylvius Romæ educatus & à prima pueritia Curiæ Romanæ ſtudiis innutritus fuiſſet, neque ex Gymnaſio Senenſi Baſileam velut tabula raſa evolaſſet: veriſimile, imo ex iis quæ ſubſequuta ſunt

cer-

Digitized by Google

certum evadit, illum ejuſmodi acta nullo modo aut ſaltem cum tanta fide & integritate non ſcripturum fuiſſe. Secundo pondus & Commendatio aus contemptus Actorum Baſileenſis Synodi non petendus à quæſtione Facti, id eſt à juventute aut ætate ſcribentis, ſed à veritate rei & cauſis eſſentialibus poteſtatis Eccleſiaſticæ, quæ ibidem explicatæ à Patribus & fideliter ab Ænea Sylvio collectæ ſunt: *Nam*, inquit *nihil mentiti ſumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus: nec mentis noſtræ aliud erat objectum quam publica utilitas & amor veri.* Hæc ille, quo nihil poteſt ad Actorum ejuſmodi commendationem adduci, robuſtius: divinoque judicio factum videtur, ut Pius II. hic pugnantia loqueretur id eſt, uno atque eodem calamo acta à ſe ſcripta retractaret & comprobaret. Sicque diſplauditur quod prætexit, ſe tum B. Pauli exemplo Eccleſiam perſequutum & nunc S. Auguſtinum imitari: Hercle aliud eſt Curiam Romanam & aliud Eccleſiam Catholicam perſequi. Tertio, quod objicit S. Petrum ejuſque ſucceſſores primatum habere à Chriſto: id nulla in parte controverſum eſt inter Catholicos: ſed duntaxat de abſoluta Curiæ Romanæ Monarchia tanquam Juri Divino, Naturali & Canonico infeſta altercamur. Quarto, etſi poteſtas Eccleſiaſtica & primatus immediate ſit à Deo inſtitutus: tamen abſque medio non confertur Papæ & Epiſco-

piſcopis aut ſacerdotibus : id eſt, abſque miniſterio Eccleſiæ quæ Papam, Epiſcopos, & ſacerdotes deligit, quibus etiam Sacros defert ordines. Quo igitur ſenſu capiendum eſt quod Pius II. aſſerit Pontificem Romanum Canonice electum ſine medio auctoritatem conſequi à Deo. Cum auctoritas Eccleſiaſtica tota reſideat in Chriſti ſacerdotio Eccleſiæ, ut illud proportionatim Papæ, Epiſcopis, & ſacerdotibus diſpartiretur? Quinto, omnes Epiſcopi & presbyteri æque immediate ſuam derivant poteſtatem à Deo quam ipſe Papa: Sicut omnes inferiores Magiſtratus Galliæ verbi cauſa, æque immediate ſuam à Rege Chriſtianiſſimo mutuantur auctoritatem quam ipſa Parlamenta. Siquidem in poteſtate Eccleſiaſtica duo ſunt, forma ſcilicet & materia: habitus aut facultas agendi & actus. Quod ſpectat ad formam & habitum una cum Sacerdotali aut Epiſcopali ordine conferuntur: materia vero & actus exercitus, quando Titulus materia, & populus regendus confertur Epiſcopo per Sacras electiones aut alia via. Ex quo evenit, ut Epiſcopus & presbyter, actus exerceant hierarchicos non delegata ſibi à Pontifice, ſed propria atque immediata poteſtate ſibi collata à Deo, ut fuſius alibi demonſtravimus contra Franciſcum Suarem. Sexto, ut Curiales cauſæ ſuæ verificentur, frequentiſſime hoc in ore habent: nimirum, primam Sedem à nemine ju-

dicari

dicari : verum juxta Eccleſiæ primitivæ diſciplinam & rei veritatem declaratam in Synodo Conſtantienſi ſeſſione quarta & quinta, hoc falſiſſimum, imo etiam hæreticum eſt, ut ſæpe docet Gerſonius : quia Pontifex directivo & coactivo Eccleſiæ judicio ſubjicitur.

Septimo, quod perhibet ſe Eugenium diligere non potuiſſe, cum videret Cardinales & Curiales Aulæ Romanæ illius famam ſuggillare, ad quæſtionem facti pertinet. Quæſtio autem juris eſt : An major ſit Papæ quam univerſalis Concilii Eccleſiam immediate & immediatius ac eſſentialius quam Papam repræſentantis auctoritas : Et utrum invito & inconſulto Concilio Pontifex Romanus poſſit diſſolvere Concilium Generale, & quocumque voluerit traducere. Porro forſan non erat abſque cauſa quod tum Curiales Eugenio obloquerentur : Cum ipſe Platina narret : *Illum initio ſui Pontificatus innumeris malis originem præbuiſſe, & bellum in Italia exciviſſe.*

Octavo Legati Pariſienſis Academiæ & reliquarum univerſitatum Oratores qui Auctoritatem Concilii ſupra Papam efferebant, id quidem ex cauſis eſſentialibus & ad normam dogmaticæ Theologiæ faciebant ; quocirca hoc nihil poteſt imminuere fidem Actorum ab Ænea Sylvio ſcriptorum : Cum potius magis fulciat : qui enim ex Cauſæ evidentia recte quidem & dogmatice judicat. Nono,

Pius II. hic clare teſtatur, Synodum Baſi-leenſem & ejuſdem progreſſum ab Eugenio approbatum : quod eſt Argumentum ad hominem : de quo ſupra in Analyſi Seſſionis XVI. Concilii Baſileenſis : mirorque Pium II. hæc voluiſſe inſerere inter excuſationes ſuas cum actis confirmandis inſerviant.

Decimo valde notatu dignum eſt, quod contemptum Concilium vocet *popularitatem Synodalem*. Certe non ita Dominus, qui Matthæi XVIII. pollicetur ſe certo adfuturum Conciliis Eccleſiæ, *ubicumque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum*. Qua formula omnem excludit ſingularitatem & abſolutam monarchiam quam Curiales adſtruere moliuntur. Compendium omnium Argumentorum Pii II. eſt, Æneam Sylvium cum eſſet juvenis necdum ſibi ad opes, beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas animum induxiſſet, firmitate atque evidentia cauſarum impulſum ad Acta Synodi Baſileenſis fideliter abſque ullo fuco & fallaciis ſcribenda : & conſequenter potius illi habendam fidem ut Æneæ Sylvio juveni & pauperi privato, quam ut Cardinali aut Pontifici Seni & ditiſſimo : ipſe rationem reddit, *Nam*, inquit, *nihil mentiti ſumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus : nec mentis noſtra aliud erat objectum quam publica utilitas, & amor veri*; Contra adepto Cardinalatu & Pontificatu, cauſæ ſuæ privatæ potius quam Eccleſiæ Catholi-

tholicæ ſervire, & ſtatum temporalem Curiæ Romanæ tueri voluit. Profecto, ipſa veritas quanto majori artificio & contentione animi hic à Pio II. obtegitur, magis ſeſe prodit : idque ſumma eſt illius prærogativa, ut ab illis ipſis qui eam amplecti detrectant aut implicare conantur. In libertatem aſſeratur atque in hominum oculis aperte exponatur.

Ludovico XI. vita functo Carolus VIII. Ludovici filius regnavit in Gallis Anno MCCCCLXXXIII. quo tempore Curia Romana, non modo obſervationi Pragmaticæ verum etiam decretis Synodi Baſileenſis & Conſtantienſis magna objiciebat impedimenta : quæ inſtar febris erraticæ per Galliæ Regnum crebro recurrebant. Primo anno Principatus Caroli, Conventus trium ordinum Regni habentur Turonibus : ubi *Magiſter Joannes de Rety*, Doctor Sorbonicus & Canonicus Eccleſiæ Pariſienſis, nomine trium ordinum ſuaſionem habuit qua de Curiæ Romanæ Artibus & gravaminibus valde conqueſtus eſt : ſupplexque petiit à Rege tanquam vindice & protectore Eccleſiæ Gallicanæ, ut eam ab ejuſmodi exactionibus liberaret : Subjunxit quoque Regem minime pati debere Summum Pontificem aliquid in Pragmaticæ præjudicium contra Eccleſiæ Gallicanæ libertates, Jura regia, & Canones Synodi Conſtantienſis & Baſileenſis facere : viderique tribus Regni ordinibus, Cardina-

lem Andegavenſem quem Papa legatum inſtituebat in Galliis neque quemquam alium legatum admitti oportere: quoniam temporibus elapſis tres Legati Pontificii immenſis pecuniis regnum exhauſiſſent & multos auro atque argento onuſtos Romam abduxiſſent. Quod ſi quid in Decretis Pragmaticæ grave & auctoritati Pontificiæ moleſtum videretur, tres ordines Regni paratiſſimos eſſe ea de re judicium Concilii Generalis proxime celebrandi ſubire & amplecti. Videat Lector Collectionem Actorum Conventuum trium ordinum Turonenſium ſub Carolo VIII. ubi multo plura quam à me hic per Liptoſim commemorantur obſervabit: quæ quidem ad hiſtoriæ Eccleſiaſticæ notitiam apprime conducunt: oſtenduntque Majores noſtros viriliter ac ſtrenue Eccleſiæ & Regni Gallicani libertates cum Synodi Conſtantienſis & Baſileenſis decretis propugnaſſe: cujus etiam exemplum & monimentum peculiare lubet appingere: videlicet Pariſienſis Academiæ appellationem ad futurum Concilium ob Decimas quas Innocentius VIII. PP. contra Decretum Conſtantienſis Concilii Anno MCCCCXCI. volebat exigere in Regno Franciæ.

Digitized by Google

Appellatio Univerſitatis Pariſienſis, pro libertate Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum immunitatibus, facta ſub Innocentio VIII. anno M. CCCCXCI.

IN nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum, cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod anno ejuſdem Domini M. CCCCXCI. indictione nona, menſis vero Septembris die decima tertia, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri, Domini Innocentii, divina providentia Papæ VIII. anno octavo, in noſtrorum Notariorum ſubſcriptorum teſtiumque infraſcriptorum præſentia perſona conſtituti RECTOR Univerſitatis Pariſienſis, necnon ſacræ Theologiæ, Decretorum, & Medicinæ facultatum Decani, ac Franciæ, Picardiæ, Normaniæ, & Almaniæ nationum in dicta Univerſitate Procuratores, vice ac nomine dictæ Univerſitatis, ſingulorumque Doctorum, Magiſtrorum, Licentiatorum, Baccalariorum, & ſcholarium ſingularum facultatum, regentium & non regentium, & aliorum ſuppoſitorum ejuſdem univerſitatis, & tam pro ipſis quam pro aliis ſibi adhærentibus & adhæſuris in hac parte, quemdam codicem papyreum, ſcripturam quæ ſequitur continentem, nobis exhibuerunt, & coram nobis contenta in eadem fecerunt

cerunt & expleverunt, ac in præſenti inſtrumento publico inſeri requiſiverunt, cujus quidem ſcripturæ tenore ſequitur in hæc verba.

Sacroſancta Romana Eccleſia, deſideria & vota fidelium, præcipue Regum Catholicorum & Principum, tanta novit benignitate ſuſcipere, & illa conſuevit tam congrua moderatione penſare, ut nihil Euangelicis ſeu Apoſtolicis regulis, vel divinæ legi repugnans, aut quod ſacrorum canonum conſtitutionibus, vel Conciliorum generalium decretis obviet, precibus vel ſupplicatione aut importunitate concedat, & ſi quicquam ſtatutis Eccleſiaſticis contrarium, vel à jure diſſonum vel quod fidei Catholicæ regulis deroget, ſeu per quod pax & tranquillitas aut libertas Eccleſiæ, ipſiuſque fidelium miniſtrorum turbetur, vel per quod in ipſa Eccleſia ſcandalum oriri veriſimiliter timeatur, cum gravamine ſubditorum indulgeat: ſuadet ratio, gravatos, læſos, & oppreſſos, per appellationis remedium obviam ire.

Sane, diligenter hæc attendentes, nos Guillelmus Capel Rector univerſitatis Pariſienſis, necnon ſacræ Theologiæ, Decretorum, ac Medicinæ Facultatum Decani, Procuratoreſque Franciæ, Picardiæ, Normaniæ, Alemaniæ nationum, in eadem univerſitate Pariſienſi vice ac nomine ipſius uni-

univerſitatis ſingulorumque Doctorum, Ma- „
giſtrorum, Licentiatorum, Baccalariorum, „
& ſcholarium in eadem univerſitate ſtuden- „
tium, regentium, & non regentium ac ſin- „
gulorum ſuppoſitorum ejuſdem, animo & „
intentione provocandi & appellandi à gra- „
vaminibus infraſcriptis DICIMUS ET PROPO- „
NIMUS, tam pro nobis quam pro prædictis „
Magiſtris Doctoribus, & Scholaribus, aliiſ- „
que ſuppoſitis ejuſdem univerſitatis, & aliis „
ſibi in hac parte adhærentibus & adhæſuris, „
ea quæ ſequuntur. Sub proteſtationibus ta- „
men, quod non intendimus aliquid profer- „
re, dicere, vel ſcribere in alicujus vel ali- „
quorum injuriam, vituperationem, con- „
tumeliam, aut famæ demigrationem, nec „
etiam quod male ſonet, vel deviet à fide, „
ſeu quodcumque ſiniſtrum ſignificet: Quod „
ſi forſan aliquid tale reperiatur, pro non ap- „
poſito : Sed intendimus ipſa proponere, „
dicere, vel ſcribere dumtaxat, ad jurium „
dictæ univerſitatis, ipſiuſque ſuppoſitorum „
tuitionem, oſtenſionem innocentiæ ſuæ, „
& cauſæ ipſius juſtificationem. „

In primo igitur dicimus & proponimus, „
quod Eccleſia Chriſti ſponſa, à ſui primor- „
dio divina & æterna lege, *per quam reges*
regnant regnaque & principatus poſſident, ejuſ- „
que miniſtri fideles, ut liberius Deo ſuo „
ſervire valerent, à cunctis ſubſidiis, tributis, „
& aliis exactionibus indebitis, immunis & „
libera fuiſſe perhibetur. Scri- „

Digitized by Google

„ Scribitur namque Geneſis 47. quod to-
„ ta terra Ægypti redacta fuit in ſervitutem
„ & ſubjecta tributo, præter terram ſeu por-
„ tionem ſacerdotum. Voluit Deus illam
„ ad ſacerdores Levitici generis, prout Nu-
„ meri 18. legitur, pertinere. Quæ ſiquidem
„ portio, in decimis, primitiis, & obla-
„ tionibus conſiſtit, quas ſubjacere tribu-
„ to, vel tributarias fieri poſſe, nullus men-
„ tis compos unquam diceret. Quod autem
„ hujuſmodi decimæ & oblationes quæ Deo
„ dedicatæ ſunt, non ſubjaceant tributo, ma-
„ nifeſte comprobatur, quia cum quærere-
„ tur à Domino Mathæi 22. ſi Cæſari redden-
„ dum eſſet tributum, reſpondit, *Reddite quæ
„ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo* : per
„ hæc verba innuens Dominus, quod ea quæ
„ ſunt Dei & Eccleſiæ non debent nec poſ-
„ ſunt Cæſari aut Principibus attribui ſecula-
„ ribus.

„ Et nedum de lege Divina veteri & no-
„ va, verum etiam jure gentium & naturali,
„ hujuſmodi libertas & immunitas Eccleſiæ
„ & miniſtris ejus videtur fuiſſe conceſſa:
„ Nam ut vult Ariſtoteles primo Metaphyſi-
„ cæ, gens ſacerdotum apud Ægyptum, ut
„ vacaret ſtudio, & contemplationi, libera
„ erat ab omni tributo. Et idem Ariſtoteles
„ III. Politicæ, loquendo de vero Dominio
„ regali, dicit quod tempore herocio, id eſt
„ tempore quo viri heroici & virtuoſi rege-
bant

bant (quæ tempore à poëtis appellabantur ſecula aurea) Reges erant omnium poſſeſſionum Domini, præterquam illarum quæ ad Sacerdotes ſpectabant. Per hoc innuens ſummus ille Philoſophus, quod jure gentium fuit terra Sacerdotum libera, nec tributis principum ſubjecta."

Hieremias etiam, cum videret Eccleſiam ſanctam Dei deſolatam & afflictam, ac tributo ſubditam, deploravit ejus afflictionem Threnorum 1. dicens: *Princeps Provinciarum facta eſt ſub tributo.*"

Hanc etiam libertatem ſacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris, viris quoque literarum ſtudia ſectantibus, etiam ante Incarnationem Domini conceſſam fuiſſe ex commentariis Cæſaris comprobatur: Nam Druides, qui erant literati viri & litterarum Doctores, & ſacerdotes apud Gallos, erant ab omni tributo liberi & ab omni exactione: & ut vacarent contemplationi & litteris, omnem immunitatem generaliter habebant, & idem quamplurimis exemplis & auctoritatibus ſacræ & divinæ ſcripturæ teſtimonio perpetuo roboratur."

In Geneſi namque ſcribitur de Pharaone, qui licet divinæ legis non haberet notitiam, ille tamen (omnibus aliis ſervituti ſubactis) ſacerdotes & eorum poſſeſſiones in libertate dimiſit & eis de publico alimoniam miniſtravit, Domino ex tunc pronunciante, ſacer-

" ſacerdotes in omni genere liberos eſſe de-
" bere.

" "Scriptum eſt etiam, quod rex Artaxer-
" xes, licet infidelis eſſet, cum omni populo
" Judæorum per Nabuchodonozor captiva-
" to, atque populo ſuo multa tributa & vecti-
" galia imponeret, ſacerdotes tamen Judœo-
" rum ab illis tributis & angariis voluit eſſe
" exemptos: *Vobis*, inquit Eſd. 7. *notum faci-*
" *mus de univerſis ſacerdotibus & Levitis, & can-*
" *toribus, janitoribus, Nathanæis, & miniſtris*
" *domus Dei hujus, ut vectigal & tributum, & an-*
" *nonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper*
" *eos*. Voluit autem iſte Artaxerxes rex, li-
" beros eſſe ſacerdotes à prædictis ne forte
" iraſceretur Deus cœli contra regnum Re-
" gis, & filiorum ejus.

"Legitur etiam in Eſdra quod noluit
" ſacerdotes etiam pro templi ædificatione
" tributis onerari, ne in regem & in ejus fi-
" lios divina ultio deſæviret.

" In liberis etiam Regum legitur de ſa-
" pientiſſimo Salomone, quod univerſum
" populum, qui remanſerat de Amorrhæis,
" & Hethæis & Jubuſæis, tributarios; de
" filiis autem Iſraël, non conſtituit Salomon
" ſervire quemquam cum tributo.

" Legitur inſuper in libris Machabæorum
" de Heliodoro templi & ſacerdotum acer-
" rimo perſecutore, quod cum perturbaret
" templum Dei, & ſacerdotes, apparuit de
cœlo

cœlo equus terribilis, habens ſeſſorem, & cum eo juvenes duo ſpecioſo amictu, & plagis multis afflictum Heliodorum, quaſi in exterminio palpitantem, compulerunt Regi divina magnalia demonſtrare. Ac cum Rex alium mittere conaretur, dixiſſe fertur Heliodorus, ſi quem habes regni inſidiatorem, mitte, & flagellatum eum recipies: Nam qui habet in cœlis habitationem, templi & miniſtrorum ejus violatores percutit & perdit. "

Balthazar Chaldæorum rex quia res templi Jeruſalem, ſcilicet vaſa aurea & argentea in uſus prophanos deputavit, ultione divina eadem nocte interfectus, & regnum ejus tranſlatum ad Medos & Perſas. "

Pompejus Dux fortunatiſſimus in rebus bellicis, poſtquam res à templo Hieruſalem abſtulit, nihil poſtea proſpere geſſit, ſed infœliciſſime terra marique fugatus, à ſpadonibus Ægyptiis detruncatus, morte turpiſſima obiit. "

Carolus Martellus Major Domus Francorum, & pater Pipini regis, viſus eſt à quodam viro ſancto Eucherio nomine, Aurelianenſi Epiſcopo, deportari in infernum, eo quod ſuis militibus decimas contulerat Eccleſiarum, videruntque eum aliqui religioſi viri, ubi à dæmonibus in navi velociſſime mota ſine remis per Rhodanum ducebatur in ollam Vulcani projiciendum:

„ ſed aperto ejus ſepulchro apud Sanctum
„ Dionyſium, loco corporis inventus eſt hor-
„ ridus anguis.

„ Quid autem in hac re dictent & ſtatuant
„ Canonicæ ſanctiones attendamus: Non
„ enim unus Pontifex ſummus, ſed tota uni-
„ verſalis Eccleſia, in celeberrimo Latera-
„ nenſi Concilio, ſub Anathematis pœna, tal-
„ lias exigi ab Eccleſia inhibet, ac tributa:
„ exactores (præmiſſa monitione) decrevit
„ excommunicationi eo ipſo ſubjacere, à
„ qua niſi plena reſtitutione præhabita, non
„ veniunt abſolvendi: Et ſi Eccleſiaſtici
„ quicquam voluntarie duxerint conferen-
„ dum, ſtatuit Romanum Pontificem pri-
„ mitus ſuper hoc conſulendum.

Quid autem in legibus Imperatorum
„ cautum ſit breviter inſinuandum occurrit:
„ Omnis (inquit Imperator Juſtinianus) à
„ clericis tributorum injuria, & exactionis
„ repellatur improbitas: Et cum negotiato-
„ res, ob neceſſitatem publicam, ad exactio-
„ nem vocantur, à clericis omnis talis ſtrepi-
„ tus, omniſque moleſtia penitus conquie-
„ ſcat, tantaque eis prærogativa ſuccurrat,
„ ut ſacerdotum miniſtri immunes ab oneri-
„ bus præſerventur.

Unde Conſtantinus & Valentinianus Im-
„ peratores plurima Eccleſiæ libertatum pri-
„ vilegia condonantes, dicebant gaudere &
„ gloriari ex fide volumus; *ſcientes magis reli-*
gio-

Digitized by Google

gionibus qu am tributis vel laboribus rempubli- “
cam conſervari. “

Denique ad memoriam reducamus quid “
in hac re magna Conſtantienſis Synodus in “
ſpiritu ſancto legitime congregata generale “
Concilium faciens, & Eccleſiam militan- “
tem repræſentans ſtatuit & ordinavit: edi- “
dit enim decretum quoddam ſuper hoc “
cujus tenor ſequitur. “

DECRETUM SACRI CONCILII CONSTANTIENSIS.

1. CUm *paterna pietas filiis hominum providere debeat, licet caſu neceſſitatis urgentis reddi debeat viciſſitudo laudabilis: declarat Sancta Synodus, non licere Romano Pontifici indictiones ſive exactiones quaſcumque ſupra Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas, imponere per modum decimæ, vel aliquo quovis modo. Si vero cauſa neceſſitatis accideret, propter quam eſſet eidem dibite ſubveniendum, vocato generali Concilio ſecundum quod expediens videbitur & utile, ſecundum decretum Concilii provideatur eidem.* Et rurſus in eo- “
dem Concilio fertur aliud Decretum edi- “
tum fuiſſe cujus tenor ſequitur. Seſſion. 43. “

Præcipimus & mandamus jura quæ prohibent inferioribus à Papa decimas & alia onera Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis imponi, diſtrictus obſervari.

1. Hoc decretum habetur ad calcem Concilii Conſtantienſis, poſt confirmationem Carolinæ.

Digitized by Google

Per nos autem nullatenus imponentur ſuper totum clerum, niſi ex magna & ardua cauſa ac utilitate univerſalem Eccleſiam concernente, & de conſilio, conſenſu, & ſubſcriptione fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Prælatorum, quorum conſilium haberi commode poterit: Nec ſpecialiter in aliquo regno vel provincia, inconſultis prælatis illius regni, vel provinciæ, & ipſis non conſentientibus, vel eorum majori parte, & eo caſu per perſonas Eccleſiaſticas auctoritate Apoſtolica dumtaxat leventur.

„Quamvis enim ſecundum Apoſtolicam „ doctrinam, Papæ poteſtas à Chriſto immediate ſit, eſt tamen ad Eccleſiæ ædificationem, non autem ad ipſius deſtructionem: " *Eſtque hujuſmodi poteſtas, ordinata ad juſtitiam & rectum judicium exercendum.* Nec videtur " facultas Papæ nec Eccleſiæ Romanæ conceſſa, neque eis competit pro libito voluntatis exactiones, ſive præſtationes aliquas „ vel Decimas imponere ſuper Eccleſiis, vel " perſonis Eccleſiaſticis, aut earum miniſtris, " cum non ſit earum Dominus, ſed tantummodo Chriſtus: ſignanter per quas cauſatur oppreſſio, vel unde oriatur ſcandalum, deturq; cauſa murmurandi, aut reſultet detrimentum animarum, vel fraudetur intentio " fundatorum, Eccleſiarum, monaſteriorum, " & aliorum Eccleſiaſticorum beneficiorum.

„Et licet præfati Magiſtri, Doctores, & „ ſcholares univerſi in prædicta univerſitate

Pari-

Pariſienſi actu ſtudentes, inter miniſtros " Eccleſiæ Catholicæ merito comprehendi " & enumerari, privilegiis quoque & im- " munitatibus antedictis Eccleſiis & perſonis " Eccleſiaſticis uti & gaudere debeant, prout " debent: niholominus tamen ſanctiſſimi " patres, Romani Pontifices, & Chriſtia- " niſſimi Francorum Reges, qui tam ne- " ceſſario quam fructuoſe ipſius univerſitatis " everſionem, depopulationem, vaſtitatem- " que ſupra modum formidarunt, curarunt " magnopere largifluis illam libertatibus " ampliare, ſimulque favoribus, præmiis, " & immunitatibus attollere: attendentes " fructus uberes, quos in agro dominico, ipſa " præclara mater Pariſienſis univerſitas priſcis " temporibus produxit, & adhuc in dies " producere non ceſſat. *Eſt enim ipſa Pariſienſis* " *univerſitas quaſi lucerna fulgens in modo Domini, ad quam tamquam ad ſcientiarum fontem, & ſpeculum fidei, pro litteris capeſſendis, non Galli ſolum, non Germani, non Siculi, ſed etiam ultimi Heſperi, ac omnes pene mundi nationes, tanquam ad cunctarum doctrinarum ſeminarium omniumque ſcientiarum parentem confluunt, & confluere conſueverunt*: quæ quantum inſignis literarum ſtudiorumque fama hactenus habita ſit, ſum- " morum Pontificum teſtimonio dilucide " comprobatur."

Gregorius ſiquidem IX. in primis de ea " loquens ſic ait, *Parens ſcientiarum Pariſius*, "

 civi-

civitas eſt docentibus & diſcentibus gratioſa: In qua utique, tanquam in officina ſpeciali ſapientiæ, habet argentum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt, in quo rite conflatur, ex quibus prudentes murenulas aureas vermiculatas argento cudentes, & fabricantes monilia ornata lapidibus pretioſis, ſponſam Chriſti decorant.

„Alter quoque ſummus Pontifex Alexander, ait. *Quaſi lignum vitæ in paradiſo Dei; & quaſi lucerna fulgens in domo Domini, eſt in ſancta Eccleſia Pariſienſis ſtudii diſciplina: hæc quippe velut ſecunda eruditionis parens, ad irrigandum ſterilem orbis faciem, fluvios de fontibus ſapientiæ ſalutaris, cum impetu foras mittens, ubique terrarum Dei lætificat civitatem; ibi enim ordinatus eſt per providentiam conditoris (ad opus atque cuſtodiam Eccleſiæ ſponſæ Chriſti) Doctorum ordo præcipuus; ibi humanum genus origenalis ignorantiæ cæcitate deforme, per cognitionem veri luminis quam ſcientia pietatis aſſequitur, reddita viſione ſapientiæ reformatur: ibi denique dat dominus ſponſæ ſuæ os, & ſapientiam, & linguam myſticis eloquiis eruditam, cui reſiſtere nequit omnis adverſitas improborum.*

Hanc ſiquidem univerſitatem Pariſienſem Romani Pontifices, & Orthodoxæ fidei ferventiſſimi zelatores, illam perpetuam efficere ſatagentes, à cunctis ſubſidiis, exactionibus, & tributis, & ſignanter à decima liberam fieri, & ejus ſuppoſita univerſa, plena & ſecura libertate & immuni- “
tate

tate gaudere voluerunt. Ea propter exiſti- "
mandum eſt, quod ſummus Pontifex In- "
nocentius VIII. Papa modernus, velit "
pro ſua in omnes ſtudioſos paterna benevo- "
lentia, ſummorum Pontificum exemplo "
ductus, dictæ univerſitatis ſuppoſita, pri- "
vilegiis & libertatibus gaudere, non exa- "
ctione novi ſubſidii, aut alicujus decimæ "
ſolutione vel contributione prægravare." "

Quinimo, quamplurimi Francorum Re- "
ges Chriſtianiſſimi, ipſam matrem univer- "
ſitatem Pariſienſem à cunctis exactionibus, "
ſubſidiis, & muneribus ordinariis, & ex- "
traodinariis immunem & exemptam (re- "
troactis temporibus,) eſſe voluerunt."

Summa Pragmaticæ Sanctionis beati Ludovici.

Beatus enim Ludovicus dum in humanis "
ageret, fertur quandam Pragmaticam "
Sanctionem edidiſſe, per quam exactiones "
& onera graviſſima pecuniarum, per Cu- "
riam Romanam Eccleſiæ regni ſui, & ejus "
miniſtris impoſitas, vel impoſita ſive im- "
ponenda, levari & colligi prohibuit, niſi "
duntaxat pro rationabili, pia & urgentiſ- "
ſima cauſa, vel inevitabili neceſſitate, & de "
ſpontaneo, & expreſſo conſenſu ipſius Cle- "
ri, regnique ejus."

Legitur inſuper de Rege Philippo V. "
quod ipſe dedit & conceſſit privilegium "
Magiſtris Doctoribus, & ſcholaribus, in "

„ dicta univerſitate Pariſienſi ſtudentibus,
„ ut non teneantur mutuum pro guerris, vel
„ pro ſubſidiis, ratione guerræ impoſitis vel
„ imponendis præſtare.

„Similiter Rex Franciæ Joannes nuncu-
„ patus (pro quo ut à captivitate hoſtium,
„ qua detinebatur, impoſita fuerunt ſubſi-
„ dia ſuper regnicolas, & decima ſuper tota
„ Eccleſia Gallicana) præfatis Magiſtris,
„ Doctoribus, & Scholaribus conceſſit, ut
„ liberi eſſent, immunes, & exempti à ſolu-
„ tione ſubſidiorum hujuſmodi & decimæ.

„ Et conſequentur Carolus V. præfatos
„ Magiſtros, Doctores, & Scholares in dicta
„ univerſitate ſtudentes, à cunctis præſta-
„ tionibus, pro recuperatione ſui regni,
„ exemptos & immunes eſſe voluit.

„ Et ſubſequenter Carolus VI. filius
„ Caroli V. eoſdem Magiſtros, Doctores, &
„ Scholares, decimis & aliis quibuſcumque
„ ſubſidiis, ſibi per Apoſtolicam ſedem con-
„ ceſſis, aut in poſterum concedendis exem-
„ ptos fore expreſſe voluit, & ordinavit.

„ Carolus etiam VII. ejuſdem Caroli fi-
„ lius, eoſdem Magiſtros, Doctores, & Scho-
„ lares, in prædicta univerſitate regentes,
„ & ſtudentes, eadem libertate & immuni-
„ tate gaudere voluit.

„ Et ſimiliter Ludovicus XI. ejuſdem Ca-
„ roli VII. Chriſtianiſſimi & ſapientiſſimi fi-
„ lius, quacumque neceſſitate compulſus, eoſ-
dem

dem Magiſtros, Scholares, & ſuppoſita univerſitatis, eadem libertate gaudere permiſit.

Quorum veſtigiis Chriſtianiſſimus dominus noſter Rex modernus inhærens, ipſam matrem univerſitatem, ejuſque ſuppoſita ſupradicta, ab ejuſmodi ſubventionibus, exactionibus, & decimis immunes eſſe decrevit, & per ſuas patentes litteras conceſſit, & in ſua ſuprema Parlamenti Curia regiſtrari voluit."

Sed præmiſſis (quæ vera ſunt) non obſtantibus, Reverendiſſimus in Chriſto pater & Dominus Andræas Cardinalis ſancti Martini in Montibus, vulgariter nuncupatus Lugdunenſis & Burdegalenſis Archiepiſcopus Galliarumque Primas aſſertus, & Reverendus in Chriſto Pater Epiſcopus Albienſis, Commiſſarii Judices, & executores, à ſancta ſede Apoſtolica, in hac parte prætenſi, nonnullique alii, pro eorum ſub executoribus ſeſe gerentes, quarumdam litterarum Apoſtolicarum vigore, ut fertur ab Eccleſia Gallicana, Eccleſiaſticiſque perſonis, necnon à Doctoribus, Magiſtris, regentibus, ſcholaribus, & aliis perſonis Eccleſiaſticis dictæ univerſitatis Pariſienſis, unam integram decimam, omnium & ſingulorum fructuum, reddituum, & proventuum beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſecundum verum valorem annuum, quarumcumque Cathedralium etiam Metropoli-

„ tanarum aliarumque Eccleſiarum, Priora-
„ tuum, Monaſteriorum, & beneficiorum
„ Eccleſiaſticorum ſecularium, & ordinum
„ quorumcumque regularium, in Dominio
„ & ditione præfati Domini noſtri Franco-
„ rum Regis exiſtentium, ab Archiepiſcopis,
„ Epiſcopis electis adminiſtratoribus, Com-
„ mendatariis,& Abbatibus,cæteriſque,Præ-
„ latis,& perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus,&
„ regularibus ordinum & militiarum quarum-
„ cumque, exemptis & non exemptis, cujuſ-
„ cunque præeminentiæ, ſtatus, gradus,reli-
„ gionis, ordinis, & conditionis exiſtant (&
„ quod ipſis perſonis aut alicui ipſarum nulla
„ privilegia aut indulta, ſub quacumque ver-
„ borum forma, vel expreſſione conceſſa, ul-
„ latenus ſuffragari poſſint) levare & exigere
„ nituntur & conantur: Necnon Magiſtros,
„ Doctores, & Scholares, aliaque ſuppoſita
„ dictæ Univerſitatis Pariſienſis, per moni-
„ tiones cenſurarum Eccleſiaſticarum fulmi-
„ nationes etiam Excommunicationis ſenten-
„ tiæ latæ, privationes Beneficiorum Eccle-
„ ſiaſticorum, pœnas ad ſolutionem prædi-
„ ctæ decimæ, cogere & compellere nitun-
„ tur & comminantur; eandem Univerſita-
„ tem, ſua libertate & immunitate priſtina,
„ denudare contendentes. Quod fiet ut ipſa
„ mater Univerſitas (nunc regentium & ſtu-
„ dentium ac Scholarium in multitudine ſa-
„ tis copioſa) brevi tempore deſoletur,
de-

deſtruaturque in dies, ſi decimam (quam “
nuper impoſitam ferunt) ejuſmodi matris “
ſuppoſita ſolvere compellantur : Novum “
ſiquidem & inuſitatum ipſi Univerſitati “
exactionis genus eſt. Quamquam enim pri- “
ſcis temporibus veteres ſummi Pontifices “
ab Eccleſiaſticis interdum perſonis, (quo- “
vis nomine appellarentur) ſibi Romanæque “
Eccleſiæ aut aliis tribuendas decreverint, “
& mandaverint : Pariſienſis tamen Univer- “
ſitatis ſuppoſita, nunquam ad illas ſolven- “
das compellere voluerunt : Non ignoran- “
tes, quod literæ loquendi vivendique liber- “
tatem expetunt & ſequuntur, ſervitutem “
fugiunt atque abhorrent. “

Ex quibus præmiſſis, luce clarius reſultat, “
dictam præclaram matrem Univerſitatem “
Pariſienſem, immo & totam Eccleſiam “
Gallicanam, multis oppreſſionibus, gra- “
vaminibus, & concuſſionibus oppreſſam, “
læſam, & afflictam fuiſſe & eſſe. “

Tum primo, quia per decimæ prædictæ “
impoſitionem ſeu indictionem, decreta in “
dicto conſilio Conſtantienſi matura delibe- “
ratione edita ſpernuntur, & ludibrio ha- “
bentur, quinimo & funditus enervantur : “
quibus tamen decretis, *quilibet Chriſtianus, quantæcumque dignitatis etiamſi Papalis exiſtant, obedire, & illa obſervare tenetur, maxime in his quæ pertinent ad fidem, & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris.*

Tum

Tum ſecundo, quia impoſitio hujuſ-
„ modi decimæ, de directo contendit ad ma-
„ nifeſtam deformationem & deſtructionem
„ totius ſtatus Eccleſiæ Gallicanæ: Sunt
„ enim fructus Eccleſiarum & beneficiorum
„ quorumcumque, tam ſecundum diſpoſi-
„ tionem Conciliorum generalium, & ju-
„ rium, quam ſecundum piam intentionem
„ fundatorum, ordinati ad ſuſtentationem
„ miniſtrantium in divinis, ac divini cultus
„ augmentum, ac Eccleſiarum, ſuorumque
„ ædificiorum reparationem, terrarum, &
„ poſſeſſionem Eccleſiæ culturam, jurium
„ ipſarum conſervationem, hoſpitalitatis
„ continuationem, pauperum & miſerabi-
„ lium perſonarum ſuſtentationem.

„ Tum tertio, quia per exactionem præ-
„ dictæ, ſequi poterunt oppreſſiones in Clero,
„ & in Eccleſiiis, & inde murmurationes
„ graves oriri, etiam apud magnos Principes,
„ & alios quam plurimos nobiles, ac illos de
„ populo, etiam uſque ad plebejos: quia
„ videntes pati ruinas Eccleſias Cathedrales,
„ & alia quæ ſui progenitores, & alii magna-
„ tes fundaverunt, & uberrime dotaverunt,
„ murmurabunt.

„ Tum quarto, ſcandala quamplurima
„ inſurgent, ſi hujuſmodi decima ſine pietate
„ & miſericordia aut aliqua remiſſione contra
„ quoſcumque, etiam impotentes, exigatur.

„ Tum quinto, quia pro ſolutione hu-
juſ-

juſmodi decimæ, terræ dotales Eccleſiis & “
monaſteriis collatæ, nonnunquam impi- “
gnorabuntur, & forſitan venditioni exponi “
cogentur. “ “
Tum ſexto, quia ob defectum ſolutionis “
ipſius decimæ, prælati & alii miniſtri ad “
ſolvendum impotentes, indebite excom- “
municabuntur, & ſuis beneficiis privabun- “
tur, ac per proceſſus & litteras quas colle- “
ctores affigent, vel affigi facient, publice “
injuriabuntur & ſcandalizabuntur. “
Tum ſeptimo, quia ſub prætextu & “
colore ſolvendi dictam decimam ſecundum “
verum valorem, atque taxam antiquam “
prætenſam, occaſio malignandi & indebite “
extorquendi pecunias à Prælatis & mini- “
ſtris Eccleſiæ, etiam ultra quam fructus “
ſuorum beneficiorum ſuppetere poſſent, “
præbebitur occaſio. “
Tum octavo, quia ob defectum ſolutio- “
nis hujuſmodi decimæ, prælati & alii mi- “
niſtri ad illius ſolutionem forſan impoten- “
tes, ſuis prælaturis & beneficiis nulla mo- “
nitione præcedente, nullaque cauſa ſubſi- “
ſtente, eo ipſo privabuntur vel privati fuiſſe “
declarabuntur: quinimo & ſententiam ex- “
communicationis ipſo facto incurrent, “
quod ſalva Sanctæ Sedis Apoſtolicæ reve- “
rentia, ab omni jure divino & humano vi- “
detur alienum. “
Tum nono, quia prædictæ decimæ impo- “
ſitio, “

„ ſitio, eſt fundata ſuper falſa cauſa: Ipſa „ namque cauſatur, & fundata eſt ſuper de- „ fenſione Eccleſiæ contra Turcum, & ta- „ men per brevia tranſmiſſa per Papam præ- „ fatis dominis Collectoribus prætenſis, Papa „ mandat duas partes præfato Domino noſtro „ Regi, tertiam vero partem Cameræ Apo- „ ſtolicæ tradi, & diſtribui. „

„Tum decimo, quia per dictam impo- „ ſitionem decimæ, vacuabitur divitiis & pe- „ cuniis regnum miſerabiliter depaupera- „ tum, & multis guerris & oppreſſionibus „ fatigatum: quæ pecuniæ ad nullam pieta- „ tem applicabuntur, & forſan poſtmodum „ malos atque peſſimos parient & cauſabun- „ tur effectus.

„Tum etiam, quia ſummus Pontifex „ pro præſenti, detinet & habet Turcum „ ſeu fratrem ejus primogenitum in ſua poſ- „ ſeſſione, ratione cujus, habet annuatim „ plura millia ducatorum, quæ poſſet appli- „ care ad defenſionem Chriſtianæ fidei ſi ipſa „ defenſio eſſet neceſſaria: Pro quibus ratio- „ nibus non eſt timendum quod Turcus (qui „ treugas habet cum Magiſtro & civitate „ Rhodi) audeat guerram facere contra Ec- „ cleſiam, ſed oppoſitum; timet enim ne „ paremus arma contra eum, & ex multis „ aliis cauſis legitimis loco & tempore pro- „ ponendis, & ſi opus fuerit probandis.

„Supplicat igitur, requirit, & poſtulat uni-

Digitized by Google

univerſitas Pariſienſis, præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam, & eum filiali hortatur affectu, necnon præfatos Patres Dominos Collectores, ac per ipſos deputatos ſubcollectores, ſeu deputandos, ut priuſquam ad tantum gravamen, & læſionem ſtatus Eccleſiæ, & ſignanter dictæ univerſitatis Pariſienſis de facto prorumpant, rem ipſam maturius atque plenius digerant, & conſultent, & inconvenientia prædicta prævideant."

Quod ſi in exactione & levatione hujuſmodi decimæ perſeverarint, & ab illa non deſtiterint, ab ipſius decimæ decreto, mandato, impoſitione, indictione, & publicatione, dictorumque dominorum Collectorum proceſſus fulminatione, monitionibus inſuper per eos, aut ab ipſis deputatis factis & fiendis, cenſuriſque, & pœnis per eoſdem aut aliquos ipſorum illatis & comminatis, in quantum univerſitatem prædictam & ejus antedicta concernit ſuppoſita, necnon ab omnibus ſingulis aliis ſupradictis gravaminibus, & quolibet ipſorum, & ſpecialiter ut ipſi Domini eorum commiſſi, aut ab ipſis deputati, vel deputandi non per monitiones, citationes interdicti, ſuſpenſi, aut excommunicationis ſententiarum fulminationes, aut beneficiorum privationes, vel privationum declarationes, & brachii ſecularis auxilii requiſitiones

pro-

“ procedant, ſive procedi faciant, *Sanctiſſimo Domino noſtro Papa Innocentio* VIII. *minus debite conſulto, ad ſeipſum melius conſulendum, & ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, etiam melius conſulendam, nec non ad Sacroſanctam Synodum Univerſalem celebrandam, illumque vel illos, ad quem ſeu ad quos de jure provocare & appellare nobis licet, in his ſcriptis, tam pro nobis, quam pro noſtris adhærentibus, & adhæſuris, quam etiam pro vicariis dictorum Magiſtrorum, Doctorum, & Scholarium, eorumque in beneficiis divinis deſervientium, provocamus & appellamus: Proteſtantes, nominibus quibus ſupra, de prædictis ſententiarum & cenſurarum nullitate, juxta Canonicas Sanctiones, ſubmittentes tamen omnia Judicio Univerſalis Eccleſiæ Concilii, ad quod ſuper omnibus præmiſſis habere recurſum intendit Præfata Univerſitas*: apoſtoloſque primo,
,, ſecundo, tertio, quartoque ex abundanti
,, petimus, & repetimus inſtanter, inſtantius,
,, & inſtantiſſime à vobis Notariis, quos &
,, quales nobis de jure dare poteſtis, & debe-
,, tis ſaltem teſtimoniales præmiſſorum. Et
,, nihilominus, de præſenti appellatione in-
,, timanda & notificanda, ac de aliis apoſtolis,
,, illi vel illis ad quos ſpectat, loco & tempore
,, opportunis petendis, ac etiam de addendo
,, eidem, vel diminuendo, eandem corri-
,, gendo, aut mutando, ſi opus fuerit, cæ-
,, teriſque diligentiis & ſolennitatibus in ta-
,, libus neceſſariis, & etiam opportunis adhi-

ben-

Digitized by Google

dis. Proteſtantes inſuper, quod ſi contra præſentem appellationem ſeu provocationem, per prædictos dominos, vel alios per eos ſubdelegatos, vel ſubdelegandos, aliquid, quod abſit, attentari contingat, præſertim quod in præjudicium dictæ univerſitatis, & ſuppoſitorum ejus redundare poſſit, ex tunc prout ex nunc, præſens actus qua tenus provocationem concernit) in vim veræ tranſeat appellationis. De præſenti ipſam univerſitatem ejuſque omnia & ſingula ſuppoſita, ſibique adhærere volentes, in præmiſſis & occaſione præmiſſorum, protectioni, ſalvagardiæ, & tuitione dictæ Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſubmittentes, & ſupponentes. Et de præmiſſis omnibus & ſingulis, à vobis Notariis hic præſentibus, petimus inſtrumentum, vel inſtrumenta, unum vel plura, nobis nominibus quibus ſupra fieri, aſtantes in teſtimonium præmiſſorum invocando. De quibus præmiſſis omnibus & ſingulis, prænominati Rector, Decani, & Procuratores, ipſam univerſitatem repræſentantes, petierunt à nobis Notariis infraſcriptis, publicum inſtrumentum, ſeu publica inſtrumenta unum vel plura. Acta fuerunt hæc in congregatione ejuſdem univerſitatis, apud Sanctum Bernardum Pariſiis, per juramentum ſolenniter congregata, ſub anno, indictione, menſe, die, & pontificatu prædictis præ-

dominos interjectioni gravaminum & cau- "
ſarum dictæ appellationis declarationi, una "
cum honorabili viro Magiſtro Petro Me- "
ſuart Clerico Pariſienſi in artibus Magiſtro, "
& in decretis Baccalario, eiſdem auctori- "
tatibus con-notario meo ſupraſcripto, & "
teſtibus ſupraſcriptis, præſens interfui, "
eaſque ſic dici vidi & audivi; Idcirco, huic "
præſenti publico inſtrumento, appellatio- "
nem hujuſmodi in ſe continentem, ſignum "
meum publicum, & conſuetum appoſui, "
in fidem, robur, & teſtimonium veritatis "
omnium, & ſingulorum præmiſſorum re- "
quiſitus & rogatus. "

SECUNDA APPELLATIO.

IN nomine Domini, Amen. Tenore hu- "
jus præſentis publici inſtrumenti cunctis "
pateat evidenter & notum ſit, quod anno "
ejuſdem M.CCCC.XCI. Indictione nona, "
menſis vero Septembris die decima octava, "
Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, "
& Domini noſtri, Domini Innocentii divina "
providentia Papæ VIII. anno octavo; in "
mei Notarii publici ſubſignati, & teſtium "
ſubſcriptorum ad hoc vocatorum ſpeciali- "
ter & rogatorum præſentia perſonaliter "
conſtitutus, venerabilis & diſcretus Vir "
Magiſter Robertus de Vallibus, in artibus "
Magiſter, & in Theologia Baccalarius for- "
matus, Procurator, ac nomine procura- "

„ torio Dominorum Rectoris, & Univerſi-
„ tatis ſtudii Pariſienſis ſufficienter fundatus,
„ per litteras Procuratorias, quoad infra ſcri-
„ pta peragenda, adhærendo primæ appel-
„ lationi, nuper per dictam Univerſitatem,
„ aut Decanos ſingularum Facultatum, ac
„ Procuratores nationum Franciæ, Picardiæ,
„ Normaniæ & Almaniæ, in dicta Univer-
„ ſitate nuper interjectæ, à Reverendiſſimo
„ in Chriſto patre ac Domino Domino Tri-
„ ſtando de Salazar, Archiepiſcopo Senonen-
„ ſi, & à quadam monitione per eum ſeu de
„ ejus mandato, ut fertur, Pariſiis in pluribus
„ locis affixa (per quam prætendit, monuiſſe
„ ſeu moneri feciſſe, omnes & ſingulos Ab-
„ bates, Electos, Commendatarios, Prio-
„ res, Præpoſitos, Decanos, Archidiaconos,
„ Theſaurarios, Cantores Cuſtodes, Capi-
„ cerios, tam Cathedralis Pariſienſis, quam
„ Collegiatarum Canonicos, parochialium-
„ que Eccleſiarum Rectores, Altariſtas Vi-
„ carios, perpetuoſque Capellanos, Matri-
„ cularios, Adminiſtratores, omneſque alias
„ & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, Capi-
„ tula, Conventus, & Collegia, exemptos
„ & non exemptos, cujuſcumque dignitatis,
„ ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ &
„ conditionis exiſtant, in civitate & Diœceſi
„ Pariſienſi conſtitutos, de ſolvendo deci-
„ mam omnium & ſingulorum fructuum,
„ reddituum, & proventuum quorumcum-
que

que beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſecu- “
larium, & regularium, quæ perſonæ ipſæ, “
& earum quælibet, in civitate & Diœceſi “
Pariſienſi prædictis, in titulum vel com- “
mendam, aut alias quovis modo obtinent, “
per præfatum Sanctiſſimum Dominum no- “
ſtrum Papam impoſitam, & per ipſum re- “
verendiſſimum patrem, ut prætendit taxa- “
tam) ſi, & in quantum hujuſmodi monitio “
tangit, & concernit, ſive in illa idem re- “
verendiſſimus pater comprehendere inten- “
deret, Magiſtros, Doctores, ac Regentes, “
& Scholares, & alia ſuppoſita ejuſdem Uni- “
verſitatis Pariſienſis, in his ſcriptis, tam “
pro ipſa Univerſitate, quam pro ſibi adhæ- “
rentibus & adhæſuris, provocavit, & ap- “
pellavit, apoſtoloſque à me Notario ſub- “
ſcripto, inſtanter, inſtantius, inſtantiſſime “
petiit & requiſivit. Cui quidem Procura- “
tori, apoſtolos Teſtimoniales, & tales qua- “
les ſibi dare potui, ſibi dedi & conceſſi. De “
quibus præmiſſis omnibus & ſingulis, idem, “
Procurator petiit à me Notario publico “
ſubſcripto, ſibi fieri atque tradi inſtrumen- “
tum unum vel plura, publicum ſeu publica. “
Acta fuerunt hæc Pariſiis, in vico Nucum, “
ſub anno, indictione, menſe, die, & Pon- “
tificatu prædictis, præſentibus ibidem di- “
ſcretis viris Magiſtris Joanne Sanquet, & “
Petro Dronari Clericis, in artibus Magi- “
ſtris, Cænomanenſis & Meldenſis Diœceſis “

„ teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & „ rogatis, ſic ſignatum

P. MESVART.

Monitio univerſitatis Pariſienſis.

„ NOs Guillelmus Cappel, Rector uni- „ verſitatis Magiſtrorum & Scholarium „ Pariſiis ſtudentium, ex matura & concordi „ deliberatione ejuſdem univerſitatis, mone- „ mus omnes & ſingulos Magiſtros, Schola- „ res, ſuppoſita, & quoſcumque Juratos ejuſ- „ dem univerſitatis, ubicumque fuerint, „ cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, „ præeminentiæ, ſeu dignitatis exiſtant, ſub „ debito juramenti præfatæ univerſitati præ- „ ſtiti, & ſub pœnis privationis & perpetuæ „ reſecationis à gremio ejuſdem uniuerſitatis, „ (quas ex nunc prout ex tunc, & ex tunc „ prout ex nunc declaramus, ſi contra fece- „ rint, incurriſſe) ne qui eorum in materia „ ejuſdem decimæ (ſuper fructibus redditi- „ bus & proventibus omnium Eccleſiaſti- „ corum hujus regni Chriſtianiſſimi, à San- „ ctiſſimo Domino, Domino Innocentio „ Papa moderno, ut fertur, de novo impo- „ ſitæ) exigendo, monendo, recipendo, vel „ etiam ſolvendo, auxilium, conſilium, „ favorem, vel aſſiſtentiam præſtent, aut „ alias quovis modo ſe intromittant, in præ- „ judicum privilegiorum, & libertatum uni- „ verſitatis Pariſienſis & ſuppoſitorum ejuſ-

dem:

dem: necnon quarumdam appellationum, "
ex parte ipſius univerſitatis interjectarum, "
in eadem materia decimæ. Datum in noſtra "
congregatione generali, apud Sanctum "
Mathurinum Pariſiis ſolenniter celebrata, "
& ſub ſigillo Rectoriæ univerſitatis præ- "
fatæ, anno Domini M. CCCC. XCI. die "
XX. menſis Septembris. ſic ſignatum. "

P. Mesvart.

Hæc appellatio, olim naſcente typographia edita fuit Pariſiis: demonſtrat autem, ſicut & permulta alia univerſitatis Pariſienſis, illuſtriſſimam ſcholam ſemper de more habuiſſe Eccleſiæ libertatem, & Apoſtolicam diſciplinam, adverſus novitates & abuſus, propugnare.

Hercle ſicut iiſdem morbis renaſcentibus eadem parantur remedia, ita cum ſolenne eſſet Romanis Pontificibus, quoties pecunias habere vellent, decimas imponere ſuper Clerum, quæſito colore belli Turcici; Alexander VI. ex more Majorum, etiam de proprio motu, inconſulto Clero Gallicano, decimas ſuper Clerum Franciæ anno 1501. prætextu inferendi bellum Turcis imponit. Cui incepto Alexandri, Ludovicus XII. princeps optimus non obſtitit propter ſuum Ducatum Mediolanenſem, quem ut conſervaret Papam ejuſque liberos amicos habere volebat; Academia autem Pariſienſis adverſus hanc decimarum impoſitionem, iterato ſu-

periorem appellationem quam adverſus Innocentium VIII. uſurpaverat, impendit contra Alexandrum: qui favore Cardinalis Amboſiaceni, & aliorum potentiorum Prælatorum adjutus (hos enim in ſuas partes abduxerat, quia nihil ad eos ex hac re incommodi, imo forte aliquid commodi accedebat) Cenſuras in illos omnes diſtrinxit, qui ejuſmodi decimas perſolvere detrectarent. Quare Capitulum inſignis Eccleſiæ Pariſienſis ſcholam Sorbonicam conſuluit, quidnam de ejuſmodi Cenſuris eſſet tenendum: illa vero ad hunc modum petitioni ſatisfecit: *Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſecundo, prima die menſis Aprilis, poſt Paſcha. Sacra Theologiæ Facultas Pariſiis per juramentum ſolenniter apud Sanctum Mathurinum ſpecialiter de more congregata, parata ſemper omni reddere rationem de ea quæ in nobis eſt fide & ſpe, ac non modo naſcentibus ubique erroribus pro ſuo virili occurrere, ſed & ſervandis conſcientiarum ſcrupulis, quotiens ab inſignibus viris aut Communitatibus requiſita fuerit operam dare. Cum nuper ab inſigni Eccleſia Pariſienſi alma Pariſienſis univerſitas inſtantiſſime rogata fuiſſet doctrinaliter reſpondere ad certas quæſtiones factas ſuper Cenſuris in eos qui Decimam à ſummo Pontifice impoſitam ſolvere recuſaſſent, & hæc materia in ſolennibus deputatis ex omni ordine univerſitatis fuiſset diligentiſſime agitata, conformiter ad ea quæ per eandem univerſitatem aliquando in ſimili materia concluſa ſunt: ideo eadem Sacra*

fa-

facultas ſub correctione Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ & cum omni reverentia Sanctæ Sedis Apoſtolicæ & ſacrorum doctorum, tam Divini quam humani Juris prudentiſſimorum, anno & die prædictis reſpondit in hunc modum: Primo ad primam quæſtionem qua quærebatur, Utrum *cenſuræ contra eos qui decimam per Sanctiſſimum Dominum noſtrum modernum Pontificem ſine congregatione & conſenſu Cleri nuper impoſitam ſolvere recuſarunt, latæ poſt appellationem interjectam timendæ ſint, aut tanquam nullæ reputandæ: Reſpondit eadem Sacra facultas per ſequentem propoſitionem: Cenſuræ contra eos (qui ne libertatem Eccleſiaſticam & decreta Sacrorum Conciliorum læderent, aut ſuaviſſimum Chriſti jugum ſervitute opprimerent, decimam per modernum Pontificem pro invaſione Turcorum, ut fertur, impoſitam ſolvere recuſarunt) latæ poſt appellationem interjectam, nullius ſunt roboris, nec timendæ. Ad ſecundam quæſtionem, qua quæritur,* Utrum *propter hujuſmodi Cenſuras teneantur appellantes à celebratione & aliis divinis abſtinere: Reſpondit præfata facultas, Quod præfatæ cenſuræ non obligant appellantes, ut à celebratione & aliis Divinis abſtineant. Quod quidem judicium Doctrinale, eadem Facultas in craſtiono congregata univerſitate in eodem loco per juramentum convocata, nemine reclamante in forma prædicta ratificavit, approbavit, & confirmavit. In cujus rei teſtimonium ac firmitatem prædicta Sacra Facultas has præſentes juſſit ſigilli appenſione & mei Notarii ſubſcriptione communiri. Sic ſignatum,*

Bertrandi.Hanc vero concluſionem Facultatis Pariſienſis habui à Magiſtro Nicolao Ellino, qui Requeſtam Capituli Pariſienſis mihi communicavit: extatque in libro Concluſionum memorati Capituli, ubi acta anni 1502. die lunæ poſt Dominicam de Quaſimod. quarta Aprilis recenſentur. Verum inter alia quæ nos docet, duo præſertim occurrunt: Alterum à Theologiæ Doctoribus Facultatis Pariſienſis factam eſſe, & à tota univerſitate comprobatam in ſolennibus Comitiis Mathurinenſium: Alterum quod Facultas reſpondeat, Cenſuras Papæ in eos latas qui decimam impoſitam à Pontifice ſolvere recuſant poſt appellationem, ne Sacrorum Conciliorum generalium conſtitutiones & libertatem Eccleſiaſticam lædant, atque ſuaviſſimum Chriſti jugum ſervitute ſua opprimant, nullius eſſe roboris, neque timendas eſſe: neque præterea ullum eam ob cauſam teneri ceſſare à Divinorum officiorum celebratione vel auditione. Quæ reſponſio, clare indicat ſenſum & Doctrinam totius Univerſitatis Pariſienſis *de auctoritate Eccleſiæ ſupra Papæ, & de ſuaviſſimo Eccleſiæ regimine* quod hac concluſione negant eſſe Monarchicum abſolute: quia manifeſte docent, Papam decimas inconſulto& repugnante clero imponere non poſſe;quibus nixus principiis,quantum potui, moderamine inculpatæ tutelæ ſervato, libellum de Eccleſiaſtica & politica poteſtate à me

com-

compoſitum ab injuſtis cenſuris vindicare conatus ſum.

CAPUT II.

I. *Vita ſpurciſſima Alexandri* VI. *PP. iterum Chriſtianas nationes excitavit ad petendam Eccleſiæ reformationem in capite & in membris.*

II. *Caroli* VIII. *Galliæ Regis propoſitum de reformanda Eccleſia: & Facultatis Theologiæ Pariſienſis ſuper ea re decretum.*

III. *Actum & Sacramentum Collegii Cardinalium qui Julium* II. *elegerunt, de Concilio Generali habendo pro Eccleſiæ reformatione in capite & in membris: quod actum ipſemet Julius PP. obſignavit ſuoque Sacramento roboravit.*

IV. *Cauſæ diſſidii inter Julium* II. *& Ludovicum* XII. *ſuborti: & quanto conatu Julius certaverit ut Ludovicum opprimeret.*

V. *Concilium Eccleſiæ Gallicanæ Turonibus habitum ut certa iniretur ratio qua Rex & Regnum ſe contra Iulium* II. *defenderet*

VI. *Quando & quatenus Pontifici aliquem opprimenti reſiſtere liceat.*

VII. *Ludovicum Franciæ Regem duobus modis ſeſe contra Iulium legitime defendere potuiſſe: Armis ſcilicet, & Iulium deferendo ad Eccleſiam juxta præceptum Domini, Matthæi* XVIII. *Idque cauſam Concilio Piſano præbuiſſe.*

VIII. *Iulius ut Synodi Piſanæ Incrementum impediret, confeſtim Synodum indixit Lateranenſem magno exercitu armatus.*

IX. *Quinam pro & contra Synodum Piſanam ſcripſerint.*

X. *Apologia Patrum Piſanorum, qua reſpondens omnibus Argumentis Iulii* II. *& probant Concilium liberum Romæ haberi non poſſe.*

XI. *Doctiſſimum Philippi Decii Iuriſconſulti Conſilium quo probat quæſtionem Iuris, ſcilicet Concilium Piſanum a novem Cardinalibus indictum eſſe legitimum.*

XII. *Patres Piſani formam procedendi in Synodo Baſileenſi ſervatam tenent.*

XIII. *Quædam Argumenta contra Piſanum Concilium ſoluta.*

I. Quam-

Digitized by Google

I. QUamquam Curia Romana à Synodi Conſtantienſis temporibus toto conatu certarit, ut Studium nationum Chriſtianarum de neceſſitate Eccleſiæ reformandæ obſoleſceret : atque Synodi Baſileenſis & Pragmaticæ Sanctionis decreta, ex hominum animis delerentur : eoſque qui ea propugnarent in ſchiſmatis & hæreſeos ſuſpicionem apud imperitam plebem venirent : verumtamen nunquam voti ſui compos ſic effici potuit, quin ſemper viri boni & pii, diſciplinæ Eccleſiaſticæ atque bonorum morum ruinam uberrime deflerent? ac neceſſitatem emendandæ in melius Eccleſiæ demonſtrarent. Quos gemitus Chriſtianorum, vita prodigioſa, & ſpurciſſima geſta Alexandri VI. abundantius, & ita quidem excivit, ut Carolus VIII. Franciæ Rex ad Eccleſiæ melius inſtaurandæ rationem animum adjecrit; eumque in finem Collegium Theologorum Pariſienſium conſuluerit, ut hoc ſolenni reſponſo claret quod ex Facultatis Tabulario exprompſi.

II. *Anno MCCCCXCVII. Die undecima menſis Januarii Sacratiſſima Theologorum facultas Almæ Matris Univerſitatis Pariſienſis congregata fuit apud S. Mathurinum pro terminandis quibuſdam quæſtionibus à Domino noſtro Rege ad ſe tranſmiſſis, ſuper quibus, jamdudum fuerunt dati duodecim deputati ex Magiſtris noſtris, diu quoque & per plures dies continue per dictos deputatos & alios fuerat diſputatum ſuper his. Quibus deputatis auditis*

ditis & conſequenter omnium Doctorum regentium & Magiſtrorum accepta uniformi deliberatione & concluſione: fuit per dictam facultatem concorditer reſponſum ad dictas quæſtiones affirmative, videlicet ad primam qua quærebatur.

A ſçavoir ſi le Pape eſt tenu de dix en dix ans aſſembler le Sainct Concile, repréſentant l'Egliſe univerſelle, & mêmement de préſent: Conſideré le deſordre qui eſt en l'Egliſe tout notoire, *tam in Capite quam in membris.*

Et reſponſum eſt, quod Summus Pontifex & Pater Sanctiſſimus tenetur de decennio in decennium congregare Generale Concilium univerſam Eccleſiam repræſentans: & maxime nunc, cum tanta ſit deordinatio in Eccleſia, tam in capitibus quam in membris, quæ cunctis notoria eſt. Ad ſecundam qua quærebatur,

Et en cas d'urgente neceſſité comme de preſent, ou quand dix Ans ſont paſſés aprés le dernier Concile, ſi le Pape eſt prié & ſommé de ce faire, & s'il eſt negligent ou differe, A ſçavoir mon ſi les Princes tam Eccleſiaſtiques que ſeculiers, & autres parties de l'Egliſe ſe peuvent aſſembler de ſoymême & s'ils feront le Sainct Concile repréſentant l'Egliſe univerſelle ſans eſtre par le Pape aſſemblés.

Dictum eſt determinatione, quod ſi tempore urgentis neceſſitatis ſicut nunc, vel poſt decem annos ab ultimo celebrato Concilio, dictus ſummus Pontifex rogatus fuerit, requiſitus, ſommatus & monitus de ſic congregando dictum Concilium, ut ſu-

pra

pra, & facere recuſaverit, vel diſtulerit, tunc Principes tam Eccleſiaſtici quam ſeculares, & partes Eccleſiæ notabiles poſſunt ſe congregare, ſine hoc quod per dictum Summum Pontificem congregetur dictum Concilium Eccleſiam univerſalem repræſentans. Ad tertiam quæ quærebatur.

Si en cas d'urgente neceſſité comme de preſent, ou aprés dix Ans paſſés comme deſſus, une grande & notable partie de la Chretienté, comme le Royaume de France, ou le Roy repreſentant iceluy, prie, ſomme, & admoneſte le Pape, & les autres parties de ſoy aſſembler, & pourvoir à la neceſſité de l'Egliſe, & les autres parties ou aucunes d'icelles ſont negligentes, refuſantes, ou dilayantes d'y venir, A ſçavoir mon ſi ceux qui ſe treuveront pourront celebrer ledit Concile ſans les autres, & pourveoir à la neceſſité de l'Eliſe.

Dixit & definivit prædicta Facultas, quod tempore urgentis neceſſitatis, ut nunc vel poſt decennium ab ultimo celebrato Concilio, ut ſupra dictum eſt, poſtquam aliqua bona magna pars & notabilis Chriſtianitatis, quemadmodum Regnum Franciæ, vel Rex Chriſtianiſſimus ipſius vices gerens, rogaverit, ſommaverit, & exhortatus fuerit dictum Summum Pontificem, cæteraſque partes Eccleſiæ, de Congredando dictum Concilium, & ad ipſum conveniendo, & de providendo neceſſitati Eccleſiæ, ipſe vero Pontifex vel aliquæ prædictarum partium fuerint recuſantes, negligentes, vel differentes de-

veniendo ad dictum Concilium, nihilominus illi qui aderunt & comparebunt, poterunt ſine aliis non Comparentibus dictum Concilium celebrare, & neceſſitati Eccleſiæ providere: Actum Anno & die prædictis.

Porro ad præſentis Controverſiæ deciſionem quam Carolus VIII. excitavit, ea faciunt quæ ſupra Libro II. hujus Hiſtoriæ Cap. primo explicata ſunt in Hiſtoria primi Concilii Piſani pro extinguendo Schiſmate, ibi enim aliquot articulos ex Gerſonio ad eam rem promplimus: quibus & adſuenda pariter quæ habet Almainus duobus in Locis: primum ſub finem quæſtionis reſumptivæ: deinde Capite ultimo de Eccleſiæ Auctoritate: quos duos tractatus tempore ſecundi Concilii Piſani, & Lateranenſis ſub Julio II. lucubravit. Adnectendus eſt inſuper Magiſter Andreas Vallius quarta parte Libri de ſuprema poteſtate Papæ quæſt. ſecunda ad calcem, demonſtrans poteſtatem indicendorum Conciliorum regulariter & ordinarie ad Romanum Pontificem ſpectare: Et tamen *ſi contingeret Concilium Oecumenicum eſſe prorſus neceſſarium*, ait, *ita ut ejus defectu omnia retro ſublapſa ferrentur in Eccleſia, neque induci poſſet Pontifex ut illud indiceret: in hoc caſu Cardinales poſſent illud indicere: qui ſi etiam nollent, Primates diverſorum regnorum poſſent inter ſe convenire, & Epiſcopos ſibi ſubjectos in unum locum convocare: quibus etiam renuentibus Epiſcopi ipſi mutuo hortatu in unum*

unum locum ad Eccleſiæ rebus providendum legitimè inter ſe convenire poſſent. Hæc ille ea ipſa muniens, qui alior Schiſmatis atque hæreſeos ſeque ipſum temeritatis & inconſtantiæ damnat: dum Acta Synodi Turonenſis ſub Ludovico XII. improbat: de quibus paulo poſt. Sed ut ad Carolum VIII revertamur, poſtquam ex Neapolitana expeditione victor in Franciam rediit, morte præventus non potuit operam ſuam emendationi Eccleſiæ navare: hocque negotium Ludovico XII, ſuo ſucceſſori reliquit: qui quidem Anno 1498. Regium Thronum conſcendit.

III. Ut autem ad interna & domeſtica ipſius Curiæ Romanæ Teſtimonia ad Eccleſiæ emendandæ neceſſitate tranſeamus: Cum Alexander VI. PP. Anno 1503. veneno quod aliis paraverat, de improviſo extinctus, & Pius III. Pii II. nepos X. Kalendas Octobris ejuſdem anni in locum Alexandri ſuffectus fuiſſet; atque XXVI ſui Pontificatus die è vivis exceſſiſſet: Julianus de Rovera Ligur, Cardinalis Oſtienſis (qui ad vitandam Alexandri VI. tyrannidem bis in Franciam ad Ludovicum XII. ut ſaluti ſuæ conſuleret ſecedere coactus fuerat) cum impenſiſſime Pontificatum ambiret, teſte Guichardino Libro ſexto Hiſtoriæ; ſciretque ingenium ſuum adamantinum cæteris Cardinalibus Collegis ſuis valde ſuſpectum & formidoloſum eſſe: illis auctor fuit priuſquam Conclave ad novum Ponti-

tifi-

tificem eligendum ingrederentur, ut Actum ſolenne & Authenticum conſcriberent, proprioque ſacramento & ſyngraphis ſigillatim confirmarent: de Concilio Generali Libero cum effectu habendo ad Eccleſiam in Capite & in membris reformandam: Et Ariſtocratico temperamento Collegii Cardinalium recuperando: Ita ut Papa illis invitis aut inconſultis nihil magni momenti poſſet pro Eccleſiæ regimine decernere. Cujus Acti Exemplum operæ pretium eſt hic abſcribere: fave auribus Lector. *Nos omnes & ſinguli S. R. E. Cardinales infraſcripti, pio, bono & felici regimine atque conſervatione ſtatus univerſalis Eccleſiæ juramus, & vovemus Deo omnipotenti, & Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo, atque omnibus Sanctis Eccleſiæ ſuæ Sanctæ promittimus: quod ſi aliquis ex nobis electus fuerit in Papam, ſtatim poſt electionem de ſe celebratam jurabit & vovebit pure & ſimpliciter, & bona fide, ſervare & ſervari facere ac adimplere cum effectu omnia & ſingula infraſcripta Capitula: necnon facere rogari tres Notarios de eiſdem capitulis dare ſchedulas eorum & publicas bullas prout in Capitulis privatis eſt expreſſum. B.*

In primis, jurabit & promittet, quod adveniente caſu neceſſitatis ſubveniendi fidelibus Chriſtianis, &c. reliqua prætermitto quoniam nihil ad rem quam tractamus ſpectant.

Item quod nulli Regi, Principi, aut Domino, aut communitati non ſubditæ ſibi, movebit guer-

ras, aut cum eis ligam faciat ad inferendum alicui guerram, ſine Conſenſu expreſſo duarum ex tribus partium Dominorum Cardinalium, præſtando per ballotas, ut infra. B.

Item promittet & jurabit ſervare, quod cauſas conſiſtoriales abſque voto majoris partis præfatorum Dominorum Cardinalium non expediet: & quod in cauſis majoribus ſignanter in creatione Cardinalium, & proceſſu faciendo contra eos in privationibus vel tranſlationibus Epiſcoporum, ipſis invitis in Conſtitutione Legatorum de Latere & Capitanei Generalis ac Gonfalonerii Romanæ Eccleſiæ & reductione cenſuum ejuſdem, in liga, pace & bello extra terras Eccleſiæ, & novorum officiorum inſtitutione, generali quoque Impoſitione decimarum, ſuffragia & vota Cardinalium dari debeant per ballotas albas & nigras: aliter facta in contrarium ipſo jure ſint nulla, & habeantur pro infectis: liceat tamen cuilibet Cardinali perſuadere ſeu barengare quod ſibi melius videbitur. Votum tamen nonniſi per ballotas datum intelligatur.

Item promittet & jurabit, quod Cardinalibus per eum creandis exiſtente numero viginti Cardinalium antiquorum, non aperiet os in tribus cauſis: videlicet in Creatione aliorum Cardinalium, alienatione ſeu infeudatione terrarum Eccleſiæ, & in obſervatione horum Capitulorum. Si vero infra numerum viginti Cardinales antiquiores exiſtant tunc Cardinales per eum creandi, uſque ad impletionem dicti numeri ſecundum tempus ſuæ creationis. Inter cæteros antiquos Cardinales, ad dicta ſuffragia ad-

admittantur; in quibus tunc eis os apertum declarabit. B.

Item quia ad pacem Chriſtianorum & Eccleſiæ reformationem ac reductionem multarum exactionum, expeditionem quoque contra infideles plurimum convenit Generale Concilium celerius congregari: promittet, jurabit: & vovebit intra biennium, è creatione ſua, illud indicere, & cum effectu incipere in loco libero, & tuto, diterminando per eum & duas partes reverendiſsimorum D. D. Cardinalium per ballotas, niſi evidentiſsimum impedimentum obſtiterit: quod à duabus partibus DD. Cardinalium per ſuffragia ballotarum indicetur. B.

Item quod Cardinales per eum creandi præſentes in Curia teneantur jurare hujuſmodi capitula: alias non admittantur ad participia capelli, nec ad alias honores & privilegia Cardinalium, B.

Item quod omnia & ſingula ratificabit & approbabit ante publicationem electionis ſuæ, mediante promiſſione, voto & juramento ſuo, ac ſubſcriptione ſua in hanc formam. Ego N. electus in Summum Pontificem, promiſſa omnia & ſingula promitto voveo, & juro obſervare, adimplere, in omnibus & per omnia pure, & ſimpliciter & bona fide realiter ET CUM EFFECTU PERIURII ET ANATHEMATIS: A QUIBUS NEC MEIPSUM ABSOLVAM NEC ALICUI ABSOLUTIONEM COMMITTAM., *Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Et ſimiliter etiam jurabit aliis modis & formis infraſcriptis. B.* Quas formulas juran-

 di

di hic prætermitto quia infra integræ proponentur cum Actis Synodi Piſanæ : inter quas hæc occurrit. *Quod jurant & vovent pro defenſione Catholicæ fidei & erectione Eccleſiaſticæ libertatis, pro Eccleſiæ reformatione in Capite & in membris ac vinculo Charitatis & pacis inter Summum Pontificem & fratres ejus S.R.E. Cardinales, &c. Simili voto, juramento, obligatione & ſtipulatione promittet ipſe qui ex nobis electus fuerit à prædictis, promiſſione, voto, & obligatione & juramenti præſtatione & ejus obſervatione ac omnibus & ſingulis in dictis Capitulis contentis,* ABSOLUTIONEM NON PETERE, NEC SIBI CONCEDI FACERE AUT CONCESSA UTI : NEC IPSA *potſtate per ipſum eligendum alteri data ſe faciet abſolvi, ſeu etiam ſecum in aliquo diſpenſari. Quod ſi forſan, quod abſit, aliquis noſtrum ad Pontificatum electus, ut præfertur, prædictis aut prædictorum alicui contraveniat, tanquam tranſgreſſor voti ac fidei præſtitæ ac perjurus, tanquam etiam perturbator & ſcandalizator Eccleſiæ & totius Chriſtianitatis habeatur & reputetur : & ex nunc dat & concedit facultatem & poteſtatem duabus partibus Collegii congregandi Concilium generale : Cujus ſententiæ in curſu pœnarum ſupradictarum & aliarum de jure, propter prædictorum publicam & libertatem Sacri Collegii reſpicientium tranſgreſſionem infligendarum ſe ſubjecit & ſubmittit, &c.*

Quibus Sacramenti formulis atque execrationibus, Julius II. Collegis ſuis omnem quam de ejus ferreo ingenio ſiniſtram ſuſpicio-

cionem conceperant minuere ac auferre, illoſque ad ſe eligendum Pontificem allicere volebat, ut revera electus eſt Pontifex.

Cæterum permulta hic continentur quæ penitus legi gratiæ repugnant: Cujuſmodi ſunt execrationes, & alia ejuſmodi quibus nominatim declaratur quod electus Pontifex non ſe à perjurio & fide violata unquam abſolvi procurabit, &c. Id enim hæc verba ſonant: *Juro pure & ſimpliciter & bona fide realiter & cum effectu perjurii & anathematis, à quibus nec meipſum abſolvam nec abſolutionem alicui committam, &c.* veruntamen hoc potius infidelis quam hominis Chriſtiani eſt: Huicque precandi formulæ, *Dimitte nobis debita noſtra* & articulo fidei *Credo Sanctam Eccleſiam Catholicam Sanctorum Communionem, remiſſionem peccatorum*, plane adverſantur. Ex quo liquet quid non martalia pectora cogat cæca ambitio & deſiderium Pontificatus obtinendi. Quandoquidem Julius II. ſtatim atque creatus & inauguratus eſt Papa, hoc ſe Sacramento & Imprecationibus obſtrinxit: neque tamen promiſſis ſtetit, ut fidem datam exſolveret: Idque convocationi Piſanæ & Lateranenſis Synodi cauſam præbuit. Quæ à me dicuntur non detrahendi voluntate, ſed ut doceam Chriſtianos debere ab ejuſmodi execrabilibus Sacramentis ſuperſedere: falſoque adulatores perhibere, Summos Pontifices tanquam Pontifices vel tanquam privatas perſonas eſſe

di hic prætermitto quia infra integræ proponentur cum Actis Synodi Piſanæ : inter quas hæc occurrit. *Quod jurant & vovent pro defenſione Catholicæ fidei & erectione Eccleſiaſticæ libertatis, pro Eccleſiæ reformatione in Capite & in membris ac vinculo Charitatis & pacis inter Summum Pontificem & fratres ejus S.R.E. Cardinales, &c. Simili voto, juramento, obligatione & ſtipulatione promittet ipſe qui ex nobis electus fuerit à prædictis, promiſſione, voto, & obligatione & juramenti præſtatione & ejus obſervatione ac omnibus & ſingulis in dictis Capitulis contentis*, ABSOLUTIONEM NON PETERE, NEC SIBI CONCEDI FACERE AUT CONCESSA UTI : NEC IPSA *potſtate per ipſum eligendum alteri data ſe faciet abſolvi, ſeu etiam ſecum in aliquo diſpenſari. Quod ſi forſan, quod abſit, aliquis noſtrum ad Pontificatum electus, ut præfertur, prædictis aut prædictorum alicui contraveniat, tanquam tranſgreſſor voti ac fidei præſtitæ ac perjurus, tanquam etiam perturbator & ſcandalizator Eccleſiæ & totius Chriſtianitatis habeatur & reputetur : & ex nunc dat & concedit facultatem & poteſtatem duabus partibus Collegii congregandi Concilium generale : Cujus ſententiæ in curſu pœnarum ſupradictarum & aliarum de jure, propter prædictorum publicam & libertatem Sacri Collegii reſpicientium tranſgreſſionem infligendarum ſe ſubjecit & ſubmittit, &c.*

Quibus Sacramenti formulis atque execrationibus, Julius II. Collegis ſuis omnem quam de ejus ferreo ingenio ſiniſtram ſuſpicio-

cio-

Digitized by Google

:ionem conceperant minuere ac auferre, lloſque ad ſe eligendum Pontificem allicere olebat, ut revera electus eſt Pontifex.

Cæterum permulta hic continentur quæ enitus legi gratiæ repugnant: Cujuſmodi unt execrationes, & alia ejuſmodi quibus ominatim declaratur quod electus Pontifex on ſe à perjurio & fide violata unquam abolvi procurabit, &c. Id enim hæc verba onant: *Juro pure & ſimpliciter & bona fide realiter & cum effectu perjurii & anathematis, à quibus nec meipſum abſolvam nec abſolutionem alicui committam, &c.* veruntamen hoc potius infidelis quam hominis Chriſtiani eſt: Huicque precandi formulæ, *Dimitte nobis debita noſtra* & articulo fidei *Credo Sanctam Eccleſiam Catholicam Sanctorum Communionem, remiſſionem peccatorum*, plane adverſantur. Ex quo liquet quid non martalia pectora cogat cæca ambitio & deſiderium Pontificatus obtinendi. Quandoquidem Julius II. ſtatim atque creatus & nauguratus eſt Papa, hoc ſe Sacramento & Imprecationibus obſtrinxit: neque tamen promiſſis ſtetit, ut fidem datam exſolveret: Idque convocationi Piſanæ & Lateranenſis Synodi cauſam præbuit. Quæ à me dicuntur non detrahendi voluntate, ſed ut doceam Chriſtianos debere ab ejuſmodi execrabilibus Sacramentis ſuperſedere: falſoque adulatores perhibere, Summos Pontifices tanquam Pontifices vel tanquam privatas perſonas eſſe

infallibiles, ſi modo aliquo utantur Conſilio peritorum. Nam hoc Sacramentum de fratrum Conſilio & conſenſu editum eſt à Julio PP. quem proinde tam malis auſpiciis incenſum, toto ſui Pontificatus tempore ducis potius bellicoſiſſimi & ferociſſimi quam Pii & prudentis Pontificis munus peregiſſe nemini mirum videri debet. Conſule lector Guichardini Hiſtoriam ab octavo ad decimum tertium librum & niſi ob geſta Julii obſtupueris totus quidem eris ferreus.

IV. Hercle, quamquam Guichardinus non parvo flagret odio in Gallos: eorumque geſtis quantum poteſt livore invidiæ detrahat: (hoc autem ſcriptore velut acceptiore Italis utor lubentius) veruntamen clare narrat Julium qui pacem inter Chriſtianos pocurare & fovere debebat Ludovicum XII. Galliæ Regem jam in Venetos incenſum vehementius inflammaſſe, & Cameracenſe fœdus roboraſſe: tumque demum ubi armis atque opibus Gallorum, Faventiam, Arminum, Ravennam, & Cerviam Venetis eripuit ac B. Petri patrimonio adjunxit: ſtatuiſſe Franciæ Regem Ducatu Mediolanenſi & Comitatu Aſtenſi, qui avitum erat Ludovici XII. Patrimonium ſpoliare: necnon etiam protectione Genuæ totaque Italia expellere. Siquidem ut toti Italiæ pro animi ſui voto Julius imperaret: quenquam ſe potentiorem in tota Italia ferre nolebat. Itaque ut eo ſenſim

per-

Digitized by Google

perveniret atque mitiſſimum Ludovici animum exacerbaret: primum aliquot Regni Galliæ beneficia contra jus Sacrarum electionum & Pragmaticam Sanctionem quibuſdam Curiæ Romanæ aulicis contulit: fœduſque cum Hiſpaniæ & Angliæ regibus Venetis & Helvetiis in Galliæ Regis perniciem ſancivit: necnon etiam Maximilianum Imperatorem in Ludovicum armavit: quamquam Cæſarem magnis beneficiis Ludovicus exornaſſet. Hoc autem prætextu Julius utebatur, quod Franciæ Regem de tota occupanda & uſurpanda Italia Conſilia inire prædicaret. Qua ſuſpicione Guichardinus Regem Galliæ non modo abſolvit, verumetiam affirmat illum de nulla re alia quam de ſuo tutando & retinendo patrimonio anxium fuiſſe: & ad id conſequendum iniquis etiam conditionibus & Regia majeſtate indignis, Julii II. benevolentiam redimere voluiſſe. Sed quo Ludovicus Pontificis amicitiam operoſius ambiebat: tanto vehementius Pontifex Regem contemnebat, atque in Gallos eorumque confœderatos obdureſcebat ait Guichardinus: idque adeo ut palam in maximo hominum conventu obteſtatus ſit, ſe illos hoſtium atque emiſſariorum numero habiturum, qui de pace cum Gallis habenda verba facerent. Quare contra Juris Gentium religionem, quæ etiam apud barbariſſimas nationes ſuſpicitur & ſervatur inviolabiliter, Procuratorem Ducis Sabaudiæ qui

Digitized by Google

nomine ſui Principis Julium ad pacem hortabatur, equuleo torqueri imperavit: & quoſdam Cardinales publicæ cuſtodiæ mancipari juſſit. Quæ omnia proprio & privato motu vel potius impetu, contra formulam Sacramenti tam horribilibus imprecationibus à ſe firmati Julius II. patravit. Hæc autem Guichardinus memorans occaſionem arripit culpandæ nimiæ religionis Ludovici XII. quod ſuperbiæ & pervicaciæ Julii conſilia potius quam arma, & pia atque religioſa quam fortia facta opponeret: Ita ut Ludovicus Pontificis mitiſſimi, Julius autem Regis bellicoſiſſimi perſonam & animum hac in parte gerere videretur. Quocirca Franciæ Rex iſta Julii ferocitate ſupra modum exacerbatus, tandem ſe armis contra Pontificem tueri decrevit. Quem in finem anno 1510. ad omnia Regni ſui Parlamenta ejuſdem plane Argumenti Literas miſit. Verum quoniam Franciſcus Marcus Juriſconſultus & Conſiliarius Parlamenti Gratianopolitani in prima parte operum ſuorum quæſtione 455. refert exemplum litterarum quas Ludovicus miſit Gratianopolium hic eas verbum de verbo Latine ex Gallico ſermone reddam.

'micis & fidis Conſiliariis hominibus Curiam noſtram Parlamenti Delphinatus tenentibus,

De Mandato Regis.

A*Mici & fideles, vos ſatis potuiſtis cognoſcere quomodo aliquo ab hinc tempore Sanctiſſimus 'ater noſter Papa, multas fecerit uſurpationes & es omnino contrarias privilegiis & libertatibus Ec- leſiæ Gallicanæ, & legibus Regni noſtri: quas ta- nen certis de cauſis patienter tulimus & toleravi- nus: ſperantes quod ubi noſtras ſuaſiones ſuper ea 'e audiviſſet, ab ejuſmodi rebus abſtineret. Sed tan- 'um abeſt, ut id facere voluerit, cum nobis bellum iperte indixerit, conatuſque fuerit turbare & ad 'ebellionem ſolicitare populos terrarum & dynoſtia- 'um quas in Italia poſſidemus: potiſſimum vero Genuenſis. Quocirca huic malo mederi & provi- lere cupientes, volumus vobiſque mandamus, ut ex veſtro aliquos ſeligatis, qui inter ſeſe conſulant de via & ratione quæ olim ſimilibus caſibus ſervata ſt; & quam hodie tenere debemus: atque nos cer- tiores faciatis eorum quæ inter vos hac de re ſta- tueritis: ut hæc veſtra Conſilia in Conventibus Ec- cleſiæ Gallicanæ, quos ſub finem menſis Auguſti pro- ximi habebimus Aureliæ, nobis uſui eſſe poſſint, atque ſuper hac re bene accurateque aliquid delibe- rari & decerni poſſit: tum ad Dei & Eccleſiæ hono- rem ac ſervitium, cum ad noſtram, Regni noſtri, & dynaſtiarum noſtrarum utilitatem & ſecuritatem. Datum Bleſis penultima Julii, Signatum Ludo- vicus, Robertet.*

V. Porro iſti Conventus Aurelianenſes quorum in Regiis literis extat mentio, tranſlati fuerunt Turones: quo Eccleſia Gallicana convenit: ejuſque Conſilio, Articuli ſequentes examinati, diſcuſſi & concluſi fuerunt. Anno 1510. quibus quidem articulis & Regis & Gallicanæ Eccleſiæ ſumma pietas, moderatio, & prudentia maxime celebratur: quicquid Curiæ Romanæ fautores ringant in contrarium.

I.

An liceat Papæ bellum inferre Principibus temporalibus in terris quæ non ſunt de Patrimonio vel Dominio Eccleſiæ, &c.

Concluſum fuit unanimiter per Concilium, Papam nec poſſe nec debere.

II.

An liceat Principi defendenti ſe & ſua, non ſolum propulſare armis ejuſmodi injuriam, ſed etiam invadere terras Eccleſiæ poſſeſſas à Papa notorio hoſte ſuo, non tamen ea intentione ut illas retineat: ſed tantum ut impediat ne per eas Papa ille fortior & potentior ſit ad offendendum dictum Principem & ſuos.

Concluſum eſt per Concilium, Principem hoc poſſe ſub conditionibus & qualitatibus in Articulo propoſitis.

III.

An ob tale odium notorium & aggreſſionem injuſtam, liceat tali Principi ſubtrahere ſe ab obedientia hujuſmodi Pontificis: attento etiam quod Pontifex

tifex concitavit alios quoſdam Principes & communitates, imo & tentavit cogere ad invadendas terras & dominia ejuſdem Principis, qui potius benevolentia ſedis Apoſtolicæ dignus fuit.

Concluſum eſt per Concilium, Principem poſſe ab obedientia Papæ ſe ſubducere ac ſubtrahere ac non tamen in totum & indiſtincte, ſed pro tuitione tantum ac defenſione jurium ſuorum temporalium.

IV.

Tali ſubtractione licite facta, quid agendum ſit tum Principi ipſi ac ſubditis ejus, tum etiam Prælatis & Eccleſiaſticis perſonis Regni ſui in rebus de quibus ad Sedem Apoſtolicam antea recurri ſolebat.

Concluſum eſt per Concilium ſervandum eſſe jus commune antiquum, & pragmaticam Sanctionem Regni ex decretis Sacroſancti Concilii Baſileenſis deſumptam.

V.

An liceat hujuſmodi Principi Chriſtiano armis tueri ac defendere alium Principem ſibi confœderatum, & cujus protectionem legitime ſuſcepit, &c.

Concluſum fuit per Concilium, licere.

VI.

Si quod jus tale Pontifex ad ſe pertinere contendat, ut patrimonii S. Eccleſiæ Romanæ partem: contra Princeps Imperii juris ſui eſſe dicat, & de ea controverſia paratus ſit, & offerat ſtare arbitrio vel judicio bonorum virorum per compromiſſum, prout de Jure, an eo caſu liceat Pontifici

abſque

Digitized by Google

abſque alia cauſæ cognitione bellum inferre dicto Principi: Et ſi fecerit, an liceat Principi armis reſiſtere, & aliis etiam principibus in hujuſmodi diſſidio ei adeſſe eumque defendere: maxime illis qui ei cognatione vel affinitate conjuncti ſunt: Cum etiam per Centum Annos proximos Eccleſia Romana in ejus juris controverſi poſſeſſione non fuerit.

Concluſum eſt per Concilium, licere Principi hoc caſu reſiſtere de facto & aliis ei adeſſe in jure ſuo tuendo.

VII.

Quid ſi Papa nolit acceptare quod Princeps juridice & honeſte offert: ſed contra non obſervato juris ordine contra talem Principem pronunciet ſententiam aliquam: An ei obtemperandum ſit, maxime cum non eſt integrum ac tutum tali Principi ad Sedem Romanam ire vel mittere, & jus ſuum via Juris Civilis & rationibus defendere.

Concluſum eſt per Concilium non teneri talem Principem parere tali ſententiæ.

VIII.

Si Pontifex injuſte ordine juris non ſervato procedens de facto & manu armata pronunciet ac publicet aliquas Cenſuras contra Principes ſibi reſiſtentes eorumque ſubditos & confœderatos: An ei parendum ſit & quod remedium adhibendum.

Concluſum eſt unanimiter per Concilium talem ſententiam nullam eſſe, nec de Jure vel alio quocumque modo ligare.

Viſum eſt tamen Concilio ante omnia mittendos ab Eccleſia Gallicana legatos ad D. Papam

pam Julium, qui Fraterna Charitate & ſecundum Euangelicam correctionem eum admoneant, ut à cœptis deſiſtere velit: pacemque & concordiam Principum amplecti. Quod ſi nolit legatos in hoc audire interpelletur de convocando Concilio libero, juxta Sacroſancti Baſileenſis Concilii decreta: & hoc ſancto reſponſoque ejus accepto, providebitur prout jus erit.

VI. Cæterum qui hæc acta Turonenſis Synodi ad normam legis Divinæ & Naturalis expenderit: non dubium eſt quin Severinum Binium novum collectorem Conciliorum demiretur: quod hanc Synodum Turonenſem nomine Conciliabuli contaminare audeat: quod ipſum pariter facit Vallius libro de Suprema poteſtate Papæ, parta ſecunda, quæſtione prima. An quiſquam eſt qui probare poſſit juſtam ſui defenſionem non eſſe Juris Divini & naturalis: atque Papam deſpoticum habere imperium in Chriſtianos: & Dominum voluiſſe Eccleſiam ſuam eſſe Rempublicam ſervorum: Ita ut Pontifici quempiam & maxime Regem opprimenti minime liceat reſiſtere: Simili in errore cum Binio & Vallio Petrus Matthæus verſatur in Collectione Conſtitutionum Pontificiarum edita Lugduni anno 1588. etiam cum Regis Privilegio, quod magis notandum: & multo magis eundem Matthæum hodie donatum titulo atque ſtipendiis Regii Hiſtoriographi: & tamen illic

illic deſpoticum Imperium Julii miris commendare laudibus; neque hanc ſuam ſcriptionem retractaſſe aut ſcripto publico abrogaſſe: quod erat neceſſarium. Certe Matthæus neceſſitatem reſiſtendi in Ludovico XII. damnat quaſi optimus Princeps toto corpore telum Julii II. excipere debuiſſet: Longe vero æquanimior eſt Guichardinus de quo ſupra: necnon etiam Jeſuitæ, in Apologetica expoſtulatione Ludovici Richeomi ſcripta nomine totius Sodalitii & Henrico IV. oblata 1600. Nam cap. vigeſimo quarto Decreta Synodi Turonenſis maxime probant, ac bona fide Regi ſpondent, ſi quod unquam tale inter Pontificem & Regem Galliæ emergeret diſſidium, ſe bonorum Eccleſiaſticorum & Gallorum exemplo, Regi fideliter opitulaturos. Sed non dubium eſt quin boni Patres per æquivocationem ficte loquantur, teſte Bellarmino in reſponſione Italica quam fecit adverſus Tractatum ſeptem Theologorum Venetorum, qui adverſus interdictum Pauli V. ſcripſerant. Quandoquidem in examine decimæ nonæ propoſitionis Bellarminus contendit hunc eſſe ſenſum Richeomi, ut inferat, bonos Eccleſiaſticos & Gallos Papæ imperatis obtemperaturos & conſilium daturos Regi ut cum Pontifice concordaret. Porro, quando & quatenus Pontifici aliquem opprimenti reſiſtere liceat Gerſonius docet prima parte operum Tractatu inſcripto: Diſcuſſio

ſcuſſio illius aſſertionis, *Sententia Paſtoris etiam injuſta eſt tenenda* : Et in reſolutione circa materiam excommunicationum & irregularitatum. Item libro de Examinatione doctrinarum parte prima, Conſiderat II. Item *quo modo & an liceat à Summo Pontifice appellare, & ejus judicium declinare* : Sed ne tam vetera quæramus idem docet Magiſter Andræas Vallius de ſuprema Pontificis in Eccleſiam poteſtate, parte quarta, quæſtione undecima, ſub finem ubi inter alia habet, *Jure naturæ licitum vim vi repellere ; hocque jus adeo eſſe generale, ut nec à Chriſto in lege Gratiæ, nedum ab ulla Republica ſive Eccleſiaſtica ſive ſeculari revocatum ſit.*

VII. Cum ergo omnes Concluſiones Synodi Turonenſis directe & neceſſario ex legis Divinæ & naturalis principiis eliciantur: fruſtra homines in illas quaſi Canes in Lunam oblatrant : Siquidem docent Galliarum Regi jus fuiſſe ſe adverſus Julium II. duobus modis tueri : nimirum via belli, & procurando Concilii Generalis celebrationem ut Eccleſia in capite & in membris reformaretur. Verum Princeps optimus bello uti noluit quo Julium offenderet ; ſed tantum ut ſe atque confœderatos ſuos propugnaret : quamquam tamen ei pronum fuiſſet Romam invadere & occupare. Sicut teſtatur Guichardinus : qui cunctationem nimiamque Ludovici XII. religionem acriter reprehendit. Quod ſpectat ad rationem pocurandæ celebrations Concilii

Ludo-

Ludovicus tanquam Eccleſiæ Catholicæ primogenitus, Rexque Chriſtianiſſimus, Societatem cum Maximiliano Cæſare conſcivit, ut communi ſtudio Eccleſiæ reformationem celebratione Synodi Generalis promoverent, conformiter ad decreta Seſſionis XXXIX. Conſtantienſis Concilii & XI. Baſileenſis quam Eugenius Seſſione XVI. Baſileenſi auctoravit. Illic enim Patres edicto perpetue valituro ſanxerunt Concilia Generalia ſingulis Decenniis frequentari oportere. Quibus & accedit, Julium ſolennibus Articulis in quos ante ſuam electionem cum Collegio Cardinalium juraverat, ſe Sacramento devinxiſſe ad Concilii Generalis celebrationem intra biennium. Neque vero obſtat quod Guichardinus memorat, Julium omnibus Chriſtianis Principibus, quos in Galliæ Regem armare volebat, ſuaſiſſe, ſolum Zelum honoris & Gloriæ Dei unum & ſolum eſſe finem celebrandorum Conciliorum: hocque ut fiat altiſſima & firmiſſima pace peropus eſſe: ac Regem Galliæ cum Piſanis Cardinalibus, ſolo deſiderio ambitionis & ſeſe ulciſcendi ad celebrandum Concilium incendi: neque etiam officit, Prælatos Piſani Concilii qui de Eccleſia melius emendanda ſermones ſerebant, æque deformatos & vitioſos fuiſſe quam Julium ejuſque Curiam, ut Guichardinus eis dat opprobrio: maxime vero quod idem Guichardinus cum omnibus hiſtoricis temporis illius clare oſten-

oſtendant, ineluctabilem animum Julii, Galliæ Regem ad eas adduxiſſe conditiones, ut prorſus ei neceſſium eſſet arma ſumere ut ſe & Confœderatos ſuos tueretur: quo in caſu lex Divina & Naturalis etiam filio in proprium Parentem arma ſuppeditat: quia jus ſe & ſua tuendi tam intimum & naturale eſt omnibus, ut plane repugnet aliquem etiam volentem ſe illo abdicare. Verum jam ſuperius dixi Ludovicum non ſe in Julium armaſſe, ut aggrederetur, ſed ut ſe defenderet: unde juxta normam à Chriſto poſitam Matthæi XVIII. ei fas erat Pontificem Eccleſiæ denunciare, ac de illius injuriis conqueri inGenerali Concilio, quando aliter id fieri non poterat: quam ad rem faciendam decreta Synodi Conſtantienſis & Baſileenſis & Sacramentum à Julio II.editum abundeGalliarum Regem inſtruebant. De pace autem ad Synodum Generalem neceſſaria ipſemet Guichardinus ſatis oſtendit Julium facem belli prætuliſſe, & Chriſtianos Principes ſic inter ſeſe commiſiſſe, ut ab eo tempore in hunc uſque diem ſemina diſcordiarum & ſimultatum nunquam exſtirpari potuerint: Ex quo effectum eſt, ut Carolo V. & Franciſco I. Galliarum Rege decertantibus, Turcicum Imperium valde propagatum & Rhodus expugnata, atque hæreſes per totam Europam diſſeminatæ fuerint. Judicent poſteri quinam tot malis cauſam certiſſimam præbuerint, liberam im-

pediendo celebrationem Conciliorum & fovendo ſimultates inter Chriſtianos Principes ut Eccleſiæ patrimonium ſuumque Dominatum temporalem adaugerent : quaſi vero genuinum Eccleſiæ & Chriſti patrimonium non eſſet gloria Dei & ſalus animarum pretio Sanguinis Chriſti redemptarum. Quod ſi Prælati qui Piſanum Concilium promovebant, tales eſſent quales fingit Guichardinus? Verumtamen quia ægrotorum eſt medicinam morbis ſanandis quærere, profecto illi maxime laudandi ſunt: quod moribus depravatis Eccleſiaſticorum ſalutare Pharmacum interere & condire voluerint : quod facile erat ex tomis Conciliorum & Canonibus jampridem latis promere; dando operam, ut in rem judicatam mitterentur. Proculdubio ſi hæc Guichardini ratio locum obtineat, nunquam diſciplina Eccleſiaſtica poſſet in melius emendari quoniam idem Guichardinus eadem & multo majora vitia Prælatis Lateranenſis Synodi improperio vertit: Siquidem libro decimo ait, nunquam antea viſas vel auditas in ſpeciem auguſtiores ceremonias & ritus, iis quibus Lateranenſis Synodus ſplendebat: ſed Pontificem cum Prælatis ſuis mentem omnino alienam & averſam ab ejuſmodi Sacris ritibus quibus in Synodo celebranda utebantur, habuiſſe, atque Julium totum bellicis negotiis occupatum & implicatum, eodem tempore inſtar alicujus ducis militaris Bononiam

&

& Mirandolam obſediſſe atque expugnaſſe. Deinde Libro XI. memorat Julium in graviſſimum incidiſſe morbum, adeo ut de ejus ſalute omnes Medici deſperarent: Et nihilominus in ipſo puncto quo animam efflaturum putabant, nihil quicquam præter arma, & bellica ſtudia cogitaſſe aut in ore habuiſſe. Hæc autem conferat qui volet cum ſumma & pluſquam humana Ludovici XII. pietate & æquanimitate: qui eodem Guichardino auctore poſt Victoriam Ravennatenſem, cum in totum Eccleſiæ patrimonium poſſet invadere; verumtamen victoriæ occaſione ſibi minime utendum duxit: atque actionibus manſuetiſſimis, humaniſſima & piiſſima adjunxit verba: prohibens, ne ullum ſignum publicæ lætitiæ in omnibus ſuis dynaſtiis ederetur: ſæpiuſque proteſtatus eſt, quamquam in Sedem Apoſtolicam aut in ipſum Pontificem ſciens & prudens nihil peccaviſſet, omniaque ſui defendendi non offendendi cauſa geſſiſſet, velle tamen ob Sedis Apoſtolicæ reverentiam, *humiliter atque demiſſe ab eadem veniam petere*. Hæc Guichardinus initio Libri X. clare demonſtrans Julium non Ludovicum occaſionem belli præbuiſſe.

VIII. Sed ut ad Hiſtoriam revertamur, Concilio Piſis indicto à novem Cardinalibus qui ſe Roma ob violentiam Julii ſubduxerant, necnon etiam ab Imperatore Maximiliano & Ludovico XII. menſe Majo 1511. Julius ut

illorum propoſitum diſturbaret Synodum pariter Lateranenſem Romæ indixit: cujus indictionis Bulla data eſt Romæ Calendis Auguſti 1511. duobus atque amplius menſibus poſt Synodi Piſanæ indictionem: & virulenter Synodi Piſanæ indictionem velut ſchiſmaticam perſtringit.

IX. Sed Magiſter Philippus Decius Juriſconſultorum ſui ſeculi facile princeps, nomine Patrum Piſanorum doctiſſimam lucubravit Apologiam, qua ſingulis articulis Criminationum bullæ Pontificis reſpondet & cunctas Julii objectiones diluit: Præterea proprio nomine duos edidit tractatus, quibus omnium Juriſconſultorum & Canoniſtarum ſententia demonſtrat, novem Cardinales qui Roma ſeceſſerant Jure & Canonice potuiſſe Piſanum Concilium indicere cum viderent Julium nulla ratione induci potuiſſe ad Synodi Convocationem pro Eccleſiæ reformatione. Hujus autem opuſculi Decii Navarrus cap. Novit. de Judiciis, numero octuageſimo tertio, & quarto, meminit, quod extat inter Conſilia Decii numero centeſimo quinquageſimo primo. At eodem tempore Thomas de Vio Generalis Dominicanorum qui poſtea Cardinalis Cajetanus nuncupatus eſt, librum edidit, *de poteſtate Papæ ſupra Concilium*: quem Patres Piſani miſerunt ad facultatem Pariſienſem cum ſequentibus literis.

Sacroſancta generalis Synodus Piſana in Spiritu Sancto

Sancto legitime congregata univerſalem Eccleſiam repræſentans & per continuationem Mediolanum ad tempus tranſlata, Dilectis filiis Rectori, Doctoribus, Magiſtris & Regentibus almæ univerſitatis ſtudii Pariſienſis ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Dilectus filius Gaufredus Bouſſard Cancellarius Pariſienſis juſſu noſtro tradet vobis libellum quendam ſuſpectum & plenum injuriis contra Concilium Baſileenſe ac noſtrum: & contra Joannem Gerſonem optimum Eccleſiæ defenſorem: Compoſitum per quendam fratrem Cajetanum hominem audacem & periculoſum: quem deſideramus pro ſuo demerito caſtigari. Ideo hortamur vos in Domino, ut libellum ipſum diligenter examinetis & diſcutiatis, mittatiſque ad nos celeriter determinationem veſtram Doctrinalem: qua poſſimus juxta ejus audaciam cum veſtris ſapientiſſimis Conſiliis prudenter procedere. Datum Mediolani in Generali congregatione noſtra 10. Januarii 1512. B.

Cardinalis S. Crucis: S. Cardinalis Narbonenſis: R. Cardinalis Bajocenſis: F. Cardinalis de Sancto Severino: P. de Brie Cardinalis: F. Archiepiſcopus Lugdunenſis: Triſtandus Senonenſis Archiepiſcopus: P. Lucionenſis Epiſcopus. S. Maclonienſis Epiſcop. A. Epiſcopus Eugoliſmenſis: Jacobus Abbas Ciſtertii: Joannes Abbas Sueſſionenſis. Et à tergo, Dilectis Filiis Rectori, Doctoribus ac Regentibus almæ Uunverſitatis ſtudii Pariſienſis.

Inſuper etiam Ludovicus XII. ejuſdem quoque Argumenti literas miſit ad univerſitatem quas hic exſcribam.

DE PAR LE ROY.

TReſchers & bien Amez. Nous avons eſté advertis, que le Concile de Piſe ſeant de preſent à Milan vous envoye par noſtre cher & bien amé Maiſtre Geoffroy Bouſſard Chancellier de l'Egliſe de Paris un certain livre pour eſtre par vous viſité & examiné : Lequel a n'agueres eſté composé par quelqu'un au des honneur des Saincts Conciles de l'Egliſe, & depreſſion de l'auctorité d'iceux : auquel livret comme l'on nous a rapporté ſont contenus pluſieurs grands & dangereux erreurs qui ne ſont à tolerer. Et pource que nous ſommes deliberés de tousjours aider porter & favoriſer les Saincts Conciles Generaux de l'Egliſe, à l'exaltation, gloire & auctorité d'iceux, comme la raiſon le veut : A cette occaſion nous prions treſaccertez, que vous, receu ledit levret le viſitiez & examiniez diligemment, & le confutiez par raiſons & points & articles eſquels il vous ſemblera eſtre contre verité. Si n'y veuillez faire faute, & vous nous ferez ſervice treſagreable ne ce faiſant. Donné à Blois le XIX *jour de Fevrier. Signé Louys*, Et au deſſous, *Robirtet.* Et au dos. *A nos treſchers & bien Amez les Rećteurs, Maiſtres, Doćteurs, & Regents de noſtre Aiſnée fille l'Unſverſité de Paris.*

X. Has autem Regis & Patrum Piſanorum literas, Magiſter Gaufredus Bouſſard Doctor & Cancellarius Pariſienſis detulit ad Rectorem Academiæ & die Martii 1512. in ſolemnibus Comitiis univerſitatis habita eſt ſuaſio à Re-

à Rectore & Decano facultatis Theologiæ, ut Regis & Patrum Piſanorum mandato fieret ſatis. Treſque Doctores Theologi provinciam ſcribendi in Cajetanum ſumpſerunt, videlicet M. M. Jacobus Almainus, Joannes Major, & quidam alius Eccleſiaſtes Lucionenſis, cujus ego vidi librum manuſcriptum in Bibliotheca Collegii Navarræ. Profecto Almainus paulo ante ſpecimen ſuæ ſcriptionis in quæſtione reſumptiva ediderat menſe Februario. Deinde menſe Junio ineunte 1512. *Librum de Auctoritate Eccleſiæ contra Cajetanum* publici Juris fecit. Verum his prætermiſſis venio ad doctoſſimas Philippi Decii Lucubrationes, quæ partem hujus Hiſtoriæ conſtituunt.

APOLOGIÆ
SACRI PISANI
CONCILII MODERNI

Argumentum.

I. *Humilitas, conſtantia & veritas, tres ſunt dotes Chriſti; atque Eccleſiæ ejus ſponſæ.*

II. *Julius II. duas acerbiſſimas evulgavit litteras Apoſtolicas, quæ cauſam præbuerunt huic Apologiæ.*

III. *Humilis & modeſta reſponſio Patrum Piſanorum ad eos qui conſilium dederunt Julio II. ut Concilium Lateranenſe indiceret, & cenſuris Patres Piſanos percelleret.*

IV. *Depulſio quatuordecim conviciorum Patribus Piſanis objectorum.*

V. *Summa capita rerum, quæ Patribus* Piſanis *à Julio II. objiciebantur, & earum dilutio.*

VI. *Patres Piſani nunquam affectarum* dignitatem Pontificiam, *ſed ariſtocraticam moderationem, qua Chriſtus primatum S. ſedis Apoſtolicæ temperavit, retinere voluerunt,*

VII. *Cardinales Piſani, à Curia Romana deceſſerunt, eo quod nedum in ſententiis liberi, ſed nec in vita quidem tuti erant. Quando Apoſtolicæ præceptiones notorium continent periculum audiri quidem ſed non impleri debent.*

VIII. *Memorati Cardinales receſſerunt cum manu militari, ut ſe à periculo & inſidiis Epiſcopi Concordienſis eximerent.*

IX. P*atres fatentur ſe aliqua diſſimulaſſe, ut fraudes & dolos Epiſcopi Concordienſis vitarent.*

X. *Reſponſio ad objectionem duorum Cardinalium, qui dicebant falſum eſſe ſe aſſenſum præbuiſſe convocationi Piſanæ Synodi.*

XI. *Omnes Canones, quibus docetur Papam debere* Concilia generalia convocare, *intelligi debent regulariter & ordinarie: nam extraordinarie & in certis caſibus congregari poſſunt abſque Papa.*

XII. *Indictio Concilii* Piſani, *quatuor firmiſſimis principiis nititur, præcepto ſcilicet Eccleſiæ, voto, ac juramento* Papæ & Cardinalium, *nec non etiam ad vitandum graviſſimum & intolerabile ſcandalum.*

XIII. *Præceptum ducitur ex ſeſſione* 39. *Concilii Conſtantienſis: dilutio objectionum contra hoc præceptum.*

XIV *Depulſio eorum quæ objiciebantur, ad votum & Juramentum Papæ excuſandum.*

XV. *Quo caſu concedantur alicui moræ purgatio & de legibus ad eam requiſitis: ſero mora purgatur, cum jus ad alios devolutum eſt.*

XVI. *Julius II. armatus Concilium Romæ indixit, non tam ſtudio liberi Concilii habendi, quam impediendi ne haberetur, & ne de Eccleſia reformanda ageretur.*

XVII. *Cardinales qui Piſanam Synodum indixerunt, quamdiu Romæ degerunt, non auſi ſunt mentionem facere habendi Concilii, propter notiſſimam Julii II. violentiam.*

Digitized by Google

XVIII. *Utrum Papa in cauſa propria Concilium debeat convocare: fruſtra alicujus auctoritas contra ſemetipſum expectatur: & utrum Joannes XXIII. Concilium Conſtantienſe contra ſemetipſum indixerit.*

XIX. *Dilutio objectionum contra temporis brevitatem, & quodnam tempus olim Patribus Eccleſiæ primitivæ, ut convenirent ad Concilium, præſcriberetur.*

XX. *Civitatem Piſanam maxime idoneam eſſe habendo Concilio generali: & de numero Prælatorum qui interfuerunt primo Concilio Piſano, ad extinguendum ſchiſma.*

XXI. *Ab eo tempore quo Romani Pontifices habuerunt arces atque armatas cuſtodias,* Roma non fuit idonea habendis Conciliis: *nam Spiritus Sanctus non afflat niſi liberas mentes: Unde cum Julius II. exercitum habeat inſtructiſſimum, Roma non eſt tutus locus iis qui de Eccleſia reformanda libere loqui vellent.*

XXII. *De cenſuris irrogatis contra Patres Piſanos: & neceſſitate libere Concilii habendi* ad ſpiritum Eccleſiæ retinendum, *& diſciplinam Eccleſiaſticam vindicandam.*

CReator & redemptor noſter Chriſtus "
Dominus, *qui eſt via, veritas & vita*, & "
qui ad hoc natum eſſe & in mundum veniſſe "
ſe aſſerit, ut teſtimonium perhiberet veri- "
tati,& in quo non eſt inventum mendacium, "
nec inventus eſt dolus in ore ejus, ipſe ſe "
mitem appellat & humilem, ac vere etiam "
fuiſſe conſtantem & fortem, ad mortem uſ- "
que acerbiſſimam pro veritate aſſerenda te- "
ſtatur, adeo ut omnis Chriſti actio humano "
potiſſimum generi imitabilis veritas ſit & "
conſtans & humilis, veritatemq; ipſam illius "
Magiſter non aliter cuſtodiri recte poſſe do- "
ceat, quam conſtantia & humilitate: altera "
ne nos terror à vero dejiciat: altera ne nos "

„ excellentia & firmitas veritatis extollat, &
„ in magnis & mirabilibus ſuper nos efferri
„ nos faciat, unde tria hæc pretioſa monilia
„ ſponſæ ſuæ, non habenti maculam nec ru-
„ gam, Eccleſiæ videlicet ſuæ Sanctæ Ca-
„ tholicæ, cujus fideles omnes merito aut nu-
„ mero myſtica membra ſumus, præcipue
„ ſervanda reliquit, ut in fundamento domus
„ ſuæ, quam perennis decebat ſanctitudo, &
„ cujus decorem præ omnibus dilexerat, tan-
„ quam ſapiens architectus triplicem hunc
„ angularem lapidem reponeret, cui innixa
„ omnis ſtructura firma ſubſiſteret, & San-
„ ctum Dei Templum redderet glorioſum.
„ Unde apud Joannem, ait, *Qui ex veritate eſt, audit vocem meam*. Et alibi, *Qui ſequitur me, tollat crucem ſuam & ſequatur me*; Et rurſum, *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.*

„2. Nuper autem quum non ſine gravi
„ mœrore, & mentis amaritudine vago relatu
„ acceperimus ſub nomine ſanctiſſimi D. N.
„ Iulii Papæ II (nonnullorum ut creditur ſug-
„ geſtione, qui magis loqui quærunt ſibi pla-
„ centia, quam fidelium quietem & pacem)
„ diſſeminatas eſſe per Univerſam Eccleſiam
„ duas Epiſtolas Apoſtolicas: alteram quam di-
„ cunt Concilii, qua indictores ſecundi Piſani
„ Concilii gravioribus increpationibus & im-
„ meritis appellationibus objurgat, indictio
„ nemque ipſam annullat & revocat, aliudque
„ Concilium Romæ inſtaurat: alteram moni-
torii

torii in qua nonnullos ex dictis indictoribus, “
ut à proſecutione Piſanæ Synodi abſtineant, “
& in urbe Roma perſonas ſuas ſub brevi quo- “
dam præſtituto termino exhibeant, ſub “
graviſſimis cenſuris & pœnis monet & citat. “
3. Nos cum illius auxilio, qui in Euan- “
gelio aſſiſtentiam ſuam ante reges & præſi- “
des pollicetur profeſſoribus veritatis, uniti “
omnes eodem corde & ore, non ut literæ “
illæ nos diſiungere ſatagebant, ſed juxta “
Apoſtolum alter alterius onera portantes, ut “
quæ communi conſilio pro bono Eccleſiæ “
ediximus, communi voto tueamur, cura- “
bimus pro Dei cauſa una communi Epiſtola “
duarum illarum capitibus conſtanti & hu- “
mili veritate ſatisfacere, ut pro viribus “
ſermo noſter Chriſtianæ diſciplinæ conve- “
niat. “

Reſpondebimus itaque in omni patientia “
& manſuetudine non ad ſingula Epiſtola- “
rum, quæ ſunt pæne innumera, & ſi diſcu- “
terentur omnia reſponſalis Epiſtolæ modum “
excederent, nec ipſi Principi directe re- “
ſpondere mens eſt, quamvis in factis propriis “
& perſonalibus ſignanter legali contentione “
ſuſcitata, ſcripis ejus reniti poſſit & debeat. “
Nam & aſina Balaam pro veritatis cuſtodia, “
domino ſuo intrepide contradixit, & nos “
non ſervi modo, ſed & filii, & fratres, liberi “
ſumus qua libertate juxta Apoſtolum Chri- “
ſtus nos liberavit, pariſque cum Paulo in “

hoc

„ hoç juriſdictionis, qui Petro quia immemor
„ eſſet in obſervatione legalium tertii Hiero-
„ ſolymitani Concilii, in faciem reſtitit, &
„ tamen culpa Petri (utpote in gratia confir-
„ mati) levis fuiſſe creditur. Sed cum verba
„ illarum Epiſtolarum tam aſpera & gravia,
„ ex tam levi cauſa ſimplicis noſtræ admoni-
„ tionisConcilii mentis Principis adſcribi non
„ debeant (nam & hominum ſicut & apum re-
„ ges fortioribus aculeis carere debere omnis
„ Philoſophia prædicat) non ipſi itaque, ſed
„ conſultoribus, aut ordinatoribus littera-
„ rum, qui gravius peccatum habent, prout
„ dominusPontio præſidi dixerat reſpondebi-
„ tur: nec omnibus conſultoribus; quum ve-
„ riſimile ſit antiquiores & vere neceſſarios, &
„ qui in cauſis Cardinalium juxta Apoſtolicas
„ juratas conſtitutiones & Capitula juſtiorem
„ vocem habent, talia non potuiſſe conſulere.

„Illis ergo ordinatoribus, quandoque in
„ prima, interdum in tertia perſona utcunque
„ reſpondendo, ordinem Philoſophorum
„ ſervabimus, qui primo nomina, inde res ſo-
„ lent perſcrutari: nam & ſermocinales ſcien-
„ tiæ tempore reales procedunt, in rebus au-
„ tem objectis ipſarum litterarum ordini pro
„ poſſe inſiſtemus.

„4. Ordinatores itaque immemores do-
„ ctrinæ Domini, qui apud Matthæum ſta-
„ tuit, *Quicumque dixerit fratri ſuo Raccha, reus*
„ *erit judicio, & qui dixerit, Fatue, reus erit ge-*
henna

hennæ ignis: pro levi tamen Concilii admonitione ſupra modum excandeſcentes, non modo incerto convitio aliquo, aut fatuos modo Patres Piſanæ Synodi nuncupant, *ſed inſana Eccleſiæ membra*, *Acephalos*, *locuſtas*, *nomine tamen Cardinales*, *ſchiſmaticos*, *Judæos*, *filios tenebrarum*, *Synagogam ſathanæ*, *Eccleſiam malignantium*, *ſchiſmaticam*, *atque etiam conventiculum Dathan*, *& Abiron*, *Acatium & Dioſcorum*, & cætera id genus injuriarum, plenis titulis appellant; aliumque ex patribus *aurigam*, *& clavium moderatorem* per calumniam pungunt, & coram univerſa Eccleſia, quod ejus ſplendori & ſpiritualitati ſtudeant, criminantur. Et quamvis Chriſtus Dominus beatitudinem repromittat iis qui propter nomen ſuum ab hominibus maledicuntur, & perſecutionem patiuntur, unde & Apoſtoli *ibant gaudentes à conſpectu Concilii*, *quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*, & Petrus beatos appellat propter Dominum exprobratos, & in iis omnibus cum pſalmiſta poſſint dicere gaudentes, *quoniam præter te*, *Domine*, *ſuſtinuimus opprobrium*, *& exiſtimati ſumus*, *ſicut oves occiſionis*; & illi excuſationem & ultionem remittere, qui ait. *Mihi vindictam & ego retribuam*; Quia tamen hæc improperia plurimum improportionata ſunt Patrum meritis, qui ſummis laudibus, quod culturæ agri dominici omni conatu intendunt, eſſent extol-

„ extollendi, & non ſolum eos tangunt, ſed
„ ſubintelligendo plures alios comprehen-
„ dunt: attendenteſque Auguſtini dictum eſſe,
„ non licere ſilentium viris ſanctis dum repre-
„ henduntur, in iis à quibus vitam ſuam longe
„ abeſſe ſciunt, & dicere, ſufficit nobis recta
„ ante Deum conſcientia, ſi æſtimationem
„ hominum impudenter & crudeliter conte-
„ mnunt; *Conſcientia enim nobis neceſſaria eſt*,
Fama autem proximo, de qua ſapiens, *Cru-
delis eſt qui famam negligit*, & alibi, *fama bona
impinguat oſſa*: ideo attendentes dictum A-
„ poſtoli ad Coloſſenſes, Qui injuriam facit,
„ pati expectet; Verbum illud Senecæ ordi-
„ natoribus iis (quamvis inviti) rependunt, in-
„ certa convitia ab iis plurimum irrogari qui
„ iis abundent: Ariſtoteliſque ſermo fuit *qualis
„ unuſquiſque eſt, talia facit aut dicit*, nempe
„ quatuordecim illæ graves appellationes nul-
„ lo commercio Patres iſtos contingunt. Quid
„ enim cum membris inſanis Eccleſiæ qui ſola
„ cauſa ſanitatis & puritatis ſuæ tam ſtudioſe
„ & per tot pericula congregantur? Quid cum
„ acephalis? qui Chriſtum pientiſſime colunt,
„ quem juxta Apoſtolum, dedit Deus caput
„ ſuper omnem Eccleſiam, & vicarium ſuum
„ miniſteriale Eccleſiæ caput juſta obedientia
„ venerantur & honorant? Quid locuſtas?
„ magna apud Deum & Eccleſiam animalia
„ oculis plena, & Spiritum Dei habentia, niſi
„ quod humilitate cordis parva & modica man

cipia

Digitized by Google

cipia Deo, & vicario ſuo ad Eccleſiæ ſplen- “
dorem cum effectu ſe offerunt: quare ergo “
Cardinales maxime fructu, & principes “
reales Eccleſiæ illius gratia ad omnia expo- “
ſiti pericula, ſolide ſe oſtendunt? Quid cum “
ſchiſmate, iis qui Eccleſiæ veram unionem, “
& ipſius veneranda præcepta ſervant? & vota “
ac juramenta ſua Deo pro viribus reddunt? “
In quo Judæos referunt, qui Chriſti & ſpon- “
ſæ ſuæ honorem tam ſerioſe depoſcunt, tri- “
tumque ſacrorum Conciliorum, quod fides “
firmata & purgata eſt, tam aſſidue efflagi- “
tant. Anne Libri Conſtantienſis Synodi “
tanquam Judæorum explodendi ſunt, à qui- “
bus ſalus omnis Eccleſiæ maxime pendet? “
In quo filii tenebrarum, lucem Eccleſiæ “
requirentes? In quo Synagogam Sathanæ, “
vel Eccleſiam malignantium, aut ſchiſma- “
ticum conventiculum referunt? qui innova- “
tionem Sanctam Eccleſiæ, juxta irrefraga- “
bilem & infallibilem Synodorum veritatem “
curant? Caveant ne hæc aliorum obduratio, “
& vetuſtatis criminoſæ obſervatio & defen- “
ſio, potius Synagogam illam veterem re- “
ferat, quam Dominus & verbis & funiculis “
purgare conatus eſt. In quo Dathan & Aby- “
ron effigiantur patres? Numquid pontifica- “
tum petierunt, vel auferre cui Dominus “
dedit, moliti ſunt? Abſit, parent alii inſi- “
dias, præparent & menſas & monopolia, ut “
Pontificatu fruantur, Patres hi apud quos “

timor

„ timor Domini Sanctus permanet, & qui „ noverunt tales ingreſſus abſque reſigna- „ tione & reſtitutione deſperatum æternæ ſa- „ lutis ſtatum continere, obedientia contenti „ ſunt, non præſidatum ambiunt, iſtis potiſ- „ ſimum artibus aſſequendum: Dum corpus „ Eccleſiæ bene valeat ſimul cum capite ſuo „ (cui plurimum ſtudent) potius membra eſ- „ ſe volunt, quam caput infectum. Quid ſibi „ videtur hoc, ſub ſpecie timoris prius ſchiſma „ incipere, & ſub timore ne proripiatur pri- „ matus Eccleſiæ tyrannidem exercere, & „ malis illum artibus aucupari: Quid horum „ patrum humilitas & temperantia confine „ habet cum Acatio & Dioſcoro? qui violen- „ tia Concilia diripiebant, & ſuorum tem- „ porum patres ad ſubſcribendum Synodales „ Epiſtolas gladiis ſuper patrum Capita vibra- „ tis, compellebant. Jubeat hic Dominus „ quieſcere, nec enim ſine amaritudine hæc „ referri poſſunt. Filii ſunt patres hi S. R. E: „ & Sanctiſſimi D. N. quibus detrahere nullo „ modo cogitant, dum Eccleſia reformata in „ libero uno Generali Concilio, honoretur, „ & dum Sanctitas ſua filios recognoſcat. Sed „ quid aurigam & moderatorem conſultores „ hi patrem alium calumniantur? qui ætate & „ ſapientia minor eſt omnibus, & qui de ſe „ humilia ſemper concepit: & docendum ſe „ non ſequendum patribus aliis pro Dei cauſa „ ſemper exhibuit. Nec iſta tamen expro-

Digitized by Google

bratio aut æmulationis occaſio charitatem "
patrumDei honore fundatam quoquo modo "
turbatura eſt; Aurigam habent patres Chri- "
ſtum Dominum qui eorum eſt currus & au- "
riga, per quem currum ut ſplendorem Ec- "
cleſiæ comprehendant. Nec tamen qui "
plantat eſt aliquid, nec qui rigat, ſed qui "
incrementum dat Deus: qui plantat autem "
& qui rigat apud eos, unnm ſunt, quia in eis "
eſt cor unum, & anima una in domino, & "
juxta domini & aurigæ noſtri Jeſu Chriſti "
teſtamentum, Qui major eſt inter eos, tan- "
quam miniſtrator obedit, & qui primus eſt, "
tamquam ſervus abſque elatione obſequitur. "
Sed hæc gravia & ampulloſa verba epiſtola- "
rum conſultores ſatis damnant, & aperta "
luce oſtendunt, qua libertate Patres apud "
primam Sedem utantur. Si namque contra "
liberos, & abſentes, ac mediocri honore & "
favore exiſtimatos Cardinales, ſplendorem- "
que Eccleſiæ petentes, pro ſimplici admo- "
nitione tot convitia intorquentur; quid cum "
aliis non liberis & quodammodo aridis à "
Principum & populorum favore fieri exiſti- "
mandum eſt, ſi tantillum præſidi non con- "
veniant: Ceſſent ergo verba quæ odia ge- "
nerant & charitatem vulnerant. Illis tamen "
omnibus improperiis facile dimittimus, ſi "
in patientia noſtra & manſuetudine pacem "
reformationis Eccleſiæ nanciſcamur. Sed "
jam ad res tranſeamus: nec enim quum de "

„ rebus conſtat magnam vim in verbis facien-
„ dam eſſe docet Ambroſius. Res itaque pa-
„ tribus objectas ſuo ordine tranſigamus.
„ 5. Objiciunt ordinatores quadrupliciter.
„ Primo, quinque contra perſonas Patrum:
„ quod illicentiati receſſerunt, quod menda-
„ cio uſi, quod falſitate, quod uſurpatione
„ Pontificalis dignitatis. Secundo ad quatuor
„ fundamenta jurisdictionis Patrum reſpon-
„ dent; præceptum videlicet Eccleſiæ, &
„ juramentum & votum proprium dato impe-
„ dimento non obſtare: Negligentiam Pon-
„ tificis aut Cardinalium nullam eſſe, & mo-
„ ram purgari poſſe: in cauſa quoque propria
„ ad ſolum Romanum Pontificem indictio-
„ nem Concilii ſpectare: quod etiam ex Con-
„ ſtantienſi Concilio deducere nituntur. Ter-
„ tio, contra indictionem Piſanam triplicem
„ objiciunt defectum, juriſdictionis videlicet,
„ temporis, & loci. Ultimo, indictione Ro-
„ mana tria inducunt, ſcilicet Concilii neceſſi-
„ tatem propter multa, habilitatem loci Ro-
„ mani & ſecuritatem per ſalvos conductus.
„ Ad quatuordecim hæc appoſita multis ver-
„ bis in prima Epiſtola comprehenſa ſub cly-
„ peo veritatis conſtantis & humilis cum
„ omni charitate atque modeſtia reſpondent
„ Patres, immo & reſpondebit omnipotens,
„ cujus ſunt ſpiritu congregati. Et tu Domine,
„ vim patimur, reſponde pro nobis cauſam
„ ſponſæ tuæ juvare nitentibus.

6. Et

Digitized by Google

6. Et primum, juxta clariſſimorum ſapientum ſententiam confitebimur Apoſtolicam ſedem Romanam Eccleſiam, & Apoſtolicum primatum ex Chriſti & Petri ordinatione corpus unum myſticum eſſe & Politiam unicam ſupremam ſpiritualem conſtituere, cui ſicut primæ & omnium menſuræ, poteſtas omnis ſpiritualis & temporalis tenetur obtemperare. Eam tamen Dominus propter humanam fragilitatem ne labi contingat, quum in ſpiritualibus & æternis lapſus plurimum gravis ſit, & quum ex illa univerſa penderent, *mixtam & compoſitam eſſe voluit, ex Monarchia in Papa ad præcepta & exſequutionem; & Ariſtocratia, in optimatum principatu, in ſenatu Cardinalium pro Conſilio & providentia*, ut hæc mixtio in Romano primatu ſemper actu maneret, & altera poteſtas, alteram, ne labatur, juvaret, & pertinentia ad primatum (qualia ſunt majora & ardua Eccleſiæ negotia) altera minime explicaret: quod ſatis conſtare poteſt, ſi veteris & novi teſtamenti paginam, *& quæ de iis poteſtatibus ibi leguntur copulative* (prout decet) *& non disjunctive accipimus*, & lectione hiſtoriæ Damaſi & Concilio Stephani Papæ ac dictis Innocentii III. Ipſi quoque actus Apoſtolici iſtius gubernationis conceſſionem experimento actuali interpretantes, id ſatis inſinuant, in quibus *Petrum ſine Apoſtolis* aut eorum neceſſario conſilio, nullum arduum *in Eccleſia* nego-

" gotium legimus admiſiſſe, qui tamen à Deo
" fuit Dominici præcepti conſtans & diligens
" obſervator, ut ſi illum dominus ſolum & in
" ſolidum Eccleſiæ regimen tenere voluiſſet,
" non permiſiſſet Apoſtolos convocare Con-
" cilium, ſicut in ſecundo Hieroſolymitano
" Concilio, (& tunc non pro cauſa fidei, ſed
" pro adminiſtratione temporaliun) factum le-
" gimus : Et in tertio diffinitionem illam ma-
" gnam legalium, ex cujus tenore verborum
" forma diffinitionis aliis Conciliis præſcribi-
" tur Jacobo & aliis Apoſtolis non reliquiſſet.
" Sic ergo quæ meliora ſunt in utraque gu-
" bernatione : in myſtico Romanæ Eccleſiæ
" corpore & politia juncta inveniemus. *Mo-*
" *narchia enim ordine & executione excedit Ariſto-*
" *cratiam, & ab illa exceditur providentia & con-*
" *ſilio; plus enim vident plures oculi quam unus*, ut
" in politicis Ariſtoteles refert. Accepit ergo
" à Domino mixtus hic Romanus primatus
" quod in utraque ſimplici politia ſuperemi-
" net : *A Monarchia quidem ordinem, præceptio-*
" *nem & exequutionem unitam : Ab Ariſtocratia*
" *providentiam ſolidam & efficax conſilium.* Quæ
" mixta gubernatio, meliorum & ſecuriorum
" in fragilitate humana reddit primam illam
" ſpiritualem politiam, ut Monarchia illa ſo-
" lum imperet & exequatur, quæ ſuo & com-
" muni optimatum Conſilio in majoribus de-
" creta eſſent. Quod etiam ſpecialibus & pri-
vatis conſtitutionibus & juratis capitulis

ſem-

Digitized by Google

ſemper Pontifices cum Cardinalibus promittunt & vovent, maxime in vim iſtius primæ inſtitutionis Papatus & Cardinalatus. Hæc ergo Domina noſtra Sanctà Romana Eccleſia quando iis artibus quibus cæpit, progreſſum habuit, plurimum apud Deum & homines in religione, doctrina, veneratione, ac temporali Dominio crevit, nihilque ſibi plus nocuit, quam cum aliquando Monarchia Ariſtocratiam non audit. Hinc fere mala omnia quæ Eccleſiam contriſtant, provenerunt, quæ quamvis multa hodie ſint, ea tamen Patres Piſanæ Synodi minime intendunt revelare. Si qua vero contra forſan temperate referent, proteſtantur non ad aliquorum calumniam vel injuriam id ſe facturos, ſed ſolum jure moderatæ defenſionis ſuæ & intra tutelæ terminos coactos induxiſſe. Ex his ergo non eſt difficile videre quam aperte primæ illæ increpationes contra patrum perſonas irrogatæ excludantur.

7. Arguunt Ordinatores quod illicentiati à Romano Pontifice receſſerunt Patres. Nec attendunt admittaturne hodie eorum conſilium in arduis Eccleſiæ rebus ut neceſſarium, vel ut nec quidem voluntarium, ut plurimum ad facta & non ad agenda vocantur Patres, ubi ſi ſanum conſilium liberum & verum, procul à blanditiis) ut tenentur & voverunt Patres) profertur, in odia, comminationes, offenſiones, & mala omnia quo-

 tiſſime

„ tiſſime referunt) certo certius incidunt. Quæ „ eorum recta conſilia, & nullæ aliæ cauſæ „ (quum continuato obſequio & indefeſſo „ Romanam Eccleſiam, & illius Caput ſem- „ per venerati ſint) inſénſos eos Præſidi reddi- „ derunt: ut jam nedum liberi in ſententiis, ſed „ nec in vita quidem tuti ſatis eſſe poſſent. „ Conſulentes itaque animi libertati, & vitæ „ ſecuritati, ac ſpiritualitati Eccleſiæ, ſeceſ- „ ſerunt tantiſper à Curia, ſicut & David à „ Saule ſeceſſit, & Jacob à fratre Eſau, & inde „ à Labam ſocero fugit, quoad tuti forent, & „ libertatem ac ſpiritualitatem Eccleſiæ in „ una ſancta illius congregatione, juxta Ec- „ cleſiæ præcepta, & ſua vota ac juramenta „ vindicarent, & quod Dominus in Euange- „ lio præcepit, *Dic Eccleſiæ*, quantum cum Deo „ poſſent, efficaciter præſtarent. Quod plu- „ res Patres minori de cauſa aliis temporibus „ fecerunt, & qui illicentiati à Gregorio XII. „ olim ad Piſanum primum Concilium receſ- „ ſerunt Patres, plurimum ab omnibus com- „ mendati ſunt. Sed decuiſſet conſultores hoc „ conſulto tacuiſſe, quum Princeps cujus ſcri- „ bunt nomine, à tribus ſummis Pontificibus, „ quorum tempore Cardinalatus ejus claude- „ batur, & ab ultimo tandem per decem an- „ nos continuos illicentiatus aberraverit, ni- „ hil tamen inde contra ſe aut alios abſentes „ dominos actum fuiſſe gravius ſenſerunt qua- „ le contra innocentes in præſentia agitur.

tidiano & gravi experimento (quod dolen- "
Nec ipſi Patres Piſani, qui tunc Romæ erant, "
talia unquam contra eos qui hæc agunt, pro- "
baverunt, aut aſſenſerunt. Petierunt tamen "
Patres ex Florentia licentiam manendi extra "
curiam, pro ſui ſecuritate, & ſpiritualitate "
Eccleſiæ, cum omni moderatione & humi- "
litate, pro quibus in præſentia veniam de- "
precari, nihil eſſet aliud, quam vincula & "
carceres poſtulaſſe, manſeruntque & manent "
hactenus Patres in optima Sanctiſſimi D. N. "
obedientia. Niſi quod juxta Canonicas ſan- "
ctiones, quando Apoſtolicæ præceptiones pe- "
riculum notorium continent ſpiritualis vel "
corporalis vitæ, aut turbationis, vel decolora- "
tionis ſtatus univerſalis Eccleſiæ, audiri qui- "
dem poſſunt, admitti tamen vel impleri non "
debent, ſed ab eis licitum eſt provocare. "

8. Minus officit quod dicunt armatos re- "
ceſſiſſe, Nempe nec ita ſe habet, ut refe- "
runt, thoracem indutos abiiſſe, Bona venia "
cum habitu Cardinalium & armis Chriſtianæ "
militiæ, (quæ ſecundum Apoſtolum carna- "
lia non ſunt, ſed ſpiritualia) potentia tamen "
in Domino, contra munitiones omnes car- "
nales, palam & publice cum omni apparatu "
& reputatione bonorum Prælatorum pro- "
greſſi ſunt ex Florentia, & toto itinere ad "
Papiam: Ex Piſia tamen, uſque Lucam par- "
va & neceſſaria tantum manu militari comi- "
tante, defenſionis ſuæ tantum gratia (quæ "

" licitum facit armorum uſum) profecti ſunt.
" Intelligentes Concordienſem aut diſcor-
" dienſem Epiſcopum, & aliquos tales conſul-
" tores mari & terra multas gentes & inſidias
" ad intercipiendos Patres in via diſpoſuiſſe,
" quod in effectu ſatis conſtat, quæ tamen
" omnia Divina gratia evaſerunt.

" 9. Quod tertio de mendacio arguunt,
" Concordienſi videlicet Epiſcopo Florentiæ
" obtuliſſe patres reditum, & ex Papia etiam
" petiiſſe doloſe literis veniam: utrumque non
" ita ſe habet: Et quando bono dolo evitatur
" iniquitas, non multum inconvenit. Nam &
" David apud regem Geth ut viveret, ſe in-
" ſanum ſimulavit: Et patres, ut illius Con-
" cordienſis fugerent dolos, qui exploraturus
" eorum ſecreta venerat, non diffitentur ſe
" aliqua etiam diſſimulaſſe, prout dominus
" apud Lucam finxit ſe longius ire, Salomon
" quoque ad eruendam veritatem finxit ſe
" puerum filium meretricis medium velle
" ſcindere. Scripta vero ex Papia non de ve-
" nia, ſed de animi adverſantis mitigando fu-
" rore proceſſerunt, & ut interim neceſſaria
" conducerent indicendo Concilio.

" 10 * Quod quarto loco conſultores ma-
" jori verborum efficacia objiciunt de falſita-
" te, ex hoc ipſo refellitur; quandoquidem ad
" Concilii ſolidam indictionem pauciores ſuf-
fice-

* Duo Cardinales negabant ſe aſſenſum præbuiſſe cæteris, ut Concilium Piſanum ſuo nomine convocarent: qua de re, vide Guich. lib. 10.

ficerent Patres: treſque efficaciter illam explerent, cauſis tam urgentibus compulſi & uniti, de quibus in ſchedulis indictionis conſtat. Et plures qui in edicto aſſeruntur Patres, præſentes fuerunt, vel per inſtrumenta, aut per litteras, vel nuntios aſſenſerunt Concilio, & iis modis omnibus aſſenſus & mandata præſtari poſſe, juris indubitati eſt. Et ille unus Pater qui prætenditur publice coram Notario proteſtatus mandatum hujuſmodi non dediſſe, per teſtes tamen convincitur promiſſionem & aſſenſum nuntiis & literis præſtitiſſe Concilio, & omnibus viribus ſuis & impenſis illi opem laturum fuiſſe pollicitum, & quum tres Patres id referant, plus illis quam uni credi debet, & quum indictio & convocatio facta ſit *omni meliori modo quo fieri poteſt*, valet convocatio ex illorum perſonis qui convocare potuerunt. De commiſſariis Principum & eorum veriſſimis mandatis per Inſtrumenta Notariorum & litteras ratificatorias ſatis eorum acta loquuntur. Ceſſent ergo ordinatores falſo inniti, quod tantopere aliis exprobrant.

11. Quod quinto increpant, uſurpaſſe Patres dignitatem Pontificiam, ridiculum omnino eſt, nec ſatis fuit æquum conſultoribus, ita aſſentari Romano Pontifici, ut quacumque & omnimodam generalis Concilii congregationem ſua auctoritate indigere perſuaſerint: Nempe ſi tempora na-

„ ſcentis Eccleſiæ perſpexerimus, Apoſtoli;
„ qui & Cardinales, Concilia generalia ſæpius
„ indixerunt, ut apertum eſt videre per o-
„ mnem Apoſtolicorum actuum hiſtoriam:
„ inde annales Eccleſiæ & imperii legentibus
„ perſpicuum eſt, Imperatores generales ſy-
„ nodos nonnunquam convocaſſe, quod mul-
„ tis in locis Decretorum ſatis liquet. Poſt-
„ modum vero, aucta & honorata Eccleſia,
„ ſummi Pontifices regulam ſtatuerunt & qui-
„ dem juſtiſſimam, ne ſine Apoſtolicæ ſedis
„ conſenſu generalia Concilia edicerentur.
„ Caput enim pro univerſo corpore loqui ſo-
„ let. Quod diſtinctio 17. decretorum, quaſi
„ per totum, regulariter explicat, quumque
„ Conciliares cauſæ ut plurimum ſpirituales
„ & ſponſi Eccleſiæ, à ſpirituali primo capite
„ vocari Synodum decet. Ea tamen regula
„ exceptiones habet tam fere communes,
„ quam ſit ipſa regula, antiquas ſcilicet & mo-
„ dernas. Antiqua ſiquidem una eſt, in caſu
„ quo exiſtente Eccleſiæ neceſſitate vel præ-
„ cepto, aut juramento Pontificis de concilio
„ congregando præcedente, ipſe tamen con-
„ vocare contemnit, *In quo* (ut ſapientes re-
„ ferunt) *indicendi jus primo ad collegium Cardi-*
„ *nalium defertur: & ſi qui erunt negligentes tan-*
„ *quam ad ſaniorem partem, eſto minorem, & illis*
„ *omnibus negligentibus, ad Imperatorem devol-*
„ *vitur*. Secunda etiam antiqua exceptio re-
„ gulæ fuit, Niſi de Pontificis hæreſi, eſto
ſe-

Digitized by Google

ſecreta, vel hæreſis ſuſpicione agendum ſit. Quo caſu Synodum convocari probe abſque ejus autoritate à Cardinalibus vel eis non curantibus, ab aliis Eccleſiæ Prælatis, aut ab Imperatore, vel Principibus, & etiam tunc ad Pontificis electionem, indubitati juris eſt. Tertia etiam antiqua exceptio, Niſi de caſu Papæ in crimine gravi, notorio, incorrigibili, & ſcandalizante ageretur: tunc etiam ſapientum judicio abſque eo poſſet Synodus convocari, quum veriſimile ſit reum tergiverſaturum eſſe judicium. In eo tamen caſu an convocata ſynodus Pontificem poſſit ejicere, vel tantum corrigere, & commonere, arctioribuſque ſtatutis etiam juratis aſtringere, ſapientes varii ſunt. Signanter ſi dicta incorrigibilitas ex habitu tantum vel duratione ſit. Nempe ſi cum defenſione criminis foret perinde ac hæreſis haberetur. Magna tamen Conſtantienſis Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, modernis temporibus dubitationes omnes antiquorum, & opiniones varias excludendo, & diffiniendo, addidit in tribus caſibus, hæreſis videlicet, aut ſchiſmatis, vel notorii ſcandalizantis incorrigibilis criminis, convocatam Synodum ejectionem Pontificum facere poſſe. Quod & ipſa factis comprobavit Joannem enim XXIII propter crimina notoria, ſcandalizantia, ac Benedictum XIII propter ſchiſma, abſque ullo genere hære-

„ hæreſis propriæ depoſuit, & ſuperioritatem
„ Concilii in tribus cauſis, fidei, ſchiſmatis,
„ & univerſalis reformationis, ſuper omnia
„ membra Eccleſiæ, etiam ſupra Pontificem,
„ longa & matura primum habita diſceptatione, in duabus ſeſſionibus diffinivit. Quare omnis alia diſputatio, niſi in alia ſynodo diffinitio hæc corrigatur, ſubticenda eſt.
„ Et Synodus illa generalis & magna ſemper
„ fuit habita, auctoritate videlicet Pontificis
„ in rei veritate indubitati congregata: Duo
„ enim alii contendentes de Pontificatu per
„ Synodum Piſanam præcedentem jure exauctorati fuerant, & omnis alia obedientia exinde minime legalis erat, auctoritate quoque collegii & Imperatoris, immo & ipſius
„ Papæ ac omnium fere Cardinalium, & multorum Prælatorum præſentia, cum ſumma
„ auctoritate magnificentiſſime incepta fuit,
„ ac deinde ante illius concluſionem, omnis
„ alia quæcunque obedientia, utcunque de
„ Papatu contendentium, & Pontifex ipſe
„ Martinus V. unicus aliis rejectis electus, Synodum ipſam Conſtantienſem & ejus decreta approbaverunt, & admiſerunt, & tanquam Sanctiſſimam & Eccleſiæ ſumme neceſſariam, utpote quæ tam perniciofum
„ ſchiſma excluſit, & futura extirpare docuit,
„ venerati ſunt. Attendant nunc conſultores
„ ſi Patres uſurparunt juriſdictionem alienam:
„ Nemo namque invadit vel præſumit, quod
in

in caſu jure ſibi licet : quomodo autem licuerit, vel intelligentibus ex litteris & ſchedulis indictionis ſatis conſtabit, vel ſuo tempore (ſi pax non dabitur) magis innoteſcet.

12. Secundo loco reſpondent ordinatores ad fundamenta quatuor juriſdictionis Patrum, præceptum videlicet, votum, juramentum, ſcandalum, quæ ſimul cum negligentia Papæ & Cardinalium in quolibet iſtorum conſtituunt Patres idoneos Concilii indictores: ac ſi quadrato agmine arguerent Patres, præceptum eſt, votum eſt, juramentum eſt indicendi Concilii, & tempus effluxum eſt; ſcandalum quoque proprium Papæ eſt, quod ſolo Concilio ſedari poteſt & debet : In omnibus tamen iis negligens quoque altera pars collegii : Ergo iſta portio Patrum libera & diligens, eſt apta indictioni Concilii.

13. Ubi dicunt primo ordinatores præceptum illud Univerſalis Eccleſiæ in 39. Seſſione Conſtantienſis Concilii, in Decreto quod incipit, *frequens*, de Conciliis generalibus ſingulis decenniis celebrandis ſolenniſſime edictum, ab octoginta fere annis ſervatum non fuiſſe, & ſi fuiſſet, ex cauſa bellorum licere Papæ illud tranſgredi, ſicut & fecit Eugenius IV, quinimo dicunt, ſtante quolibet legitimo impedimento locum non habere, Reſponſio in magno periculo conſtitueret Pontificem ſimul & Eccleſiam.

Dei

„ Dei. Attendant ergo ordinatores decretum
„ hoc ſtatum Univerſalis Eccleſiæ reſpicere,
„ & ſine Concilio ad libitum unius hominis
„ mutari non poſſe; quinimo expreſſe tenor
„ ipſius decreti hoc Papæ inhibet, & Baſileæ
„ (etiam cum illis Eugenius adhæret,) diffi-
„ nierunt decretum hoc ad fidem pertinere.
„ Non ergo quolibet impedimento (non vo-
„ luntario ad minus) decretum tam neceſſa-
„ rium rejiciendum & ſuſpendendum eſt. Qui
„ tamen Martinus V. & Eugenius IV, ſolen-
„ niter ſatisfecerunt in Conciliis Senenſi &
„ Baſileenſi, niſi quod poſtea ſuper loco con-
„ ventionis Orientalis Eccleſiæ defferentia
„ aliqua interceſſit inter patres Baſileæ & Eu-
„ genium, in qua tamen Eugenius offerebat
„ acceptare pro novo loco Concilii, quem-
„ cunque locum Baſileenſes in Italia delegiſ-
„ ſent, & in eo omnem juriſdictionem & liber-
„ tatem illis permittebat. Sola tamen hæc
„ tranſlatio Concilii Baſileenſis ad Ferrariam
„ & inde Florentiam ſine conſenſu Synodi
„ conſtituit Eugenium in maximo periculo,
„ Niſi quod nonnulla, quæ nunc ſubticentur
„ Baſileenſes diviſione conſtituerunt: & ali-
„ quorum membrorum Concilii deceſſus, &
„ receſſus, rem Synodi maxime attrivit. Un-
„ de Eugenius ſimul cum ſancto ingreſſu ſuo,
„ & vitæ perſpicua probitate, profuſaque li-
„ beralitate, periculum illius animoſæ tran-
„ ſlationis evaſit: non fuit tamen Decretum
illud

Digitized by Google

illud Conſtantienſe per aliquam Synodum aut aliquem Ponficem ſublatum aut moderatum; quinimo nec potuit nec debuit moderari, niſi in ſimili generali Concilio: & tranſgreſſiones illæ quæ referuntur prædeceſſorum Pontificum, qui Concilia deinde tanto tempore non ſervarunt, potius damnari oporteret, quam pro clypeo defenſionis inducere, & hujuſmodi excuſationem peccatorum acceptare. Scriptum eſt enim, *Non adjicias peccatum ſupra peccatum*. Et alibi, *Non minus ardebunt qui cum multis ardebunt*. Et Gregorius dixit, *Tanto ſunt graviora peccata quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam*. Tempus vero quod interpellat pro homine, jam diu conſtituit in mora Pontificis. Deinde non conſtat quibus legitimis impedimentis tam ſalubre opus ſub hoc Pontificatu fuerit impeditum. Nam bella quæ in principio inter duos magnos Reges in Italia vigebant, Dei virtute brevi ſopita ſunt, & quaſi pax Octaviana, illis pacatis, orbi eſt reddita. Cur ergo tunc præceptum Eccleſiæ non eſt admiſſum? Quare votum & juramentum non perſolutum? Si vero deinde bella in Italia ſurrexerunt, voluntaria potius fuerunt, poterantque juſtius ſuſpendi, quam Eccleſiæ univerſalis congregatio, in qua bellis ſedandis & confirmandæ paci Chriſtianæ, belloque contra crucis inimicos diſponendo, ac reformationi Eccleſiæ ipſiuſque

„ que recuperandis juribus, tutius & ſecurius „ fuiſſet conſultum. Omnia namque prius „ conſilio quam armis experiri ſapientem de- „ cere, Comicus ille dicebat. Sed quomodo „ ordinatores vocis propriæ non meminerint „ in hac excuſatione Concilii, non ſatis vide- „ mus. Contradicunt enim ſibi ipſis, & voces „ proprias ignorant, excuſantes enim Conci- „ lium, à bellis argumentantur. Deinde Ro- „ manum ſuum Concilium inſtituentes, ad „ ſedanda bella præcipue ratiocinantur, eam- „ que magnam cauſam fore ordinandæ unius „ pacificæ Synodi omnes admittunt, nullaque „ re magis poſſe religionem Chriſti pacari, & „ contra infideles armari, quam una Sancta „ Univerſali congregatione Chriſtianorum, „ communis eſt omnium animorum conce- „ ptus, ubi Spiritus Sanctus qui auctor eſt „ unionis & charitatis & Univerſa Concilia di- „ rigit, ita Chriſtianos invicem in vera con- „ cordia & confœderatione conjunget, ut „ ovile illud unum & plenum, quod Chriſtus „ in Euangelio conſtituere pollicetur, & An- „ gelus in Apocalypſi futurum Joanni revela- „ vit, pro cujus revelationis gratitudine Joan- „ nes ipſe ad pedes Angeli corruit, brevi colli- „ gendum ſub unius Sanctæ Synodi directio- „ ne, & divino favore ſperemus.

„ 14. Quod vero de voto & juramento con- „ ſultores referunt, pari bellorum impedi- „ mento ad illa ſervanda Pontificem non tene-

ri, tam levis evaſio eſt, ut non divinis modo vinculis, qualia illa magna ſunt, ita ut majora eſſe non poſſent, reſponſio ſufficiens & accommodata non videatur: ſed nec ſimplici verborum obligationi, aut levibus aranearum telis aſtrictis hominibus excuſabilis minime valida cenſeri poſſit. Quis nempe voluntariis bellis, eſto forſan juſtis, tam ſolemnia vincula voti, & juramenti in melioribus actionibus diſrumperet? Docuit namque Paulus, non eſſe facienda mala ut inde veniant bona: & Salomon in proverbiis, ruinam magnam hominum aſſeverat, per Deum vovere, & inde vota detrectare. Reverentia namque Deo, & fides hominibus hinc apertiſſime violatur & frangitur. Quæ tamen Propheta regius minime frangere deſiderans dicebat, *Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea, & quæ locutum eſt os meum in tribulatione mea*, & cæteros admonens, ait, *Vovete & reddite Domino Deo veſtro.* Quumque Deus magnus omnipotens, voto ſuo & juramento indiſſolubiliter aſtringi ſe aſſerat ut in voto & juramento Domini ad Abraham, Iſaac, & Jacob, de multiplicando ſemine ſuo ſicut arenas maris, & ſtellas cœli, & benedictione gentium in eo ſcriptura ſacra ſæpius meminit: Pontificem ergo ſummum ejus vicarium, voto ſuo & juramento præ aliis ſtrictiſſime teneri, dum materia voti & juramenti de genere bono-

„ rum ſit, indubitatum eſſe debet. Signanter „ cum ipſe ſit à Deo immediatus, magiſterque „ fidei, & veritatis doctor, divinæ reveren- „ tiæ & fidei hominum ſervandæ ſuper omnes „ aſtringitur. Quare, vota ſua aut juramenta, „ niſi maxime in noxam vergant, ſolvere aut „ commutare nec debet, nec poteſt, aut aliis „ ut id ſecum faciant, committere. Etſi juxta „ Salomonem nulla digna eſt comparatio con- „ tinentis animæ, & inde votum religionis, „ cui ſtudium continentiæ annectitur, com- „ mutare minime poſſe ſapientes nonnulli vo- „ luerunt. Quæ comparatio eſſe poteſt con- „ tinentis & reformatæ Eccleſiæ, quum com- „ muniora & publica meliora & diviniora ſint, „ ſecundum Philoſophos? In congregatione „ autem Univerſalis Eccleſiæ potiſſimum huic „ continentiæ & reformationi Eccleſiæ in fi- „ de, unione, & moribus attenditur. Quis „ ergo tam modico obſtaculo tam magnum „ bonum irritabit? Meminiſſe debuiſſent or- „ dinatores Jephtæ illius intentiſſimi ac for- „ tiſſimi judicis Iſraël, quem Paulum inter ſan- „ ctos annumerat, qui ne votum, quod Deo „ voverat, violaret, unicæ etiam filiæ ſaluti, „ non pepercit. Et non tam levi impedimen- „ to, quod quam facile excludi potuit, tam „ magnum bonum blandientes & fallentes „ excuſarent, præcipue ſi tenorem voti & ju- „ ramenti conſiderare vellent, quod tam ſo- „ lemne & publicum, Deo, virginibus Apo- ſto-

ſtolorum, & omnibus ſanctis ac hominibus "
factum legitur, etiam per viam contractus, "
ut timere legentes debeant, quanto plus "
frangentes? * ſignanter attenta execratione "
pœnarum etiam temporalium, quibus ſe "
voventes & jurantes obligant, ut Pontifex "
ſi quæ vovet & jurat non reddiderit, tan- "
quam ſcandalizator & perturbator Eccleſiæ "
& totius Chriſtianitatis habeatur: quæ vero "
pœna publicè Eccleſiam ſcandalizantibus "
debeatur, Dominus apud Matthæum, de "
ejectione & appenſione molæ aſinariæ & "
maris demerſione, apertiſſime docuit. Car- "
dinalibus quoque in eventum non redditio- "
nis voti & juramenti Pontifex facultatem "
concedit Generale Concilium convocandi: "
Cujus ſententiæ & determinationi ſe ſponte "
ſubmiſit, & ultra hoc Cardinales voverunt "
& juraverunt huic promiſſioni nullo un- "
quam tempore contravenire; quinimo ſi "
Pontifici contravenienti aſſenſerunt, fru- "
ctibus capelli, & beneficiorum ſuorum, alia "
ſententia non expectata, privati cenſean- "
tur. Viderint ordinatores ſi tam triplicatus "
nodus tam brevi ſua ſolutione rumpatur. At- "
tendant quoque, ubi Concilio impedimen- "
tum opponi debeat, privata lege contractu "
& juramento Pontificem promiſiſſe nullum "
unquam niſi evidentiſſimum allegare, & "
quod tale judicatum ſit ad minus à duabus "
 par- "

* Hæc vota & juramenta extant inter acta Piſani Conc.

„ partibus Dominorum Cardinalium per ſuf-
„ fragia balotarum. Viderint ſi tale fuerit
„ quod inducitur, & ſi hujuſmodi diligentia
„ judicii præceſſerit. Addunt quoque ipſi con-
„ ſultores votum & juramentum in ſolo con-
„ ſcientiæ foro verſari, immemores Apoſto-
„ licæ doctrinæ, quæ finem contentionis ho-
„ minum & cauſarum juramentum eſſe conſti-
„ tuit, quo voto ſolemni & juramento Patres
„ etiam contentioſe potuerunt Pontificem de
„ Concilio admovere. Hæc autem diximus,
„ quia ordinatores forum conſcientiæ non vi-
„ dentur exiſtimaſſe, quod tamen Pontifex à
„ Deo immediatus, pluſquam hominum con-
„ tentiones vereri tenetur.

„ 15. Inſuper legalius adjungunt ordina-
„ tores, ex æquitate Canonica non poſſe Pon-
„ tifici denegari purgationem moræ, ſi Con-
„ cilium diſtulit convocare. Utinam hac una
„ ſola probabiliori excuſatione ſine tot inju-
„ riis & contumeliis, abſque tam gravibus
„ cenſuris, quæ tamen debuerant eſſe mitio-
„ res & Medicinæ non tam ultimæ extermi-
„ nationes Conſultores iſti uſque à tot ſcriptis
„ liberaſſent, & cum eis jocundius egiſſent
„ Patres. Sed nec iſta excuſatio ſolida ſatis eſt:
„ Nempe fundamentum purgationis moræ,
„ ſola æquitas eſt, atque adeo ut niſi bonum
„ vel æquum ſuadeat, purgationem lex non
„ admittat, præcedenteque tam diutina no-
„ toriaque ſummi Pontificis & Reverendiſſi-

mo-

Digitized by Google

morum Dominorum Cardinalium illi adhærentium negligentia Concilii congregandi, jus ad illos qui Piſanum Concilium indixerunt, ipſo facto juris miniſterio devolutum eſt. Ergo cui bonum æquum ne videri poſſit in eorum quibus quæſitum ſit jus præjudicium, purgationemque moræ admittere. Stat enim vulgaris juris regula *citra alterius præjudicium legalia beneficia interpretanda eſſe.* Nec eſt in purgationis moræ materia, quicquam apud omnes recte ſentientes antiquius, verius, aut frequentius, quam jure ad alios devoluto, ſeram eſſe moræ purgationem. Exiſtimaverunt enim Juris prudentes, ubi jus alteri quæſitum ſit, radicibus quaſi in alieno adactis, non facile poſſe convelli. Quod tum maxime abſque ulla hæſitatione procedit, ubi res integra non ſit: quemadmodum in caſu noſtro procul dubio non eſt; poſtquam jure in ſe tranſlato utentes Patres Piſanæ Synodi, Concilio indicendo præoccupaverunt, & prævenerunt. Præterea, qui morem purgare volunt, ita agere debent, ne quid contra id quod offerunt jure objici poſſit. Indictio vero Romani Concilii notorio loci vitio laborat. Romæ enim ut latius ſuo loco proſequemur, nec nos, nec innumerabiles alii tutum eſſe locum conſulendi, ſtatuendique vera, & neceſſaria pro Eccleſia, hodie arbitramur. Itaque, liquido conſtat purgationis argumentum nullo

Digitized by Google

„ lo jure ſubſiſtere: Et rurſum, Si de cauſa ca-
„ pitis eſſet in ſynodo agendum, quum alieni
„ juris ſit talis indictio, non conveniet capiti
„ moram purgare: Ad excuſandam vero Sum-
„ mi Pontificis negligentiam, magno verbo-
„ rum apparatu, magniſque eloquentiæ viri-
„ bus à conſultoribus elaboratum cernimus.
„ Quo fit ut quæ proponuntur, quamquam
„ pulchra, commentitia tamen & ficta ſatis
„ appareant. Intelleximus nempe Summum
„ Pontificem, dum Cardinalatus officio fun-
„ geretur, ſæpius Alpes tranſiſſe, & maria
„ trajeciſſe, novum tamen atque inauditum
„ patribus eſt, quod Generalis Concilii indi-
„ ctionem perquiſierit aut tractaverit. Et quod
„ Pontifex creatus oratoribus obedientiæ ſuæ
„ certum aliquid de tenendo Concilio pro-
„ poſuerit, aut intimaverit. * Paterque ille,
„ cui legationem Germanicam ſponte obla-
„ tam nunc immerito exprobrat, quam tamen
„ ad Gloriam ſuæ Sanctitatis nullo ſuo com-
„ modo, ſed laboribus & impenſis innumeris
„ adminiſtravit, de pace quidem Chriſtiana,
„ & infidelium bello, commiſſiones pulchras
„ accepiſſe ſe aſſerit. De congregando tamen
„ Concilio, nec verbum quidem, imo tunc
„ aliquando & alias ſæpius, ab ipſo moderate
„ propoſitum rejici animadvertit.
„ 16. Sed quorſum tam longam de Concilii
„ deſiderio conſultores texerunt Hiſtoriam?
ſi

* Cardinal. Sanctæ Crucis deſignat.

Digitized by Google

ſi tam ardebat, cur deſiderio rebus ipſis Pontifex pacificus ſatisfacere neglexit? Conſultores ſciunt nihil eſſe antiquius, quam propoſitum mente retentum nihil operari, nec apud Deum & homines præſtare, ubi quum adeſt exequutionis occaſio, non exercetur. Nam quoad bella, ſatis ſuperque eſt dictum: Nova autem Romani Concilii indictio, propoſitum celebrandæ ſynodi vere non explicat, nam niſi Piſana provocatio præceſſiſſet, non creditur fuiſſe illa Romana attentata, nec tam ut illa teneatur, quam ut alia frangatur (quod avertat Dominus) cogitata ſuſpicatur. Sed negligentia Pontificis oſtenſa, illa dominorum Cardinalium adhærentium nota eſſe debet, quum de adhærentibus ſapientes idem judicium fecerint. Ipſi quoque non ignari præcepti & neceſſitatis notoriæ, votique & juramenti ſui, tamen tam longo tempore officii ſui immemores, ad quid moveri iterum debuiſſent? Sciebant patres quocunque verteret Pontifex, illi adhæſuros, & par periculum admonitionis eorum in præſentia, ac Pontificis fuiſſe. Jam vero Pontifice & illis per litteras edicti patrum admonitis, Concilium Generale & liberum (ad quod tenentur, & quale Univerſalis Eccleſiæ eſſe debet) videntur refugere, domumque ſuam vallatam auribus & exercitibus, & non aliam pro loco Concilii vel aſyli deligere.

„ 17. Quod vero de negligentia noſtra in pro-
„ ponendo Concilio, quum apud Romanum
„ Pontificem eſſemus nobis retruditur, admit-
„ timus: quum aperte libertate careremus non
„ auſos tunc Pontificem irritare, atque hoc
„ verius negligentiam excuſat. Liberi tamen
„ & abſentes, ſtatim cogitavimus præcepto
„ Eccleſiæ, voto, & juramento noſtris face-
„ re ſatis. Et ſi hæc occaſio liberius & ſecurius
„ loquendi in præſentia Romani Pontificis
„ (quam nos jam abſentia noſtra damus Do-
„ minis Reverendiſſimis Cardinalibus nunc in
„ Curia degentibus) nobis per alios dominos
„ (quum eramus de corpore Curiæ) fuiſſet ex-
„ hibita, cum effectu omni conatu curaviſ-
„ ſemus Piſis, aut alio loco tuto, Concilium
„ Generale indi & teneri, & contra Patres
„ hæc admonentes non ita inſurgere, nec eo-
„ rum litteras mordere, & laniare, Petrum
„ imitati, qui literas Pauli, quibus eum gra-
„ vius de Concilio arguebat, ſuis Canonicis
„ Epiſtolis non reprehendiſſe, ſed confirmaſſe,
„ atque commendaſſe cognoſcimus.

“ 18. Addunt quoque litterarum ordinato-
„ res, etiam in cauſa propria ad Rom. Ponti-
„ ficem indictionem Concilii ſpectare. Qui-
„ bus uno verbo (ut prædiximus) reſpondebi-
„ mus, eo videlicet nimium ſummo Pontifici
„ blanditos: Nunquam enim ſi vera hæc eſſet
„ ſententia, contra Pontifices Concilia para-
„ rentur, quandoquidem juris præſumptio-

ne

ne *cujuſlibet contra ſe auctoritas fruſtra expecta-* “
tur, nulluſque bene ſentiens *ab hac ſententia* “
creditur receſſiſſe : nec ad rem pertinet, “
quod de Johanne XXIII. ad nos uti Judæos “
convincendos ex propria (ut dicunt) ſcri- “
ptura non abſque calumnia objicitur. Nam ſi “
recte Conſtantienſis Concilii acta conſide- “
ramus, eiſque non ut *Judæi falſam & perver-* “
ſam, ſed veram & congruam, ut *veri Chri-* “
ſtiani & ſpirituales viri interpretationem ac- “
commodemus, nuſquam compertum erit “
ad cauſam adverſus ſe tractandam Joannem “
XXIII. Concilium Conſtantiæ indixiſſe, “
ſed ad reformationem & pacem Eccleſiæ, “
quæ in Piſano Concilio Alexander V. infe- “
cta reliquerat inſtituiſſe, prout ex bulla “
convocationis Concilii Conſtantienſis data “
Laudæ anno quinto pontificatus Joannis, “
ſatis conſtat. Congregata vero Synodo pro “
ea cauſa ad cujus congregationem auctori- “
tatem Pontificiam regulariter, vel aliorum “
in caſibus ſupra poſitis neceſſariam eſſe con- “
fitemur. Poſtmodum, ipſa Synodus con- “
gregata, per ſeipſam à Domino auctorita- “
tem habet in Eccleſia plenariam, in tribus “
quidem cauſis, quibus diffinitur ſuperior “
Pontifice pleniſſime diſponendi, & deter- “
minandi; ordinarie etiam ſine Pontifice; “
In aliis vero cauſis Pontificiis, non niſi cum “
Pontifice aut ſuis legatis: neceſſitate tamen “
cogente, vel Sede vacante, etiam ſine eis “

XXIII. de induſtria adverſus ſe Concilium “
indixit; Ergo ad cauſam contra Pontifi- “
cem requiritur Pontificis auctoritas. Argu- “
mentatio non procedit, vitio Fallaciæ ac- “
cidentis. Poteſt enim major annis auctore “
Prætore prædium vendere, verumque erit “
Prætores auctoritatem tunc interveniſſe, “
nec tamen verum erit Prætoris auctoritatem “
neceſſariam eſſe, quum ſine Prætore major “
vendere potuiſſet.“

19. Abſolvimus ſecundæ petitionis ſin- “
gulas oppoſitiones tertiam objectivam por- “
tionem, contra Piſanam indictionem attin- “
gere res admonet, quum prior loci hujuſ- “
modi objectio abunde ſupra eavacuata ſit “
(oſtendimus enim clariſſime, jus indicendi “
Concilii apud Patres fuiſſe) reliquum eſt ut “
cætera ſubjiciamus. Invehunt conſultores, “
contra temporis brevitatem exquiſita qua- “
dam diligentia dies computantes, magno- “
que verborum faſtu vehementique apparatu “
exclamant, poteruntne venturi neceſſaria “
exquiſiſſe? Poteruntne Principes accedere, “
volentes ſtatus ſui ſecuritati conſuluiſſe? “
Ponteruntne & reliqua? Sed non tanta cum “
fiducia prorupiſſent, ſi ſemotis, quibus “
vera judicia corrumpuntur, animorum paſ- “
ſionibus, rerum veritati potius quam aſſen- “
tationibus & blandimentis ſtuduiſſent. “
Nam præter id quod à jure nullus certus “
terminus hujuſmodi indictionibus præfixus “
eſt,

„ eſt, atque ideo pro rerum, locorum, &
„ temporum contingentia arbitrarius relin-
„ quitur. Cui dubium etiamſi determinatum
„ tempus præſtitutum eſſet, ex cauſa tamen
„ reſtringi poſſe: quod omni jure evidens eſ-
„ ſet, ſi & ipſi conſultores id probant. Nam
„ quum annum dicant aſſuetum eſſe termi-
„ num ad tantam rem incipiendam, illud
„ tamen ne cuiquam (ut dicunt) calumniandi
„ cauſa daretur, ad novem menſes reſtrin-
„ gunt. Hic attendant conſultores ſi licuit
„ propter verborum calumnias, quam dicunt
„ antiquiſſimum & uſitatum terminum, ar-
„ ctare; cur propter realia & actualia magna
„ Eccleſiæ ſcandala præſentia, & quæ time-
„ bantur brevi, futura, quibuſque aliter
„ quam per Concilium occurri non poterat,
„ terminus non eſſet abbreviandus; quæ au-
„ tem hæc ſint quamvis ſatis non orbi Patres
„ crediderint, ea tamen nondum illorum
„ mentis eſt in ſpecie revelare, ſi quo modo
„ pax Eccleſiæ cum ejus reformatione, vel
„ cum hac manſuetudine haberi poſſit. Nem-
„ pe quando Concilia in pace non exiſtenti-
„ bus actu ſcandalis ad futuras reformationes
„ congregabantur: quando etiam Eccleſia
„ Orientalis conveniebat, unius anni termi-
„ nus congregandi Concilii præſcribebatur:
„ ſed nunc quum ſcandalis præſentibus citiſ-
„ ſime providendum ſit, congregari illa cele-
„ rius oportet. Signanter quum ſolus ille La-

tinorum Europæ angulus excitari debeat, “
vocandique omnes, duorum menſium ſpa- “
tio convenire Piſas poſſint, ſi ad extinguen- “
dum incendium Eccleſiæ, & rem Dei dili- “
genter curandam animentur. Quodque ſu- “
periores patres noſtri uno pene anno notum “
facere orbi Chriſtiano non poterant, nunc “
tabellariorum celeritate, & impreſſorum “
ſumma diligentia, litteris & ſchedulis im- “
primendis, uno fere menſe tantumdem “
confici poteſt: Et boni ac prudentis medici “
officium eſſe debet, ubi morbus invaleſcit, “
nulla temporis habita ratione præſto occur- “
rere, nedum temporum ſuperſtitionem “
ſequimur, ante tempus, infœlix æger op- “
primatur. Et quamvis brevior terminus ad “
excitandam diligentiam edicto Patrum “
præfixus ſit, mentis tamen ſuæ ſuperfuit, ne “
quid præcipitanter ageretur, ſed in omni- “
bus, quorum dilatio evidenter periculoſa “
non ſit, mature procedere, omneſque ne- “
ceſſarios etiam diutiſſime expectare, quo- “
rum auxilio & conſilio tam ſanctum opus “
juvari poſſe cenſerent. Nec enim ſuæ pru- “
dentiæ juxta ſapientis verbum, inniti vo- “
luerunt Patres; ſed in Domino (à quo omnis “
ſapientia eſt) primum confidunt, mox in “
Conſiliis bene in cauſa Dei ſentientium, non “
leve præſidium reponunt. “

20. Loci vero objectio fragilis eſt, & pau- “
cis verbis refellenda. Piſana civitas Generale “
alias “

Digitized by Google

alias Concilium recepit, à novem Cardinalibus indictum tempore Gregorii XII. Pontificis alias religioſiſſimi & prudentiſſimi, niſi quod Cardinales illi, quod Pontifex capitula conclavis jurata ſervare renuit, ab eo diſceſſerunt, & Piſis Conſilium indixerunt: quo (tanta eſt vis veritatis) concurſus incredibilis Chriſtianorum omnium brevi coivit, ut celeriter collecta Synodus magno hominum numero, ſignanter ſapientum, multas alias diverſis temporibus à Pontificibus congregatas ſuperaverit. Nam, ut illius geſtis habetur, XXIII Cardinales: tres Patriarchæ principales: oratores Principum orbis in magno numero & inſigni apparatu Piſis convenerunt: Archiepiſcopi etiam X. Epiſcopi LXXI. Electi VI. Abbates LXXV, aliorum Epiſcoporum Procuratores LXXVI Abbatum LV: Oratores ſolemnes univerſitatum XII ſtudiorum generalium: Magiſter generalis hoſpitalis Hieroſolymitani, Rhodienſis Priores generales IV, ordinum mendicantium: Procuratores civitatum & capitulorum Eccleſiarum Cathedralium LXX. Magiſtri in Theologia ſupra centum: Doctores juris fere CCCC. Qui omnes diligenter rem Dei tractantes, exauctoratis duobus de Papatu contendentibus Alexandrum V doctiſſimum & prudentiſſimum Pontificem eligentes, multa bona in Eccleſia Dei con-

onſtituerunt glorioſæ illi magnæ Synodo ;onſtantienſi, in qua finem ultimum exe- uutionis accepit omnis iniqua de Pontifi- atu tam diuturna contentio. Synodus ergo am ſolemnis Piſis habita, admonet ſi & lterius capax civitas illa erit: Civitas eſt ad oc ſua natura non parum accammoda cœli emperie, & agri fertilitate, & ædificio- um frequentia & magnitudine, mari ex- oſita, Arno inſignis navigabili, & piſcoſo, ıterfluenti: civitatibus & oppidis ditiſſi- ıis vicina, nec non inſulis omnium rerum eraciſſimis in medio quaſi Italiæ ſita. Urbſ- ue (tametſi proximis annis bello vexata ſt) biennio tamen jam fere reſpiravit, & pro ıagna parte reparata & aucta eſt. Nec non xcelſa reſpublica Florentina omnium dili- ;entiſſima, quod deeſt reparationis domo- um & villarum ſimul cum Piſanis civibus ·rovidere citiſſime curat: & jam bellum uod in Etruria timebatur, tranſactione 'lorentinorum, & Senenſium, & longiori onſtituta pace, divino favore ſublatum eſt. ;ed quando Piſæ alia ratione non probaren- ur, quæ potius affectata cauſa eſſet quam era, conveniamus per Dei pietatem de oco idoneo atque omnibus tuto: abſitque ıt loci contentio, niſi ex aliis culpa prove- ıerit, ſanctiſſimum hoc opus perturbare licatur.

Sed jam res admonet ad poſtremam prio-

rum

„ rum literarum partem in qua Conſilii Ro-
„ mani contra Piſanum indictio ſuadetur,
„ properare. Imprimiſque, duplicem in Ec-
„ cleſia Univerſalem Synodum erigere gra-
„ viſſima hæreſis nota eſſet, contra articulum
„ *unam Sanctam & Apoſtolicam Eccleſiam*. Quum-
„ que Piſana Synodus ſuperioribus rationibus
„ ſubſiſtat, Altare alterum erigi & dupliciter
„ Eccleſiam conſtitui, non ſatis à conſultori-
„ bus eſt recte proviſum. Fuit hæc noſtra pra-
„ ctica Eugenii IV, alias per nullum Pontifi-
„ cem cogitata, niſi per Hieroboam, qui
„ altare inſtituit contra Hieruſalem: Con-
„ ſtantius quoque duplex Concilium univer-
„ ſale ſimul ſtatuit Arimini, videlicet & Ni-
„ comediæ, quorum erravit utrumque. Dein-
„ de quod conſultores verbis ornatioribus di-
„ cunt, Pontificem ad indictionem Concilii
„ inclinari, ne imputari ſibi poſſit illud Hie-
„ remiæ, non adſcendiſtis ex adverſo, nec
„ oppoſuiſtis vos pro domo Iſraël, quod ta-
„ men Hieremiæ dictum non fuit, ſed Eze-
„ chielis Capite XIII. eadem Patres induxit
„ ratio, ut in Piſanæ Synodi mentionem
„ præveniſſent. Fatemur ergo omnes, quam
„ Pontifex affert invocandæ Synodi Generalis
„ ſubeſſe neceſſitatem, atque utinam perinde
„ in cæteris conveniremus. Apud Lateranum
„ autem ubi verius quàm Piſis ædificiorum
„ ruinæ expectantur, infamiſque atque pe-
„ ſtilens aura obſtat, tutum eſſe nunc conve-
„ niendi

ie ndi locum ad vere & ſalubriter Eccleſiæ “
onſulendum, abſit ut concedamus. Latere “
nim inſidiarum non parum in Laterano “
iſpicamur, proinde ut notorie & manifeſte “
iſpectum, capitibuſque noſtris pernicioſum “
: formidabilem iis potiſſimum temporibus “
iis inſiſtentes proteſtationibus vehementiſ- “
me & conſtantiſſi medenuo recuſamus: ipſis “
uidem conſultoribus aptiſſimum locum fir- “
iitet admittimus; equitum enim peditumq; “
opiam illic habent inſtructiſſimam, arces “
iunitiſſimas, claſſem non procul paratam, “
rbem deniq; ipſam, populos finitimos, bello “
: armis aſſuetos, ſuo nutu pendentes, aſſue- “
ſque capitaneos pro Pontificis voluntate, “
ardinales & Prælatos parvipendere, & “
m illic Cardinales hoc timore coacti, non “
:ra, ſed blandientes conſulturi ſunt. Ve- “
im, Piſanæ Synodi indictoribus cæteriſ- “
ue quibus Concilio adeſſe convenit, nullus “
rofecto hominum eſt hodie illum inſidio- “
ſſimum, periculoſiſſimumque, vel jure- “
irando protinus non affirmet, nec toto in “
rbe quidquam adeo notum eſſe ſcimus, quo “
oc notius manifeſtiuſque non ſit, maximo- “
ue ſalutis, Patrum diſcrimine acceſſus in “
rbe hodie ab omnibus teneretur. Quare, “
iolesta eſſe non debet iſthæc recuſatio: “
uis enim, vel elegantiſſime Clemens V. “
iquit, *ad judicem grandi & feroci exercitu ſti-* “
atum facile venerit? Quis auderet, vel qua

„ ratione teneretur illi ſe ultraneum offerre,
„ & eorum ſe ſinu reponere, quorum non te-
„ mere violentia timeatur? hoc enim de jure
„ timetur, de more vitatur, refugit ratio,
„ abhorret natura, nec ad juſtiſſimum animo-
„ rum Patrum terrorem tollendum aut mi-
„ nuendum ampla illa verba ſalvi conductus
„ à Pontifice oblati proficiunt, promiſſioque
„ benigne & charitative ſuſcipiendi atque tra-
„ ctandi. Quæ enim ſolemnior unquam fides
„ & promiſſio, quam illa capitulorum concla-
„ vis? etiam per viam contractus omni voto &
„ juramento vallata, & alias per Apoſtolicas li-
„ teras dati, cogitari poteſt & debet? quo vero
„ pacto ſervata ſit, creationes Cardinalium &
„ eorum libertas minime ſervata oſtendant?
„ Sed admittamus quod ſperemus ſanctitatem
„ ſuam hanc promiſſionem integra mente ſer-
„ vare velle, ut nec odio, nec iracundiæ ceſ-
„ ſura ſit; quomodo tamen (abſit ſanctitati
„ ſuæ indignatio) ex præteritis actionibus
„ animi Patrum ſecuri eſſe poterunt: homines
„ etenim ſunt ſummi Pontifices, & duodecim
„ horas eſſe diei Dominus meminit? Quis ta-
„ men eos ab innumeris ſummo Pontifici aſſi-
„ ſtentibus, quis à prædictorum hominum,
„ quorum copiam Curia eſſe ſolet, injuriis, &
„ violentiis ſecuros reddet? admonent intole-
„ rabiles injuriæ, admonent immaniſſimæ
„ violentiæ, admonent inauditæ & nefan-
„ diſſimæ cædes, quas nonnuli Patres Cu-
riam

riam ſequentes perpeſſi ſunt. Ipſe denique "
ne longius (ut ajunt) exempla petamus Pon- "
tifex ſummus, dum in minoribus ageret "
quantum in ſalvis conductibus Curiæ (à qua "
nulla eſt provocatio) credendum ſit, abun- "
de docuit. *Stultiſſimum enim eſſe ſæpius dicebat,* "
libertatem & vitam cum pelle mortuæ belluæ, id "
eſt, cum membrana ſalvi conductus, *com-* "
mutare: Quodque ipſe tam conſtanter tanto "
tempore aliis non credidit, difficillimum "
erit ut aliis ſibi credatur: quæ ſententia ra- "
tione ſane non caret. Nam & Innocentius "
III. docet, *non teneri quempiam cum litteris* "
ſalvi conductus ſeſe adverſanti credere. Pontifi- "
ces quoque ſuperiores, poſtquam exercitus, "
armataſque cuſtodias & arces Romæ tenue- "
runt, & niſi alia libertas Senatus reſtituatur, "
& modus alius vivendi gubernandi à Ponti- "
ficibus in urbe ſervetur; nemo eſt qui eum "
locum nunc ad hanc Eccleſiæ libertatem "
idoneum aptumque influentiæ Sancti Spiri- "
tus, qui communiter liberas mentes in Con- "
cilio implet, dijudicare poſſet. Quare poſt- "
quam loci exceptio omni jure & ratione le- "
gitima redditur, poſtquam ſalvi conductus "
oblatio juſtiſſimum metum in viros con- "
ſtantes cadentem, nec jure nec ratione ſub- "
movet: Omittant pro Deo tandem conſulto- "
res Laterani loci mentionem. Suſpicionem "
enim non levem cum hac loci difficultate & "
diſcrimine præbent, non tam eis cordi eſſe "
 apud "

„ apud Lateranam Synodum teneri, quam
„ ne Piſis aut alibi teneatur, impedire. Quod ſi
„ (ut diximus) Piſanam civitatem non probant
„ (quam tamen optimam, omnibuſque tu-
„ tam & idoneam putavimus, credimuſque)
„ alterius idonei atque omnibus tuti loci o-
„ blationem non negamus; quinimo & antea
„ per litteras & nuntios noſtros obtulimus, &
„ nunc harum tenore rurſus offerre non ceſſa-
„ mus, ut intelligat univerſa Eccleſia, ſciant
„ omnes Principes, cunctique fideles, non
„ ad contentionem aut turbationem, minuſ-
„ que ad perniciofiſſimum ſchiſma (ut objici-
„ tur) excitandum, ſed ad quietem & pacem
„ inducendam, ad animarum ſalutem pro-
„ curandam, ad ſplendorem Eccleſiæ juvan-
„ dum, ad expeditionem contra infideles
„ promovendam vinculis præcepti & jura-
„ menti motos Patres Piſanæ Synodi curam
„ ſubiiſſe.

„ Quod poſtquam hac ratione & mente
„ proceſſiſſe omnipotens creator & redem-
„ ptor noſter intelligis, (aperta namque tibi
„ ſunt hominum corda omnium omneſque
„ cogitationes clare intelligis) occurre divinæ
„ providentiæ tuæ munere, occurre quæſu-
„ mus, priuſquam in flammam ſurgat para-
„ tum incendium, & quod humana dili-
„ gentia, mortalique ſtudio fieri non poteſt,
„ fac ut cœleſtis gratiæ dono conſequamur, &
„ pacifica univerſali ac libera congregatione

Eccleſiæ, pro vera ejus reformatione, quam tot laboribus quærimus, tam ſpiritualiter quam temporaliter in unum convenientes perfruamur.

22. Hæc ſunt, quæ pro refellendis iis quæ priores litteræ continebant adducenda cenſuimus; omiſſis ne modum excedamus, aliis quam plurimis quibus ad jura noſtra tuenda abundamus. Supereſt, ut quantum poſteriores monitorii litteræ æquitatis habeant, quam breviſſime videamus, major enim earum vis ex ſuperioribus ſublata cernitur: In illis tamen ſatis liquet contumelioſe admodum conſultores adverſum Patres egiſſe, illoſque maximis ac pene inauditis injuriis & contumeliis, iniquiſque cenſuris & pœnis pro nulla aut levi culpa afficere voluiſſe, quos nunc laudant & extollunt, nunc vituperant & cruciant; ad inſtar militum præſidis, qui Chriſtum ſalutantes, dicenteſque illi *ave*, mox arundine percutiebant. Nempe fortuna quadam conſultores litteras illas monitorii ex duabus aliis Pontificum litteris apertiſſimo furto verborum contexerunt: ex altera videlicet Nicolai IV. bulla quæ incipit, *Cæleſtis altitudo potentiæ*; & ad *ave* quodammodo pertinuiſſe videtur: & altera Eugenii quoque IV. incipiente, *Multa ſanctorum exempla*, quæ colaphos & arundinem concernit: In quibus monitorii litteris ſic ex prædictis latrocinio aperto ſubtractis non

„ ſolum patres graviſſime ſunt laceſſiti, verum
„ & Pontifices ipſi, quorum verbis & doctri-
„ nis litteræ illæ ſubſiſtunt quum ipſorum
„ menti Pontificum evidenter obſtent, non
„ mediocriter injuriari videntur. Sublimem
„ enim illam Cardinalium laudationem, quam
„ Nicolaus ad effectum partitionis patrimo-
„ nii, S. R. E. inter Papam & Senatum indu-
„ xit, ad maledictionem & privationem Car-
„ dinalium repetita eiſdem verbis præfatione
„ retorquent, quam tamen Nicolaus Ponti-
„ fex ſapientiſſimus niſi in Concilio generali
„ aut caſibus urgentioribus maturiorique ju-
„ dicio nunquam excogitaſſet. Similiterque
„ congeſta quædam graviſſima comitia & ma-
„ ledicta, quibus Eugenius ſuo monitorio
„ contra Felicem Amedeum & illius electo-
„ res, poſt privationem de ſe factam & Ame-
„ dei electionem, cumulatiſſime invehitur;
„ eadem maledicta, eiſdemque terminis, eo-
„ demque more propoſitionis conſiſtorialis,
„ pro ſimplici Patrum admonitione Concilii,
„ perperam & inconſulte profundunt: quæ
„ tamen Eugenius pro ſimili cauſa minime
„ unquam auſus fuiſſet attentare. Immemo-
„ res ergo conſultores clementiæ & æquitatis
„ Dei & ſuperiorum Pontificum quam pro-
„ ponunt & offerunt omni feritate & crudeli-
„ tate adverſum Patres intemperatiſſime de-
„ bacchantur, inconſideratos medicos imi-
„ tati, qui apud Hippocratem ſanam medici-

nam

Digitized by Google

nam alicui morbo legentes, morbis aliis improportionate diſtribuunt. Inducunt etiam atroces quoſdam veſpillones, fiſcos in ſenatu proponentes, & ad tumulum quaſi viventes Patres inducere ſatagentes, Carroſium quendam & Cuccinum, nomina ipſo pene horrenda ſono, ac ſi hominum carnes dilaniaturi & cocturi acceſſiſſent; quorum os vanitatem & dolos locutum eſt: quum reſponſa priorum litterarum iſtis adaptari poſſint, niſi noviter deductis reſpondere non cogimur. Inter alia tamen viſum eſt iſtis addere de conventionibus Patrum Florentiæ initis, quas pleno ore iniquas appellant, ſicut febricitantis lingua omne dulce amarum judicat. Nempe, conventiones illæ libertati ſacri Senatus, ſplendori & ſpiritualitati Eccleſiæ, & jurium ſuorum conſervationi unice innituntur, quarum ſcripta ſi proferantur, non poſſunt à ſapientibus, niſi ſumme commendari. Pro illis tamen, conſulentium feritas, Notarium unum rogatum, qui bona fide nihil mali ſuſpicans, quum ad Apoſtolicam Curiam negotia ſua tractaturus acceſſiſſet, in teterrimum carcerem detruſit, & graviſſime torſit: quæ evidens eſt conjectura rancoris & odii contra Patres. Nam ſi clientem pacificum & innocuum: quod teſtimonio veritatis aſtitit à patronis ſuis rogatus, tam efferate torſerunt, quid cogitandum erit de odio contra Patres? Quare

„ omnis verborum promiſſio ab illorum odiis
„ qui parcere neſciunt, Patres jure tutari mi-
„ nime poteſt. Verum conſultores ipſi, qui
„ tam copioſe, tam ferventer officia quibus
„ Cardinales ſummo Pontifici tenentur expli-
„ caverunt, debuiſſent, ſi recte uterentur
„ Conſilio, quibus etiam Pontifex illis tenea-
„ tur, admonuiſſe, ne in tam notorie exce-
„ dentem prolaberetur offenſam. Summus
„ namque Pontifex præcipue quodam vincu-
„ lo charitatis & clementiæ Sacrum Senatum
„ & illius membra debuit reſpexiſſe, cujus
„ peculiari quodammodo caput, pater, & fra-
„ ter eſt, quæ omnia ſunt dilectionis ſummæ,
„ & charitatis nomina, non certe everſionis &
„ odii. Caput enim quod vigilat & proſpicit,
„ & laborat pro membris, nunquam illa odio
„ habet, quinimo gratulatur, quum membra
„ ipſius languorem aliquem admonerent &
„ curarent. Pater ergo & frater ſummæ cha-
„ ritatis appellationes ſunt: paſtor Eccleſiæ &
„ vicarius Dei, quod alias recte Pontifex nun-
„ cupatur, non feritatem & tyrannidem præ-
„ tendunt, ſummam charitatem & clemen-
„ tiam. Commiſſurus namque Dominus Pe-
„ tro curam paſtoralem & primatum Eccle-
„ ſiæ non ſemel, ſed tertio dixit, *Simon Joan-
„ nis & diligis me plus iis*, *Paſce oves meas*: & rur-
„ ſus vicariatus Dei omnem charitatem & cle-
„ mentiam præ ſe fert, quum illum referat,
„ de quo ſcribitur, *Deus charitas eſt*, *& cui pro-*
„
prium

rium eſt miſereri ſemper & parcere, & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus: qua vero charitate cum patribus litteris iſtis agatur, ſatis ex illis perſpicuum eſt, pro admonitione Concilii, quam ex juſtis ſummis cauſis patres conceperunt, imo illis Dominus inſpiravit, acerrimas cenſuras, interdicta, auferendarum dignitatum, beneficiorum pœnas conſultores minantur. Hæccine, reſpondeant hoc loco Carroſus & Cuccinus in gravi illa de nobis querela pietatem tantam præ ſe ferentes, pietatis ſunt argumenta? Hæccine boni paſtoris & vicarii Dei officia? ſunt ne hæc munera quibus pater, & frater charitatem ſuam explicant? Et quum hic reſponderint, mox ſi placet objiciant, an ſicut æquum eſt bene valenti capiti membra obſequi, ita æquiſſimum ſit eiſdem, ſi laborarent, auxilio potius prodeſſe quam obſequio placere. Reſpondeant denique quanto adverſus eos fieri poſtularent, qui ſceleſtiſſimum aliquod porrexiſſent; ſi adverſus procurantes per neceſſariam ſanctiſſimamque Eccleſiæ reformationem tot tantaſque pœnas popoſcerunt. Intelligit ergo univerſus orbis, vident docti, indoctique, cæci etiam manibus tangunt, de bono opere Patres lapidari, nullamque ob rem aliam infenſum illis Summum Pontificem, niſi quod Deo magis quam hominibus obedire maluerint: Quæ res fiduciam & magnam adverſus o-

„ mnem vim ſecuritatem illis præbitura eſt.
„ Jamque Spiritus Sanctus (quo auctore cœ-
„ perunt) Pontificem ipſum, qui hactenus ad
„ Concilia durior videbatur, quum admoni-
„ tione Piſanæ Synodi à patribus præveniri ſe
„ ſenſit, continuo maximam Concilii convo-
„ candi neceſſitatem ſubeſſe profitetur, atque
„ Lateranum protinus indicit. Inde qui antea
„ penitus diſſentiebant, nunc de loco tantum
„ diſſentire videntur. Injungitur tamen Pa-
„ tribus per conſultores, ut Romam brevi
„ quodam termino accedant, & à proſequu-
„ tione Piſanæ Synodi abſtineant, præceptio-
„ ne altera corpus, animam altera occidere
„ ſatagentes. Nam Romæ diebus iſtis abſque
„ notorio vitæ diſcrimine (ut eſt dictum) ma-
„ nere poſſunt. A Concilii proſequutione, ra-
„ tione præcepti, voti, & juramenti ac ſcan-
„ dali, ſine interitu ſalutis æternæ ceſſare non
„ valent, & juxta Canonicas ſanctiones & aper-
„ tam Innocentii IV. doctrinam (ut prædixi-
„ mus) quoniam Apoſtolica præcepta notorie
„ continent, utriuſque vel alterius vitæ peri-
„ culum aut decolorationem, vel turbationem
„ ſtatus Univerſalis Eccleſiæ, vel unde multa
„ mala veriſimiliter futura timerent, audien-
„ da quidem ſunt, ſed minime admittenda,
„ quinimo ab eis provocandum eſſe debeat,
„ quam doctrinam imitati olim patres primæ
„ Piſanæ Synodi, quibus Gregorius XII, ſub
„ graviſſimis cenſuris præcipiebat, ut à pro-
„ ſequu-

Digitized by Google

ſquutione Synodi ceſſarent, minime ob-
ꝛmperarunt, ſed provocatione præceden-
ꝛ, ſynodum ſanctiſſime tenuerunt, quod
ıpientes omnes & patres Conſtantiæ lauda-
erunt; cenſuraſque Apoſtolicas, contra
los fulminatas, quamvis ſemper timendas,
ı hoc tamen caſu minime obſervandas eſſe
pprobaverunt; quum tamen apud Piſanos
atres non ſtarent adhuc determinationes
ynodi Conſtantienſis de ſuperioritate Con-
ilii, nec præceptum de congregando Con-
ilio ſingulis decenniis, nec ſtatutum aut
ꝛracticatum, impedimenta præſtita Con-
iliis per quoſcunque ſuſpitionem hæreſis
ontinerent: ac ſi prætenderent velle cor-
igibilitatem criminum tueri & defenſare:
Quæ crimina potiſſimum capitis in Conci-
io moderanter, & ea potiſſimum ratio-
ıe quod Concilia impediebant, Joannem
XXII, & Benedictus XIII. Conſtantiæ ſunt
ꝛxauctorati. Quare ergo tam efferate con-
ſultores proſequentur Patres ſecundæ Pi-
ſanæ Synodi? quum primi de hoc fuerint
laudati, nec iſti ſicut illi ſtatim prima con-
vocatione Concilii Pontifici obedientiam
ſubtraxerint. Patres namque moderni in
bona Julii II. Pontificis maximi obedientia
manent, & manere volunt, ut eſt dictum.
Niſi conſultores cauſam ſchiſmati per ali-
quas privationes obtulerint periculis tamen
notoriis corporis & animæ ſecluſis; & eſto
quod

„ quod præventione Patrum, & tam juſtis cau„ ſis Synodus Piſana aperte ſubſiſtat: ut tamen „ obedire clarius videantur Patres, dum Pon„ tifex cenſuras & pœnas auferat, vel ſuſpen„ dat, parati quoque erunt ſuſpendere aut „ prorogare Synodi Piſanæ proſequutionem, „ dum ſtatim de loco libero & tuto extra Ec„ cleſiæ Romanæ juriſdictionem conveniа„ tur, in quo etiam, ut claudantur ora detra„ hentium Patribus, quod ejectioni Pontificis „ præcipue ſtudeant, quod tamen alieniſſi„ mum ab illis fuit, poſſent in talem eventum „ ſuſpenſionis cenſurarum & actualis aſſignati „ loci neutralis liberi contentari Patres, ſi in „ aliis diſſenſio non ſit, titulum præfigi & aſ„ ſignari Concilii concordandi ad reformatio„ nes futuras, & extinguendas hæreſes, pacem „ Chriſtianorum promovendam, & bellum „ contra infideles dirigendum, ut de iis ſo„ lum, & diffinitionibus quæſtionum fidei, „ quæ in Eccleſia indeciſæ manerent, in Con„ cilio tractentur, & rem Bononienſem, & „ Ferrarienſem omnimodo Concilio remitte„ re, ut quæ ubi determinabuntur, efficaciter „ & ſolide per omnes Principes obſervari per„ mittantur, & jurejurando ſtatuantur: ita ut „ ſine Chriſtiani ſanguinis effuſione, ſine pri„ vationibus & turbationibus Eccleſiæ, iſta „ medicina Concilii tam deſiderata, Eccle„ ſiam ipſam abſque magna anxietate purget „ & ſanet, pacemque Chriſtianorum conti-

neat,

Digitized by Google

neat : & expeditionem contra infideles re- "
cte & rite promoveat : quod ſupplicibus "
votis dominum noſtrum Jeſum Chriſtum "
enixe omnes oramus, & ut ſanctiſſimo DN. "
vicario ſuo, hanc mentem concordiæ loci "
ſimul & pietatis & clementiæ inſpiret. "
Quod ſi (quod abſit) Pontifex renuerit "
(quum locus Romanus hodie Concilio li- "
bero non ſit aptus) evidentiſſimum erit Uni- "
verſæ Eccleſiæ omne Concilium prorſus "
illum recuſare, in eumque eventum, prout "
de jure, Piſis aut alio loco, quo transfere- "
tur Concilium Univerſale liberum, proſe- "
quemur. Quare; rogamus per viſcera Do- "
mini noſtri Sanctiſſimum D. N. omneſque "
S. R. E. Cardinales, principes, & Prælatos, "
ut in hac noſtra Sancta, immo Dei inten- "
tione conveniant, ne ritus Sacrorum Con- "
ciliorum, quo bona omnia in Eccleſia fun- "
damenta ſunt, prorſus aboleant. Conſide- "
rentque Principes, *Spiritum Eccleſiæ obliteratione Conciliorum quotidie magis ac magis extingui, quale reformatis religionibus contingeret. Si capitula ſua triennalia vel annalia non ſervarent: Concilia namque generalia, libertatem Eccleſiæ, ſpiritualitatemque & pacem continerent, literaſque alerent, & foverent, ac evidentiſſime & efficaciſſime fidei exaltationem in partibus; quas infideles Chriſtianis detinent, promoverent.* Quare Principes omnes, immo & univerſi fideles aſ- "
ſurgite, adeſte, favete Univerſali Eccleſiæ, "

pro

„ pro qua Dominus ſanguinem ſuum fudit,
„ intra quam nos omnes ſalvari firmiſſime cre-
„ dimus, & pro illius pace, non pro unius
„ hominis obliquabilis quiete laborate. Nem-
„ pe ex hac duplici indictione Concilii, noſtra
„ videlicet, quæ jure prævenit, & quæ ſub-
„ ſequuta & Sanctiſſimi D. N. quum duplex
„ Concilium univerſale ſimul teneri non poſ-
„ ſit, quod contra articulum eſſet, *unam San-*
„ *ctam*: Si non conſurgeret unius Concilii li-
„ beri & tuti œcumenici congregatio, expro-
„ brabimur omnes, à Principibus, lapidabi-
„ mur à populis quod ſplendori ſponſæ Domi-
„ ni obicem tam notorie oppoſuerimus. Cujus
„ tamen culpæ Patres Piſani immunes eſſet vo-
„ lunt, quum nullis laboribus & periculis, ad
„ tam ſanctum opus vere & realiter cum pace
„ perficiendum pepercerint.

„ Denique, quum incerti ſimus quantum
„ apud Summum Pontificem voces noſtræ
„ valituræ ſint, dubiumque nobis ſit, an quæ
„ adverſus nos comminatur, cum effectu per-
„ ficiat, uti res noſtra tutius procedat, licet
„ aperti juris ſit hoc caſu Concilii Univerſalis
„ Eccleſiæ irritas & nullas eſſe cenſuras & pœ-
„ nas prohibitivas; conſtetque talia, ſi quando
„ adverſus eos propoſita fuiſſent, majores no-
„ ſtros minime exiſtimaſſe, imo & contem-
„ pſiſſe: ſicut Patres antiquos Piſanos feciſſe
„ vulgatum eſt, quos Univerſa Eccleſia com-
„ mendavit: ad cautelam tamen abundan-
tem,

Digitized by Google

:mi, majoremque Apoſtolicæ ſedis reve- "
:ntiam, proteſtationibus, provocationi- "
us, & appellationibus noſtris ſæpius inter- "
oſitis adhærentes, eaſque pro expreſſis & "
d verbum repetitis haberi volentes commi- "
ıationes, pœnas, cenſuras, privationes, "
nhabilitationes, interdicta omnia denique "
n noſtrum, fautorumque noſtrorum, om- "
nium quoquo modo nobiſcum ſentientium "
attentata, & attentanda, inania, irrita, & "
nulla profitemur & proteſtamur, ſicut in pri- "
mis eſt dictum. Et quatenus aliqua ſint (quod "
non fatemur) harum tenore iniquiſſima & "
injuſtiſſima dicimus, atque ad actu indictum "
ſacrum Concilium Piſanum, aut quo trans- "
feretur tenendum, omneſque alios ad quos "
jure provocandum & appellandum ſit, pro- "
vocamus & appellamus. Ad laudem & glo- "
riam Redemptoris & Domini noſtri Jeſu "
Chriſti, ac immaculatæ ſponſæ ſuæ Catho- "
licæ Univerſalis Eccleſiæ ſplendorem & ex- "
altationem. "

Datum in Burgo Sancti Domini, nullius "
diœceſis prope Parmam, Die XXVII Se- "
ptembris, Anno Domini milleſimo quingen- "
teſimo undecimo, Pontificatus Sanctiſſimi "
Domini noſtri Julii Papæ II. anno octavo. "

**PRæmiſſis vero Piſas qui in Kal. Septem- "
bris, nomine patrum comparerent pro- "
curatoribus. Et quæ in Apologia offeruntur "
juſti-**

„ ſolum patres graviſſime ſunt laceſſiti, verum
„ & Pontifices ipſi, quorum verbis & doctri-
„ nis litteræ illæ ſubſiſtunt quum ipſorum
„ menti Pontificum evidenter obſtent, non
„ mediocriter injuriari videntur. Sublimem
„ enim illam Cardinalium laudationem, quam
„ Nicolaus ad effectum partitionis patrimo-
„ nii, S. R. E. inter Papam & Senatum indu-
„ xit, ad maledictionem & privationem Car-
„ dinalium repetita eiſdem verbis præfatione
„ retorquent, quam tamen Nicolaus Ponti-
„ fex ſapientiſſimus niſi in Concilio generali
„ aut caſibus urgentioribus maturiorique ju-
„ dicio nunquam excogitaſſet. Similiterque
„ congeſta quædam graviſſima comitia & ma-
„ ledicta, quibus Eugenius ſuo monitorio
„ contra Felicem Amedeum & illius electo-
„ res, poſt privationem de ſe factam & Ame-
„ dei electionem, cumulatiſſime invehitur;
„ eadem maledicta, eiſdemque terminis, eo-
„ demque more propoſitionis conſiſtorialis,
„ pro ſimplici Patrum admonitione Concilii,
„ perperam & inconſulte profundunt: quæ
„ tamen Eugenius pro ſimili cauſa minime
„ unquam auſus fuiſſet attentare. Immemo-
„ res ergo conſultores clementiæ & æquitatis
„ Dei & ſuperiorum Pontificum quam pro-
„ ponunt & offerunt omni feritate & crudeli-
„ tate adverſum Patres intemperatiſſime de-
„ bacchantur, inconſideratos medicos imi-
„ tati, qui apud Hippocratem ſanam medici-
nam

Digitized by Google

nam alicui morbo legentes , morbis *aliis* improportionate diſtribuunt. Inducunt etiam atroces quoſdam veſpillones, fiſcos in ſenatu proponentes, & ad tumulum quaſi viventes Patres inducere ſatagentes, Carroſum quendam & Cuccinum , nomina ipſo pene horrenda ſono, ac ſi hominum carnes dilaniaturi & coĉturi acceſſiſſent; quorum os vanitatem & dolos locutum eſt : quum reſponſa priorum litterarum iſtis adaptari poſſint , niſi noviter deduĉtis reſpondere non cogimur. Inter alia tamen viſum eſt iſtis addere de conventionibus Patrum Florentiæ initis, quas pleno ore iniquas appellant, ſicut febricitantis lingua omne dulce amarum judicat. Nempe, conventiones illæ libertati ſacri Senatus, ſplendori & ſpiritualitati Eccleſiæ,& jurium ſuorum conſervationi unice innituntur,quarum ſcripta ſi proferantur , non poſſunt à ſapientibus, niſi ſumme commendari. Pro illis tamen, conſulentium feritas, Notarium unum rogatum, qui bona fide nihil mali ſuſpicans, quum ad Apoſtolicam Curiam negotia ſua traĉtaturus acceſſiſſet, in teterrimum carcerem detruſit,& graviſſime torſit: quæ evidens eſt conjeĉtura rancoris & odii contra Patres. Nam ſi clientem pacificum & innocuum : quod teſtimonio veritatis aſtitit à patronis ſuis rogatus, tam efferate torſerunt, quid cogitandum erit de odio contra Patres ? Quare

Digitized by Google

„ omnis verborum promiſſio ab illorum odiis „ qui parcere neſciunt, Patres jure tutari mi- „ nime poteſt. Verum conſultores ipſi, qui „ tam copioſe, tam ferventer officia quibus „ Cardinales ſummo Pontifici tenentur expli- „ caverunt, debuiſſent, ſi recte uterentur „ Conſilio, quibus etiam Pontifex illis tenea- „ tur, admonuiſſe, ne in tam notorie exce- „ dentem prolaberetur offenſam. Summus „ namque Pontifex præcipue quodam vincu- „ lo charitatis & clementiæ Sacrum Senatum „ & illius membra debuit reſpexiſſe, cujus „ peculiari quodammodo caput, pater, & fra- „ ter eſt, quæ omnia ſunt dilectionis ſummæ, „ & charitatis nomina, non certe everſionis & „ odii. Caput enim quod vigilat & proſpicit, „ & laborat pro membris, nunquam illa odio „ habet, quinimo gratulatur, quum membra „ ipſius languorem aliquem admonerent & „ curarent. Pater ergo & frater ſummæ cha- „ ritatis appellationes ſunt: paſtor Eccleſiæ & „ vicarius Dei, quod alias recte Pontifex nun- „ cupatur, non feritatem & tyrannidem præ- „ tendunt, ſummam charitatem & clemen- „ tiam. Commiſſurus namque Dominus Pe- „ tro curam paſtoralem & primatum Eccle- „ ſiæ non ſemel, ſed tertio dixit, *Simon Joan-* „ *nis & diligis me plus iis*, *Paſce oves meas:* & rur- „ ſus vicariatus Dei omnem charitatem & cle- „ mentiam præ ſe fert, quum illum referat, „ de quo ſcribitur, *Deus charitas eſt*, *& cui pro-* „

rium eſt miſereri ſemper & parcere, & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus: qua vero charitate cum patribus litteris iſtis agatur, ſatis ex illis perſpicuum eſt, pro admonitione Concilii, quam ex juſtis ſummis cauſis patres conceperunt, imo illis Dominus inſpiravit, acerrimas cenſuras, interdicta, auferendarum dignitatum, beneficiorum pœnas conſultores minantur. Hæccine, reſpondeant hoc loco Carroſus & Cuccinus in gravi illa de nobis querela pietatem tantam præ ſe ferentes, pietatis ſunt argumenta? Hæccine boni paſtoris & vicarii Dei officia? ſunt ne hæc munera quibus pater, & frater charitatem ſuam explicant? Et quum hic reſponderint, mox ſi placet objiciant, an ſicut æquum eſt bene valenti capiti membra obſequi, ita æquiſſimum ſit eiſdem, ſi laborarent, auxilio potius prodeſſe quam obſequio placere. Reſpondeant denique quanto adverſus eos fieri poſtularent, qui ſceleſtiſſimum aliquod porrexiſſent; ſi adverſus procurantes per neceſſariam ſanctiſſimamque Eccleſiæ reformationem tot tantaſque pœnas popoſcerunt. Intelligit ergo univerſus orbis, vident docti, indoctique, cæci etiam manibus tangunt, de bono opere Patres lapidari, nullamque ob rem aliam infenſum illis Summum Pontificem, niſi quod Deo magis quam hominibus obedire maluerint: Quæ res fiduciam & magnam adverſus o-

mnem vim ſecuritatem illis præbitura eſt. Jamque Spiritus Sanctus (quo auctore cœperunt) Pontificem ipſum, qui hactenus ad Concilia durior videbatur, quum admonitione Piſanæ Synodi à patribus præveniri ſe ſenſit, continuo maximam Concilii convocandi neceſſitatem ſubeſſe profitetur, atque Lateranum protinus indicit. Inde qui antea penitus diſſentiebant, nunc de loco tantum diſſentire videntur. Injungitur tamen Patribus per conſultores, ut Romam brevi quodam termino accedant, & à proſequutione Piſanæ Synodi abſtineant, præceptione altera corpus, animam altera occidere ſatagentes. Nam Romæ diebus iſtis abſque notorio vitæ diſcrimine (ut eſt dictum) manere poſſunt. A Concilii proſequutione, ratione præcepti, voti, & juramenti ac ſcandali, ſine interitu ſalutis æternæ ceſſare non valent, & juxta Canonicas ſanctiones & apertam Innocentii IV. doctrinam (ut prædiximus) quoniam Apoſtolica præcepta notorie continent, utriuſque vel alterius vitæ periculum aut decolorationem, vel turbationem ſtatus Univerſalis Eccleſiæ, vel unde multa mala veriſimiliter futura timerent, audienda quidem ſunt, ſed minime admittenda, quinimo ab eis provocandum eſſe debeat, quam doctrinam imitati olim patres primæ Piſanæ Synodi, quibus Gregorius XII, ſub graviſſimis cenſuris præcipiebat, ut à proſequu-

ſequutione Synodi ceſſarent, minime obtemperarunt, ſed provocatione præcedente, ſynodum ſanctiſſime tenuerunt, quod ſapientes omnes & patres Conſtantiæ laudaverunt; cenſuraſque Apoſtolicas, contra illos fulminatas, quamvis ſemper timendas, in hoc tamen caſu minime obſervandas eſſe approbaverunt; quum tamen apud Piſanos patres non ſtarent adhuc determinationes Synodi Conſtantienſis de ſuperioritate Concilii, nec præceptum de congregando Concilio ſingulis decenniis, nec ſtatutum aut practicatum, impedimenta præſtita Conciliis per quoſcunque ſuſpitionem hæreſis continerent: ac ſi prætenderent velle corrigibilitatem criminum tueri & defenſare: Quæ crimina potiſſimum capitis in Concilio moderanter, & ea potiſſimum ratione quod Concilia impediebant, Joannem XXII, & Benedictus XIII. Conſtantiæ ſunt exauctorati. Quare ergo tam efferate conſultores proſequentur Patres ſecundæ Piſanæ Synodi? quum primi de hoc fuerint laudati, nec iſti ſicut illi ſtatim prima convocatione Concilii Pontifici obedientiam ſubtraxerint. Patres namque moderni in bona Julii II. Pontificis maximi obedientia manent, & manere volunt, ut eſt dictum. Niſi conſultores cauſam ſchiſmati per aliquas privationes obtulerint periculis tamen notoriis corporis & animæ ſecluſis; & eſto quod

„ quod præventione Patrum, & tam juſtis cau-
„ ſis Synodus Piſana aperte ſubſiſtat: ut tamen
„ obedire clarius videantur Patres, dum Pon-
„ tifex cenſuras & pœnas auferat, vel ſuſpen-
„ dat, parati quoque erunt ſuſpendere aut
„ prorogare Synodi Piſanæ proſequutionem,
„ dum ſtatim de loco libero & tuto extra Ec-
„ cleſiæ Romanæ juriſdictionem convenia-
„ tur, in quo etiam, ut claudantur ora detra-
„ hentium Patribus, quod ejectioni Pontificis
„ præcipue ſtudeant, quod tamen alieniſſi-
„ mum ab illis fuit, poſſent in talem eventum
„ ſuſpenſionis cenſurarum & actualis aſſignati
„ loci neutralis liberi contentari Patres, ſi in
„ aliis diſſenſio non ſit, titulum præfigi & aſ-
„ ſignari Concilii concordandi ad reformatio-
„ nes futuras, & extinguendas hæreſes, pacem
„ Chriſtianorum promovendam, & bellum
„ contra infideles dirigendum, ut de iis ſo-
„ lum, & diffinitionibus quæſtionum fidei,
„ quæ in Eccleſia indeciſæ manerent, in Con-
„ cilio tractentur, & rem Bononienſem, &
„ Ferrarienſem omnimodo Concilio remitte-
„ re, ut quæ ubi determinabuntur, efficaciter
„ & ſolide per omnes Principes obſervari per-
„ mittantur, & jurejurando ſtatuantur: ita ut
„ ſine Chriſtiani ſanguinis effuſione, ſine pri-
„ vationibus & turbationibus Eccleſiæ, iſta
„ medicina Concilii tam deſiderata, Eccle-
„ ſiam ipſam abſque magna anxietate purget
„ & ſanet, pacemque Chriſtianorum conti-
neat,

Digitized by Google

neat : & expeditionem contra infideles re- "
ſte & rite promoveat : quod ſupplicibus "
votis dominum noſtrum Jeſum Chriſtum "
enixe omnes oramus, & ut ſanctiſſimo DN. "
vicario ſuo, hanc mentem concordiæ loci "
ſimul & pietatis & clementiæ inſpiret. "
Quod ſi (quod abſit) Pontifex renuerit "
(quum locus Romanus hodie Concilio li- "
bero non ſit aptus) evidentiſſimum erit Uni- "
verſæ Eccleſiæ omne Concilium prorſus "
illum recuſare, in eumque eventum, prout "
de jure, Piſis aut alio loco, quo transfere- "
tur Concilium Univerſale liberum, proſe- "
quemur. Quare; rogamus per viſcera Do- "
mini noſtri Sanctiſſimum D. N. omneſque "
S. R. E. Cardinales, principes, & Prælatos, "
ut in hac noſtra Sancta, immo Dei inten- "
tione conveniant, ne ritus Sacrorum Con- "
ciliorum, quo bona omnia in Eccleſia fun- "
damenta ſunt, prorſus aboleant. Conſide- "
rentque Principes, *Spiritum Eccleſiæ oblitera-
tione Conciliorum quotidie magis ac magis extin-
gui, quale reformatis religionibus contingeret. Si
capitula ſua triennalia vel annalia non ſervarent:
Concilia namque generalia, libertatem Eccleſiæ,
ſpiritualitatemque & pacem continerent, literaſque
alerent, & foverent, ac evidentiſſime & efficaciſſi-
me fidei exaltationem in partibus; quas infideles
Chriſtianis detinent, promoverent.* Quare Prin-
cipes omnes, immo & univerſi fideles aſ- "
ſurgite, adeſte, favete Univerſali Eccleſiæ, "
pro

tem, majoremque Apoſtolicæ ſedis reverentiam, proteſtationibus, provocationibus, & appellationibus noſtris ſæpius interpoſitis adhærentes, eaſque pro expreſſis & ad verbum repetitis haberi volentes comminationes, pœnas, cenſuras, privationes, inhabilitationes, interdicta omnia denique in noſtrum, fautorumque noſtrorum, omnium quoquo modo nobiſcum ſentientium attentata, & attentanda, inania, irrita, & nulla profitemur & proteſtamur, ſicut in primis eſt dictum. Et quatenus aliqua ſint (quod non fatemur) harum tenore iniquiſſima & injuſtiſſima dicimus, atque ad actu indictum ſacrum Concilium Piſanum, aut quo transferetur tenendum, omneſque alios ad quos jure provocandum & appellandum ſit, provocamus & appellamus. Ad laudem & gloriam Redemptoris & Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac immaculatæ ſponſæ ſuæ Catholicæ Univerſalis Eccleſiæ ſplendorem & exaltationem.

Datum in Burgo Sancti Domini, nullius diœceſis prope Parmam, Die XXVII Septembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo undecimo, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Julii Papæ II. anno octavo.

PRæmiſſis vero Piſas qui in Kal. Septembris, nomine patrum comparerent procuratoribus. Et quæ in Apologia offeruntur juſti-

„ juſtiſſima pacis & Concilii fœdera Sanctiſſi-
„ mo Domino noſtro penitus renuente, reve-
„ rendiſſimi Domini Cardinales, reverendi
„ Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Regii
„ Prælatorumque & univerſitatum procura-
„ tores conſiliares cum celeberrimis divini &
„ humani juris doctoribus in copioſo numero
„ Piſanam civitatem cæleſtibus auſpiciis in-
„ greſſi Kalend. Novemb. ſupra ſcripti anni
„ ipſum ſacrum Piſanum Concilium in Spiri-
„ tu Sancto devotiſſime inchoarunt.
„

Ex Decretis Primæ Seſſionis Sacri Piſani Concilii moderni.

„ Sacro-Sancta Synodus Piſana in Spiritu
„ Sancto legitime congregata Generale
„ Concilium faciens, & Univerſalem Eccle-
„ ſiam repræſentans omnibus modo, via, jure
„ & forma, quibus melius poteſt & debet, de-
„ cernit, ordinat, diffinit & declarat omnia
„ & ſingula tam per Dominum Papam quam
„ alios quoſvis prætextu convocationis dicti
„ Concilii Piſani dependentiumque, & Con-
„ nexorum acta & agenda, attentata, & at-
„ tentanda ſive per indicta aliaſve cenſuras &
„ privationes, ſeu inhabilitationes (etiam con-
„ ſiſtoriales) de perſonis Dominorum Cardi-
„ nalium, dignitatibus, Eccleſiis, monaſte-
„ riis, & beneficiis, ſive penſionibus, ac ju-
„ ribus, ſive aliter quomodocumque, in præ-
„ judi-

Digitized by Google

judicium dictæ ſacræ ſynodi omniumque & “
ſingulorum ejuſdem indictorum, fautorum “
& auxiliatorum, & quovis modo adhæren- “
tium, & quandocumque adhæſurorum, “
nulla, irrita & inania fuiſſe ac fore: Illiſque “
uti notorie nullis, irritis, & erroneis nulla- “
tenus deferendum. Nam & Urbanus Pon- “
tifex reſcripſit, quod Dominus vel Apoſto- “
li, vel Patres Sancti ſtatuerunt, debet Ro- “
manus Pontifex ad animam uſque, & ſan- “
guinem, confirmare: alioquin non ſenten- “
tiam dare, ſed errare, comminatur: Quæ “
tamen quatenus de facto proceſſerunt, vel “
poſtmodum proceſſerint, ex nunc caſſat, ir- “
ritat, revocat, & annullat. “

Epiſtola Ejuſdem Sacræ Synodi ad Sereniſſimum Romanorum Electum Imperatorem.

Sacroſancta generalis Synodus Piſana in Spiritu Sancto legitime congregata generale Concilium faciens, & univerſalem Eccleſiam repræſentans, chariſſimo Eccleſiæ filio & advocato Sereniſſimo, Domino Maximiliano, Electo Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Quoniam concuſſis parietibus disjectiſque columnis conſequens eſt ut omnis ædificii moles protinus corruat: neque ſine totali corporis jactura corruptio membrorum ſequatur: cavere diligenter

oportet omnem Rempublicam omnemque univerſitatem, non modo ut ipſa intacta illibataque cuſtodiatur, verum etiam ne membra (præſertim præcipua, aut præſtantia) vim & injuriam ſentiant. Nuper igitur quum allatum ad nos fuerit Brevis cujuſdam Sanctiſſimi D. Julii Papæ ſecundi exemplum, quo tum Majeſtati tuæ, tum cæteris regibus & Chriſtianis principibus cum magno quaſi gaudio (ac ſi egregium & præclarum aliquod peregiſſet) notum facit, venerabiles in Chriſto patres B. de Carvaial Epiſcopum Sabinenſis, Sanctæ Crucis G. Epiſcopum Prænestinum Narbonenſ. F. tit. Sanctorum Nerei & Archillei ac R. de Brie. tit. Sanctæ Sabinæ Preſbiteros. S. R. E. Cardinales galero Cardinalatus, honore, titulis inſigniis, voce etiam activa atque paſſiva, Patriarchalibus quoque, Metropolitanis, & aliis quibus præſunt Eccleſiis privaſſe: cæteraque quæ in Brevi ipſo continentur, iniqua quidem & immania, ipſoque auditu & lectione horrenda & deteſtanda: certo quodam iracundiæ (ne deterius dicamus) ſpiritu fulminaſſe: mirati fuimus primum novum ſententiæ genus (ſi ſententiæ nomine dignum eſt) quod tam irrationabiliter tanquam perperam & contra omne jus actum eſt. Ac licet multa ante oculos occurrerent quæ qualem ſe habere conſueverit ſummus Pontifex dum iracundiæ ſubditur, plane admonebant: vix tamen eo uſque prolapſurum Sanctiſſimum Patrem credidiſſemus. Verum poſtquam ita res ſucceſſit quemadmodum tum re ipſa notorium, tum etiam ipſius Pontificis publicatione maniſeſtiſſimum effectum eſt, quaſi inſtar eorum qui in

in exteriores tenebras devenerunt, non ſatis ſit graviſſime erraſſe, niſi & erratum, quod omni ſtudio celare debuiſſet, prædicare gloriaretur: officii ſui eſſe hæc Sancta Synodus cenſuit Pontificis ipſius præcipitationem (tametſi manifeſtiſſima eſt) Majeſtati tuæ manifeſtiorem reddere: ut facilius judicet quantum ſit ejuſmodi literis poſthac deferendum: quibus etiam quæ veritate non ſubſiſtant pro veris affirmare non pudet: inquit enim poſt Bononienſem rebellionem ad Concilium à patribus ſe vocatum: quum tamen certo certius ſit per plures dies indictionem ante rebellionem factam fuiſſe. Verum eſt tamen prædictos venerabiles Cardinales magnis de cauſis illicentiatos à ſummo Pontifice receſſiſſe: verum eſt Concilii indicendi conſilium iniiſſe, atque hac de re multa apud Majeſtatem tuam uti Eccleſiæ advocatum, cæteroſque Chriſtianos Reges, & Principes pertractaſſe: utque hæc ſancta & neceſſaria res ſequeretur omni ſolertia laboraſſe: verum denique eſt, Spiritu Sancto duce & Deo auctore, ſereniſſimaque Majeſtate tua ac chariſſimo Eccleſiæ filio Ludovico Francorum Rege Chriſtianiſſ. promoventibus, Concilium ipſum tum indixiſſe, tunc demum indictum ſolemniter & fœliciter incœpiſſe: incœptumque diligenter proſequi: ac poſtmodum Deo favente optimiſque Chriſti fidelibus adjuvantibus, ut augeatur non ceſſaturos: atque propterea Cardinales ipſi aliique hoc idem agentes, Hæretici, Schiſmatici, reique læſæ Majeſtatis totque tam ſævis, tamque immanibus pœnis digni ſunt (proh facinus) compertum eſt, ubi (proh dolor) ſcriptum

Digitized by Google

aut taliter cautum reperitur. Dicat vel ipſe Sanctiſſimus Dominus, vel graviſſimorum ejus conſultorum quiſpiam: Num jure divino, num gentium aut civili receptum eſſe compertum ſit. Audet hæc Sancta Synodus affirmare quum multa & quidem graviſſima ac mali exempli peregerint ſæpiſſime retroactis temporibus aliqui ſummi Pontifices ac ipſe Sanctiſſimus D. Julius non infrequenter (abſit ſanctitati ſuæ irreverentia: nemini enim injuriam facit qui jure ſuo ac veritatis adminiculo utitur) nihil tamen irrationabilius, nihil inſolentius, aut impudentius ſub ſpecie ſententiæ in Sacro Conſiſtorio latæ actum meminiſſe; errare enim aliquando, ac per cupiditatem, vel libidinem, vel odium, vel iracundiam injuriam nonnunquam facere, humanum & quotidianum eſt (omnis enim creatura ſub vitio eſt, hominesque etiam juſtiſſimi plerumque peccando deviant) verum adverſus fratres filioſque ſuos, quos uti bonus paſtor uti pius pater familias, amplecti, commodiſque & honoribus fovere ac (eorum meritis & virtutibus officiiſque univerſæ Romanæ Eccleſiæ præſtitis exigentibus) efferre debuiſſet: tanta injuria fervere, tot jurgiis & maledictis patres optimos & religioſiſſimos provocare, tot denique ac tam gravibus & inauditis pœnis innocentiſſimos offendere nihil mali meritos, & qui jam ad hanc Sacram Synodum appellarunt: ſub ejuſque patrocinio nibil vereutur: proque tribunali inſtar præſidis ſedendo loco quidem ſanctiſſimo, loco juſtitiam ipſam undique redolente, loco quem nihil niſi exactiſſimum ratione, conſultatione graviſſimum, exemplo digniſſimum

ſimum decet: conſpectu patrum, hiſque, ut inquit, aſſentientibus, quod tamen credibile non eſt (niſi per metum & impreſſionem forte præbitus ſit aſſenſus, (Romana enim curia, ut plerique alia, bonorum votorum libertatem prorſus perdidit) beneficiis, honoribus, titulis, dignitatibus, cæteriſque ejuſmodi generis ob eam dumtaxat cauſam privare: quod cum apud eum exiſtentes ſatis obligationis vinculo facere non poſſent, illicentiati receſſerunt ad generale Concilium pro reformatione Eccleſiæ indicendum: quod ex conſtitutione Conſtantienſi votoque & juramento Deo & hominibus præſtitis facere tenebantur non modo inhumaniſſimum & impiiſſimum videtur: verum etiam tale quod tum Deum Optimum Maximum ad iram provocaſſe credibile eſt (eos enim leviter Deus odit inſequiturque, qui non modo benefacere negligunt, verum etiam benefacientibus infenſi ſunt) tum quoſcumque Chriſti fideles irritare vehementerque commovere deceret: quid enim jam Chriſtiana in republica deterius, quid pernicioſius expectari poteſt, quam ipſum Chriſti Vicarium: quem dignitati utilitatique Eccleſiæ indefeſſo ſtudio nunc maxime conſulere oportebat (graviſſimis enim notoriiſque criminibus ad ſcandalum uſque manifeſtiſſimum miſella Eccleſia opprimitur: atque ita opprimitur, ut niſi protinus occurratur naufragium factura procul dubio videatur, ſpreto Conſtantienſis conſtitutionis præcepto, ſpreto ſolenni voto & juramento univerſalis Eccleſiæ, reformationem tamdiu tanto cum diſcrimine tum prætermittere aut potius contemnere: tum præterea eos

 qui

qui pietatis intuitu & promiſſionis Religioni, Spiritu Sancto duce, opem ferre ſtudeant uti rebelles hoſteſque & infideles inſequi quaſi jam palam facere quærat ſummus Pontifex, nihil magis cordi eſſe, quam, ut olim, de ſubactis hoſtibus triumphum Julius Cæſar retulit: ita ſe de ſubacta dirutaque Eccleſia Dei, id eſt, de bonis illius membris (quod abſit) aliquando triumphare? quare Sancta Synodus omnia quoquo modo ratione iſtius ſanctiſſimæ indictionis facta vel facienda; contra indictores aut alia Concilii ſuppoſita ad inſtar Conſtantienſis Synodi revocavit & annullavit in Decretis ſuæ primæ ſeſſionis: idque ut Majeſtas tua adjuvet & exequatur, orat, & monet. Et ideo erige aures, Cæſar, qui enim ob indictum Concilium Schiſmaticos Hæreticoſque Cardinales expreſſius appellat, ille idem tuam Chriſtianiſſimique Regis Majeſtates una eademque voce Schiſmaticas Hæreticaſque ſatis aperte prædicat. Veſtro enim aſſenſu veſtroque auxilio ejuſdem Concilii indictio facta eſt. Quamobrem mirum videtur quod Sanctiſſimus Pater non adverterit talis ſententiæ tenorem apud eos intimare atque etiam jactare, quos non minus quam Cardinales ipſos illa eadem ſententia tenere damnotos intelligere debuiſſet. Aſſurge igitur, Cæſar optime: adeſto, vigila, labitur Eccleſia, opprimuntur boni, impii efferuntur, mergitur juſtitia, colitur impietas, ſurgunt, in ſinumque recipiuntur infideles, qui vero pro Eccleſia conſilium capiunt, illique opem & auxilium ferunt, quaſi hoſtes ejiciuntur opprimuntur, obruuntur. Age, Cæſar maxime,

Digitized by Google

xime, Majeſtatem tuam appellat ipſa, cujus advocatum & protectorem te fecit omnipotens, Eccleſia videlicet Romana & univerſalis. Tuum magna miſerabilique voce auxilium rogitat. Celſitudinem tuam junctis utriſque palmis ſupplex obſecrat, deprecatur, neve præcipitem agi patiaris, obteſtatur. Hoc ipſum ſancta quoque Piſana Synodus, quæ illam repræſentat, orat, quantiſque poteſt precibus poſtulat. Quæ res ut promptius alacriuſque concedatur, tametſi ſponte pro innata pietate & religione, proque excelſi animi magnitudine, nec non illuſtrium majorum dignitate facturam Majeſtatem tuam confidimus, Unum itaque illam præ cæteris meminiſſe cupimus: quod poſtquam aſſenſu auxilioque tuo Sancta hæc Synodus indicta collectaque eſt, non poteſt (citra Celſitudinis tuæ offenſam) injuria illi obvenire: quo ergo animo quaque vi Majeſtatem tuam offendentes pro Imperii ſublimitate conſueviſti coërecere, iiſdem æquiſſimum eſt ut Dei præſertim & religionis, cujus ſtudioſiſſimus es, intuitu Piſanæ Synodi ſacrorumque Conciliorum violatores & turbatores inſequaris: quod ut quamprimum atque ex animo Majeſtas tua faciat, etiam atque etiam hortamur & deprecamur. Plura ad evidentiſſimam indictionis congregationiſque noſtræ juſtitiam demonſtrandam, atque quam levia & fragilia quæ per ſummi Pontificis conſultores in litteris indicti aſſerti Concilii Lateranenſis objiciuntur, oſtendendum, reſponſio nuper edita: quam graviſſime quidem & ſapientiſſime venerabiles Cardinales & alii Sacri hujus Concilii indictores eiſdem litteris

accommodarunt, plene & abunde continet. Eamque ob rem apologia Piſani Concilii prætitulatur: & incipit Creator & Redemptor noſter. Unde *ne Epiſtolæ modum excedamus minime repetemus. Bene & fœliciter valeat Majeſtas tua Cæſarea.*

Dat. Piſis in generali Congregatione noſtra, die XII. Novembcis, Anno Domini, M.D.XI.

Per Palladium Bellonem Decium, Sacri Piſani Concilii moderni Chalcographum.

Conſilium Cl. Philippi Decii Juriſconſulti clariſſimi, habitum pro Eccleſiæ auctoritate, anno M.D.XI.

SUMMARIUM.

I. *Veritas omnibus præferenda eſt.*
II. *Papa an accuſari poſſit, ſi incorrigibilis ſit in crimine.*
III. *Contumacia non dicitur proprie hæreſis, ſed largo modo.*
IV. *Hæreſis proprie dicitur in duobus tantum caſibus.*
V. *Quinque de cauſis Papa judicari poteſt.*
VI. *Epiſcopus poteſt removeri ab Eccleſia particulari ut ſcandalum evitetur*
VII. *Ratione ſcandali generaliter à communibus regulis receditur.*
VIII. *Judicibus aliquid extrajudicialiter facientibus armata manu reſiſti poteſt.*
IX. *Papa non poteſt turbare ſtatum Eccleſiæ.*
X. *Privilegia locum habere non poſſunt ubi aliquod grande ſcandalum reſultat.*
XI. *In rebus ad mores & politiam Eccleſiæ ſpectantibus, credendum eſt potius Canoniſtis quam Theologis.*
XII. *Solutio rationum contrariarum.*
XIII. *Duobus in caſibus Papa accuſari poteſt in Concilio.*
XIV. *Licet exceptio firmat regulam, non tamen videtur illam ampliare.*

Digitized by Google

XV. *Simoniacus & ſchiſmaticus largo modo dicuntur heretici.*

XVI. *Non valet argumentum à delicto quod fit in omittendo, ad delictum quod fit in committendo.*

XVII. *An Papa qui poſt ſuam creationem juravit, & vovit infra biennium celebrare Concilium, obligetur ex vi Sacramenti ſui.*

XVIII. *Duplex vinculum potentius ligat.*

XIX. *Princeps contractu obligatus, abſoluta poteſtate contravenire non poteſt obligationi.*

XX. *Nemo abſolvi poteſt à juramento, niſi ubi juramentum extortum aut illicitum eſt.*

XXI. *Juri repugnat naturali ut quis ſeipſum abſolvere poſſit.*

XXII. *Certis in Caſibus, Concilium generale Papam judicare poteſt.*

XXIII. *Cujuſnam ſit congregare Concilium contra Papam.*

XXIV. *An minor pars Cardinalium, pro congregatione Concilii generalis, majorem partem requirere poſſit.*

XXV. *Ubi agitur de intereſſe Eccleſiæ particularis, ſi Prælatus ſit negligens, poteſtas agendi ad Capitulum devolvitur.*

XXVII. *Propter ſcandalum evitandum, Concilium generale poteſt congregari ſine Papæ auctoritate.*

XXVIII. *Jus Collegii, in uno ſolo redigi poteſt.; quare duo aut tres Cardinales, Piſanum Concilium indicere potuerunt.*

DIvino implorato præſidio, maximi " ponderis eſt præſentis caſus materia, " in qua admoneri me tacite ſentio, officii " mei non eſſe hanc provinciam contra ſummum Pontificem ſuſcipere, cujus anteceſſor Innocentius VIII. proprio motu me " ejus & Apoſtolicæ ſedis Capallanum, Rotæque auditorem conſtituit. Requiſitus " tamen nomine Chriſtianiſſimi Regis noſtri, " ab his qui pro regia Majeſtate Mediolani " imperium moderantur & regunt (cum ipſa "

„ regia Majeſtas de me optime merita ſit,
„ quæ in patriam maxima cum dignitate me
„ revocavit, & ampliſſimum ſtipendium,
„ quod mihi Paduæ à Venetis præſtabatur,
„ ultra omnes qui hactenus in jure canonico
„ legerint, non ſolum conſervavit ſed auxit)
„ non potuiſſem tale onus mihi injunctum,
„ abſque maxima ingratitudinis nota recuſare,
„ I. Præſertim cum maxima modeſtia re-
„ quiſitus fuerim, *ut dicam pro Veritate &*
„ *Iuſtitia quod mihi videtur*. Quo caſu etiam
„ ambobus exiſtentibus ſuperioribus, ut de
„ communibus amicis legitur, ſanctum eſt
„ præhonorare veritatem: *Nam qui veritatem*
„ *ſequitur, Deum ſequitur* 11. quæſt. 3. in Can.
„ quiſquis, *& potius debet quodlibet ſcandalum*
„ *tolerari, quam quod veritas relinquatur*. Ut
„ dicitur in cap. qui ſcandalizaverit. de Regul.
„ juris. Et pro veritate melius eſt pati ſuppli-
„ cium, quam pro adulatione beneficium 11.
„ quæſt. 3. in Can. nemo peritorum. Et ideo
„ hanc diſputationem pro veritate Summus
„ Pontifex æquo animo pati debet; præſer-
„ tim, quia non de his quæ in facto conſi-
„ ſtunt, ſed ſolum de jure verba facturus ſum.
„ & ſermo noſter duntaxat in diſputatione
„ juris verſabitur: & in facto, de tanto Pon-
„ tifice præſumendum eſt pro ejus integrita-
„ te & ſanctimonia, quem apex tantæ di-
„ gnitatis extollit, ut dicitur in Can. non nos
„ 40 diſtinct. Juridice itaque propoſitam
quæ-

quæſtionem aggredior, in qua ut diſtincte "procedamus ex themate breviter pro poſito, "pro vera reſolutione, quatuor elici poſſunt "quæſtiones."

Prima erit, an Papa accuſari poſſit ſi "incorrgibilis ſit in crimine, pro quo religio "Chriſtiana ſcandalum patiatur."

Secunda, an Papa efficaciter obligetur "ad illud quod cum voto & juramento pro- "miſit, ita quod ſeipſum abſolvere non poſ- "ſit."

Tertia quæſtio erit, an in dictis & ſimi- "libus caſibus, Concilium Generale ſit judex "contra Papam."

Quarta erit de modo & forma congre- "gandi Concilium in dictis caſibus."

II. Circa primum dubium, videbatur "primo motu, quod Papa tali caſu accuſari "non poſſit. Et ita quamplures eſſe non am- "bigo qui partes Summi Pontificis ſuſcipe- "rent & tuerentur, ex eo quod legitur in Can. "aliorum 9. quæſt. 3. *Aliorum hominum cauſas "Deus voluit per homines terminare, ſed ſedis "iſtius Præſulem, ſuo ſine quæſtione reſervavit ju- "dicio*, & qui Dei judicio reſervatur, ab hu- "mano judicio judicari non poteſt. Can. quo- "rumdam. 23. diſtinct. Et idem dicitur in "Can. Nemo, in Can. facta, in Can. Cuncta "per mundum. 9. quæſt. 3. Ex quibus & ſi- "milibus juribus, gloſſa in Can. ſi quis pecu- "nia 79. diſtinct. infert, quod ſi de crimine "con-

„ contra Papam objecto diſceptatur, ipſe non „ cogitur alicujus ſtare judicio: ſed excipere „ poteſt, *Dominus eſt qui me judicat.* Et ideo „ gloſſa in dicto Can. nemo 9. quæſt. 3. per „ illum textum ibi *ab omni Clero*, arguit quod „ etiam Concilium Papam judicare non poſſit. „ Idem gloſſa in Can. mandaſtis, 2. quæſt. „ 5. Et ad hoc videtur textus in Can. Con- „ cilia, §. hinc etiam, in verb. *Symmachus Papa.* „ 17. diſtinct. ubi cum Symmachus Papa apud „ Concilium de hæreſi accuſatus fuiſſet, Pa- „ tres Concilii reſidentes ibi dixerunt *Sym-* „ *machus quantum ad homines reſpicit, ſit immu-* „ *nis & liber: ejus cauſam totam Dei judicio reſer-* „ *vamus.* Et hoc idem probatur 21. diſtinct. „ Can. nunc autem. ubi Marcellinum urbis „ Romæ Epiſcopum accuſatum de hæreſi, ex „ eo quod à paganis compulſus idolis ſacrifi- „ caſſet, Concilium noluit judicare, ſed ipſi „ Marcellino Papæ dixit, *Tuo ore judica cauſam* „ *tuam, non noſtro judicio, prima ſedes non judi-* „ *cabitur à quoquam.* Et ideo Hoſtienſis in cap. „ propoſuit, de conceſ. præben. dicit, quod „ ſi Papa jacet in peccato, admoneri poteſt „ juxta regulam Euangelii, cui ſubjicitur „ quantum ad primam partem; dum dicitur „ *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter* „ *te & ipſum*, ut habetur in cap. novit. de ju- „ diciis. & 2. quæſt. 1. in Can. ſi peccaverit, „ in principio. Quantum vero ad aliam partem „ regulæ, quæ dicit, *quod ſi non audiverit Dic*

Ec-

Eccleſia, Hoſtienſis dicit, quod non habet « locum in ſummo Pontifice, quia ipſe ab « Eccleſia militante judicari non poteſt per « jura ſupra allegata : unde illa verba *dic Eccleſiæ*, intelliguntur in ſummo Pontifice de « Eccleſia triumphante & cæleſti. Et notat « Abbas in cap. novit, charta antepenult. « verſic. *ſed circa hoc quæro*, de judic. nec prædictis videtur obſtare gloſſa, in Can. ſi Papa « 40. diſtinct. quæ in terminis dicit, quod « Papa accuſari poteſt de crimine notorio in « quo incorrigibilis ſit, & inde ſcandalizetur « Eccleſia: quia Theologi dicunt illam non « eſſe veram : & ita concludunt Auguſtinus « de Anchona, Petrus de Palude, & Antoninus Archiep. Florentius, qui illos refert & « ſequitur in tertia parte ejus Summæ, in tit. « 20. chart. 4. §. 3. incipiente *quæritur utrum Papa*. Et in tit. 23. cap. 2. §. 6. in fine: & « monentur ratione ſatis colorata & apparenti, « quia gloſſa in dicto Can. ſi Papa, adducit « rationem quæ non eſt vera, dum inquit, « quod tali caſu Papa accuſari poteſt, quia eſt « in contumacia ex quo non vult corrigi, & « talis contumacia dicitur hæreſis 81. diſtinct. « Can. ſi qui ſunt presbyteri, & 33. diſtinct. « Can. fin. qui incipit : Nullus. Pro hæreſi « autem Papa accuſari poteſt, ut eſt caſus in « dicto Can. ſi Papa : Ergo videtur quod tali « caſu accuſari poſſit. Sed dicunt ipſi quod « prædicta ratio in qua dictum gloſſæ fundatur, «

„ tur, non eſt vera, quia textus in dicto Can. „ ſi Papa, de hæreſi proprie dicta intelligi- „ tur, pro errore fixo eorum quæ ſunt fidei.

“III. Contumacia vero, non dicitur pro- „ prie hæreſis ſed largo modo & improprie: „ Et ideo ſecundum eos gloſſa non eſt vera, & „ idem dicit Card. in dicto Can. ſi Papa, & „ ſanctus Thomas ut refert ibi Card. Alex. Et „ ad hoc facit, quia etiam Simonia dicitur „ hæreſis 1. quæſt. 1. Can. quiſquis, in Can. „ eos qui: & notatur per gloſſam in cap. fir- „ miſſime, de hæret. Et ſimiliter ſchiſma hæ- „ reſis dicitur, 24, quæſt. 3. Can. inter hæ- „ reſin. Et in pluribus aliis caſibus dicitur hæ- „ reſis, ut gloſſa proſequitur 23, quæſt. 4. „ Can. illi qui, §. quia vero, & dicto cap. fir- „ miſſime.

“IV. Sed proprie hæreſis dicitur ſolum in „ duobus caſibus, quando quis aliter ſentit „ de articulis fidei quam Romana Eccleſia, „ 24. quæſt. 1. in Can. hæc eſt fides: & quando „ quis male ſentit de Sacramentis Eccleſiæ, „ in cap. ad abolendam. de hæret. in prin. Et „ ita Abb. poſt Hoſtienſem & alios concludit „ in dicto cap. firmiſſime de hæret. Et ideo „ dicitur de hæreſi in dicto Can. ſi Papa, in- „ telligitur proprie. quia verba legis proprie „ intelliguntur, ut notat Bartol. in l. ita vul- „ neratus ff. ad leg. Aquiliam: & quia loqui- „ tur in materia exorbitanti contra regulam „ quæ ſtricte debet interpretari, l. ſi vero. §.

de

de viro, ff. ſolut. matr. in regul. ea quæ de " reg. jur. in 4. & ita in terminis tenet gloſſ. in " Can. ſi quis pecunia, 79. diſtinct. Unde " concludendum videtur, quod Papa pro tali " crimine, licet incorrigibilis ſit, non poſſit " pro hæretica accuſari. Similiter non videtur " quod pro ipſo crimine notorio & ſcandaloſo " accuſari poſſit, quia hoc jure cautum non " reperitur, ergo non eſt dicendum cap. illa, " ne ſede vacante, cap. is qui de ſentent. ex- " com. in 6. nota in l. illam. Cod. de Colla- " tion. Et hoc comprobatur per textum in " dicto Can. ſi Papa, ubi regula ponitur quod " Papa non poteſt ab alio judicari: & excipi- " tur cauſa hæreſis: unde exceptio illa facta de " hæreſi, videtur confirmare regulam in o- " mnibus aliis caſibus non exceptuatis, 32. " quæſt. 7. in Can. Dominus, cap. 2. in fine " de Conjugiis leproſ. & notat Bart. in l. quæ- " ſitum. §. denique. ff. de fundo inſtruct. & " textus in dicto Can, ſi Papa, videtur loqui " in delicto ſcandaloſo, dum dicit quod pro- " pter ejus delictum, innummerabiles po- " pulos ſecum in præcipitium ducit, & tamen " tali caſu ibi dicitur quod à nemine judicari " poteſt: & ſic ibi videtur textus contra gloſ- " ſam in dicto Can. ſi Papa: & ex his opinio " Theologorum ſuaderi poſſe videbatur.

V. Sed ſupradictis non obſtantibus, & " ſimilibus quæ adduci poſſent, contrarium " de jure eſſe arbitror, ſaltem in aliquibus caſi- "

bus

„ bus, in quibus communiter doctores tenent „ quod Papa ab alio judicari poſſit. Primus eſt „ in hæreſi, in quo omnes Doctores con- „ veniunt quod accuſari poſſit, ut expreſſe „ dicitur in dicto Can. ſi Papa, ibi à ne mine eſt „ judicandus niſi deprehendatur à fide devius: „ & merito, quia nullum peccatum eſt gra- „ vius hæreſi. 22. quæſt. 2. Can. primum, in „ principio, 32. quæſt. 7. Can. quid in omnibus: „ & quiaadmodum pernicioſum eſt, ſi vera fi- „ des quæ in toto populo Chriſtiano requiri- „ tur, in capite non reperiatur, ut dicitur 61. „ diſtinct. Can. miramur. Et ideo Papa hæreti- „ cus in eo quod hæreticus eſt, minor eſt quo- „ libet Catholico, ut dicit gloſſa in Can. A- „ chatius 24. quæſt. 1. in verbo, *in hæreſin*. Se- „ cundus caſus eſt, quando Papa ſponte Con- „ cilio ſe ſubjiceret, nam iſto caſu etiam cla- „ rum eſt quod à Concilio judicari poteſt. 2. „ quæſt. 7. in Can. nos ſi incompetenter, in „ principio multi Pontifices fecerunt expur- „ gando eorum innocentiam de criminibus „ pro quibus infamati fuerunt: Sic Damaſus „ Pontifex Romanus infamatus de adulterio, „ coram XLII. Epiſcopis ſe purgavit, ut dici- „ tur in dicto Canone nos ſi incompetenter, „ §. penult. Sic & Sixtus fecit cum à quodam „ Baſſo injuſte perſequeretur, ut habetur 2. „ quæſt. 5. in Can. mandaſtis. Sic de Leone legi- „ tur eadem cauſa & quæſtione in Can. audi- „ tum: Sic & Petrus Apoſtolus ut Gratianus

refert,

refert, 2. quæſt. 7. in Can. Petrus. Sic & “
Gregorius, ut in Can. ſi quis ſuper eadem “
cauſa & quæſtione. Et recte iſti, & bene fe- “
cerunt, ut humilitatem oſtenderent, qua “
nihil eſt in ſummo Pontifice ſplendidius, ut “
dicit textus Canonis dicti contra morem; & “
quia expedit quod à criminum ſuſpicione “
liberetur, quando mala fama de Pontifice “
in lucem prodierit, ne infirmorum corda “
percutiantur, & Pontificis miniſterium vi- “
tuperetur ut legitur 2. quæſt. 5. in Can. ſi “
mala fama: Et ad hoc plura jura Rom. ad- “
ducit in Conſil. 522. *Beatiſſimus*. Et ex iſto “
ſecundo caſu, Abb. infert in diſputatione “
Epiſcopus, & quidam Rector in ſolutione “
ſecundi dubii, quod à Papa appellari poteſt “
ad Concilium quando Papa conſentit. Ter- “
tius eſt quando Papa confitetur peccata ejus “
confeſſori, quia illi ſubjicitur, & iſtos tres “
caſus ponit gloſſa, in Can. nemo, 9. quæſt. “
3. Quartus eſt caſus, quando eſſet ſchiſma “
inter duos contendentes de Papatu, ut ſentit “
gloſſa in Can. fin. 69. diſtinct. & notat Car- “
dinalis in Conſil. 150. *quæſitum ſæpe fuit*, in “
1. dubio. Abb. in cap. quia diligenti, & col. “
1. de elect. Et de iſtis caſibus non agitur in “
caſu propoſito, ideo in his non inſiſto.

Eſt quintus caſus in quo difficultas con- “
ſiſtit, videlicet quando Papa incorrigibilis ſit “
in aliquo notorio delicto, per quo Eccleſia “
ſcandalizatur, & tali caſu gloſſa in terminis “

„ in dicto Can. ſi Papa, tenet quod Papa ac-
„ cuſari poſſit. Et de illa gloſſa maximum fa-
„ ctum fuit fundamentum contra Eugenium
„ IV. in Concilio Baſileenſi : & illa gloſſa
„ communiter tenetur per omnes, ut dicit.
„ Abb. in cap. ſignificaſti, de electione. Et in
„ dicta diſputatione Epiſcopus, & quidam
„ Rector in fine ſecundi dubii, ubi inquit
„ quod totus mundus approbat illam gloſſam,
„ & idem Abb. in cap. propoſuit colum. fin.
„ de conceſſ. præben. & in cap. cum veniſſent,
„ colum. 4. de jud. & illam gloſſam pluribus
„ rationibus comprobat Rom. in conſilio 523.
„ *quæſtio diſcutienda eſt*. Primo quod Papa, qui
„ in notorio crimine perſiſtit & non vult cor-
„ rigi in ſuſpicionem hæreſis 38. diſtinct. in
„ Can. fin. 81. diſtinct. in Can ſi qui ſunt, &
„ in cap. final. de pœn. Sed pro hæreſi Papa
„ accuſari poteſt, dicto Can. ſi Papa: Ergo &
„ pro tali crimine, & fuit iſta ratio gloſſæ, in
dicto Can. ſi Papa.

„ VI. Secundo, quia removetur Epiſcopus
„ ab Eccleſia particulari ut ſcandalum tolla-
„ tur, ut notat Innocentius in cap. cum pri-
„ dem, de renunc. idem à fortiori videtur
„ dicendum in ſummo Pontifice, in quo eſt
„ periculum univerſalis Eccleſiæ. Tertio per
„ auctoritatem Euangelii, *ſi oculus tuus aut pes*
„ *ſcandalizaverit te*, de quo textu eleganter
„ loquitur in Can. illud ſane, 24. quæſt. 2. *ex-*
„ *pedit enim ut unus homo moriatur pro populo ne*

tota gens pereat: Ergo Papa incorrigibilis mo- "
riatur civiliter, ne tota Eccleſia pereat: quia "
Papa poſitus ad gubernationem populo- "
rum non debet eſſe ruina illorum, ut textus "
dicit. 11. quæſt. 3. in Can. ita corporis: Nam "
tot mortibus dignus eſt. quot exempla per- "
ditionis ad populos ſuos tranſmittit, Can. "
præcipue, 11. quæſt. 3. Quarto quia Papa "
poſitus eſt ut vitia extirpet, exceſſus cor- "
rigat, & mores reformet, ut habetur in "
procemio Clemen. verſ. *quia etiam*: & ideo "
hac ratione Zacharias privare potuit Childe- "
ricum Regem Franciæ regno: quia ex ſuo "
regimine, univerſo regno ſcandala immi- "
nebant, 15. quæſt. 6. in Can. alius, cum "
gloſſa. Pari ratione Concilium poteſt Papam "
deponere, cum ſuper eo in tali caſu habeat "
poteſtatem, ut latius Roman. concludit "
in conſi. ſupra allegato, & hoc idem tenet "
Bald. in cap. olim, col. fin. circa finem in "
verſ. *idem dicit*, de reſcript. ubi refert Hu- "
gutionem in Can. ſi duo forte, 79. diſtinct. "
& poſt eum concludit, quod Papa poteſt "
removeri propter notorium crimen & enor- "
me. Et hoc comprobatur quia delictum no- "
torium Papæ & Prælatorum, facile tranſit "
in exemplum ſubditorum, & ſcandalum "
generatur mentibus laicorum dicentium, "
ubi eſt Deus clericorum? ut dicitur in cap. "
Magnæ, de voto. Unde pro tali delicto "
ſcandaloſo, videtur quòd accuſari poſſit: "

Q 2 quia "

„ quia videmus, quod licet Papæ regulariter
„ obediendum ſit, etiamſi præceptum grave
„ & intolerabile videatur, 19. diſtinct. Can.
„ in memoriam. & 100. diſt. Can. contra mo-
„ rem, tamen ubi ſcandalum imminet, non
„ eſt Papæ obediendum, ut notat Innocen-
„ tius in cap. inquiſitioni, de ſentent. ex-
„ comm. circa finem: ubi inquit, non eſſe
„ obediendum Pepæ, quando ex tali præ-
„ cepto præſumeretur ſtatus Eccleſiæ per-
„ turbari, vel forte alia mala ventura eſſe, quia
„ tunc obedientes peccant, cum debeant
„ futura mala præcavere & non juvare, ut
„ formaliter Innocentius ibi dicit, quam ſe-
„ quitur ibi Hoſtienſis & Joannes Andræas,
„ Petrus de Peruſio, Antonius de Butrio, &
„ Abbas, & Cardinalis. in Conſi. 147. *videtur*,
„ circa finem & in Conſi. 150. *quæſitum ſæpe*
„ *fuit*, in fine. Abb. in cap. ſi quando, de re-
„ ſcrip. in cap. cum teneantur, de Præbend.
„ Et propter hoc Abb. in dicto cap. inquiſi-
„ tioni, excuſat Cardinales qui receſſerant à
„ Gregorio XII. ratione ſcandali quod im-
„ minebat, ut citati ſub pœna excommuni-
„ cationis non teneantur comparere. Ita ergo
„ videtur in propoſito dicendum, quod licet
„ regulariter à nemine Papa debeat judicari,
„ tamen iſta regula limitari debet, & non
„ habere locum quando Papa in crimine ſcan-
„ daloſo reperitur.
„ VII. Nem ratione ſcandali generaliter à
com-

communibus regulis receditur, ut ex pluribus probat Roman. in l. ſi vero, §. de viro, in 7. fallentia ff. ſol. matrim. facit textus in cap. cum teneamur, de præbend. in cap. quia circa, de conſang. & affinit. cum ſimilibus, ut tradunt moderni in dicto cap. nihil, de præſcript. Ad idem facit textus in Can. presbyteros, in Can. pervenit 95. diſtinct. in Can. de his vero 50. diſtinct. & 23. quæſt. 3. Can. 1. §. 1. Et ideo bene conſonat, quod ſi ſcandalum aliter removeri non poteſt, quod Papa accuſari poſſit.

VIII. Et videmus in judicibus facientibus aliquid de facto extrajudicialiter, quibus de facto armata manu reſiſti poteſt, l. prohibitum Cod. de jure fiſc. lib. 10. notat Innocentius, in cap. ſi quando, de officio deleg. Bart. in tractatu Qui ſint rebelles, in verbo *rebellando*, in principio: gloſſ. in l. non videtur §. qui juſſu, ff. de reg. juris: Dinus in regula Quod quis, de regul. juris in 6. Bald. in l. ut vim in 7. quæſt. ff. de juſt. & jure. in l. 1. in 12. quæſt. Cod. Unde vi. Cardinalis in Clement. 1. in fine, in verſiculo 9. *quæro*, de celebr. Miſſa. Abb. in cap. Conquerente, in ultimo notab. de reſtit. ſpol. Alexand. in Conſil. 144. *poſt redditum primum*. Con. col. 1. lib. 2. cum ſimilibus quæ nota ſunt. Ita ergo videtur dicendum in ſummo Pontifice, qui deprehenditur in notorio delicto, propter quod religio Chri-

„ ſtiana ſcandalizaretur ut illi poſſit & debeat
„ reſiſti, ſaltem per iſtam viam juris quod ac-
„ cuſari poſſit, ut ſcandalum perniciosum
„ quod imminet removeatur.

IX. Et ſi aliter diceretur, eſſet magnum
„ abſurdum, quia eſſet in poteſtate Papæ ſuis
„ malis moribus Eccleſiæ ſtatum turbare, &
„ Eccleſiam deſtruere, ſi reſiſti ſibi non poſ-
„ ſet: quod nullo modo dicendum eſt per ſu-
„ pra dicta. Nam jura quæ dicunt quod Papa
„ non poteſt turbare ſtatum Eccleſiæ, ut per
„ gloſſam 8. quæſt. 1. in Can. Apoſtolica, in
„ Can. per principalem. 9. quæſt. 3. & in cap.
„ literas, de reſt. ſpol. in verbo *non poteſt*, cum
„ ſimilibus, quæ parum operarentur ſi Papa
„ non poſſet accuſari, & à Concilio judicari;
„ quia parum eſſet jura condere, niſi eſſent
„ conſtituti magiſtratus qui illa exequerentur
„ l. 2. §. poſt. originem, ff. de Origine juris.

X. Et hoc idem confirmatur, quia
„ privilegium illud datum ſummo Pontifici,
„ ut ab alio judicari non poſſit, non videtur
„ habere locum in iſto caſu, in quo maximum
„ detrimentum Eccleſiæ & fidelibus reſulta-
„ ret, arg. c. ſuggeſtum. de deci. ubi privi-
„ legium reſtringitur, ut non habeat locum
„ quando ſcandalum reſultaret: facit textus
„ in l. ex facto in principio ff. de vul. & pup. &
„ ad idem facit quia in tali privilegio mens &
„ intentio concedentis attenditur, dicta l. ex
„ facto. ubi Bald. in 3. notabili. & Innocentius
in

Digitized by Google

in cap. cum Eccleſiaſticæ, de except. intentio autem concedentis non videtur fuiſſe quod voluerit privilegiare perſonam Papæ, ſtante ſcandalo in præjudicium Eccleſiæ, *cum ipſi Eccleſiæ plus tribuendum ſit quam perſonæ Papæ*, ut in ſimili dicitur, quod major favor præſtatur loco, quam perſonæ, in cap. ne aliqui, & gloſſa fin de privil. in 6. ad idem gloſſa in cap. fin. in verbo *dignitatibus*, de reſcrip. in 6. in cap. ad noſtram, in gloſſa 1. in fine de confir. utili. Et ita ex omnibus ſupradictis corroborata eſt concluſio gloſſæ, in dicto Can. ſi Papa, & plurimum etiam confirmabitur ex his quæ inferius dicam, reſpondendo ad allegata in contrarium.

XI. Et nobis ſufficit quod opinio dictæ gloſſæ, communiter approbata ſit à doctoribus juris Canonici, ut ex ſupradictis colligitur. Nec curandum eſt quod Theologi aliter dicant, quia in iſta materia magis ſtandum eſt Doctoribus Canonum, quam Theologiæ Magiſtris, quia hic non agitur de articulis fidei, ſed de moribus & integritate vitæ, quo caſu magis credendum eſt profeſſoribus Canonum, prout eſt in Matrimonio, in Voto, in Decimis, in Uſuris, quia iſta reſpiciunt moralem philoſophiam, ut late tradit Petrus de Ancharano, in diſputatione incipiente, *Antiquis & modernis temporibus*, quem refert & ſequitur Joannes de Ana. in cap. in civitate, in 4. Char. de Uſuris.

,, ſuris. Alexand. in conſi. 1. col. 6. lib. 2. Et
,, ex his habetur repſponſio generalis ad o-
,, mnia allegata ſupra in contrarium.

XII. Ad majorem tamen declarationem
,, ſpecialiter ad omnia reſpondetur. Primo,
,, ergo non obſtat quod dicitur in Can. alio-
,, rum, 9. quæſt. 3. cum ſimilibus quæſtioni-
,, bus allegatis in contrarium, quia procedunt
,, regulariter, & talis regula limitatur non
,, procedere in quibuſdam caſibus ſupra dictis,
,, & præſertim in hæreſi, per textum in dicto
,, Can. ſi Papa. Non obſtant quædam jura, in
,, quibus etiam de hæreſi Concilium noluit
,, judicare Symmachum Papam, nec Marcel-
,, linum, quia primo de Symmacho (ſecundum
,, gloſſam ibi in verbo *immunis* dicto Canone
,, Concilia, §. hinc etiam, in verb. Symmachus
,, Papa) calumnioſe accuſatus fuit, & conſta-
,, bat Concilio de calumnia, ideo abſolutus
,, fuit: Et licet textus dicat *cauſa Simmachi Dei*
,, *judicio reſervatur*, ita placuit pronunciare
,, Concilio, quia non conſtabat de crimine,
,, & de occultis Eccleſia non judicat 32. quæſt.
,, 5. in can. erubeſcant & in 2. quæſt. 5. in Can.
,, conſuluiſti. Si enim crimen hæreſis proba-
,, tum fuiſſet, Concilium judicare potuiſſet,
,, ut probatur in dicto Can. ſi Papa. *Nam vana*
,, *fuiſſet congregatio Concilii, ſi poteſtatem judican-*
,, *di non habuiſſet*. Secundo de Marcellino, non
,, fuit judicatus ut hæreticus, quia paratus
,, erat ſe corrigere, quo caſu non debet pro
hæ-

Digitized by Google

hæretico reputari, ſi Papa velit ſe corrigere, "
ſecundum gloſſ. in dicto Can. ſi Papa, in "
verbo *à fide*. Facit textus in cap. ad abolen- "
dam, de hæret. 24. quæſt. 3. Can. dixit A- "
poſtolus. Et gloſſa 2. in Can, nec licuit, 17. "
diſtinct. & gloſſa 3. 24. quæſt. 1. in Can. hæc "
eſt fides. Secundo reſpondetur quod Mar- "
cellinus compluſus idolis ſacrifivavit, unde "
per hoc non dicitur hæreticus licet pecca- "
verit, ut dicitur de pœnit. diſtinct. 1 in Can. "
poteſt fieri, in gloſſa 2. & idem gloſſa fin. 9. "
quæſt. 3. in Can. non ſolum : Et in hæreſi "
omnes ita tenent. Unde non eſt in hoc labo- "
randum. Non obſtat quod dicit Hoſtienſis "
in dicto cap. propoſuit, quod illa verba *dic* "
Eccleſiæ, intelliguntur in ſummo Pontifice "
de Eccleſia triumphanti, & non de Eccle- "
ſia militanti, quia illud verum eſt regulari- "
ter, ſed fallit in quibuſdam caſibus ſupra- "
dictis, & præſertim in hæreſi, & crimine "
ſcandaloſo. Et ita Abb. in terminis dicit in "
dicto cap. propoſuit col. fin. ubi inquit di- "
ctum Hoſtienſis procedere in delicto occul- "
to, pro quo non ſcandalizatur Eccleſia; ſe- "
cus ſi notorium ſit & ſcandaloſum delictum, "
quia tunc tota regula Euangelica habet lo- "
cum in ſummo Pontifice, cum pro tali cri- "
mine accuſari poſſit, ut voluit ſingulariter "
gloſſa in dicto Can. ſi Papa, 40. diſtinct. Et "
ad ſupradicta omnia etiam aliter & late re- "
ſpondet Roman. in Conſi. 523. ſupra allega- "
 to.
Digitized by Google

„ to. Non obſtat ſucceſſive quod contra illam
„ tenent Theologi, quia nobis ſufficit quod
„ approbata ſit per Magiſtros & Doctores Ca-
„ nonum, quorum auctoritas in caſu iſto præ-
„ valet ut ſupra dictum fuit: Non obſtat quod
„ ratio gloſſæ, in dicto Can. ſi Papa, non vi-
„ detur vera, quia in tali caſu non dicitur pro-
„ prie hæreſis, & textus in dicto Can. ſi Papa.
„ de hæreſi proprie intelligitur, ut ſupra in
„ contrarium late dictum fuit.

„ XIII. Quia pro reſponſione & intellectu
„ dictæ gloſſæ advertendum eſt, quod gloſſa
„ ibi in dicto Can. ſi Papa, ponit duos caſus, in
„ quibus Papa accuſari poteſt. Primus eſt in
„ hæreſi, ut ibi expreſſe dicitur: Secundus eſt
„ in alio delicto notorio & ſcandaloſo, in quo
„ Papa incorrigibilis ſit: Illa enim incorrigi-
„ bilitas ſeu contumacia dicitur hæreſis ſecun-
„ dum gloſſam ibi, & tali caſu non requiritur
„ quod ſit hæreſis proprie, quia tunc ſecun-
„ dus caſus reduceretur ad primum de hæreſi.
„ Et non eſſet verum quod in duobus caſibus
„ Papa accuſari poſſit, ut gloſſa ibi dicit, unde
„ ſufficit quod in ſecundo caſu, ſcilicet delicto
„ notorio & ſcandaloſo ſit largo modo hæreſis
„ cum illa qualitate ſcandali. In hæreſi vero
„ proprie, etiamſi delictum eſſet occultum
„ Papa accuſari poteſt, ut gloſſa ibi dicit, &
„ ideo argumentum Theologorum factum
„ ſupra in contrarium, non convenit ad men-
„ tem & intentionem gloſſæ, ſi recte conſi-

de-

Digitized by Google

deretur. Et ita dixi dum haberem ſermo- “
nem de hac re cum aliis Doctoribus in hac “
cauſa requiſitis. Et per hoc etiam reſpon- “
detur ad aliud, quo dicebatur, quod Canon, “
Si Papa, intelligitur de hæreſi proprie, quia “
illud verum eſt quando Papa deberet accu- “
ſari de hæreſi ſimpliciter, ſecus ſi agatur de “
crimine ſcandaloſo, quia ratione ſcandali, “
Papa accuſari poteſt licet non ſit proprie hæ- “
reſis, ſecundum gloſſam in dicto Can. ſi Pa- “
pa, quæ communiter approbatur: Non ob- “
ſtat quod illa gloſſa non probatur jure quia “
immo probatur ratione ſcandali, ut ſupra “
dictum fuit: Non obſtat quod exceptio fa- “
facta in Can. ſi Papa, de caſu hæreſis contra “
regulam quæ ibi ponitur, confirmare vide- “
tur regulam in caſibus non exceptuatis, quia “
illud verum eſt in aliis caſibus diſſimilibus “
ab exceptuatis. Secus eſt in ſimilibus caſi- “
bus, quia exceptio facta in uno ad ſimilem “
caſum porrigitur, ut notat Abb. per illum “
textum, in cap. cum dilecta, de confir. util. “
vel inutil. & idem Abbas, in cap. juravit, de “
probat. in cap. ad audientiam de Cleri. non “
reſiden. & notat Bald. per illum textum, in “
cap. poſt tranſlationem, in verbo *quanquam* “
de renunt. Et hoc etiam procedit ſi exce- “
ptio facta ſit per dictionem taxativam *tan-* “
tum, ut notat Bartol. in l. ſi conſtante in prin- “
cipio, ff. ſoluto matr. in l. 3. §. cum Titio, “
ff. de adimen. legat. Et tradit Angelus, in “
legem

Digitized by Google

„ legem ſi hominem, §. in Ædilitiis ff. de Ædil. edict. in l. Paulus, §. hæres rogatus, ff. de uſuris, cum ſimilibus, ut Alexand. ſcribit in l. 1. Cod. de bonor. poſſeſ. contra tabul. & in dicta l. ſi conſtante, in 2. chart. & in Conſilio 130. *in cauſa*, col. 3. lib. 4. & in propoſito ratione ſcandali, caſus videtur ſimilis hæreſi, ſecundum gloſſam in dicto Can. ſi Papa, quæ communiter approbatur, ut ſupra dictum eſt. Et ad hoc bene facit, quod notat Salicetus in l. de crimine, in 2. oppoſit. Cod. qui accu. ubi per illum textum dicit, quod licet aliquid ſpecialiter exprimatur, non per hoc videtur derogatum aliis caſibus qui alia via & alio modo includuntur.

„ XIV. Et facit etiam quod dici ſolet, quod licet exceptio firmet regulam, non tamen videtur illam ampliare, ad ea quæ alias ſub regula non comprehenduntur, ut notat Bart. in l. generali, §. uxori ff. de uſufructu legat. Abbas in cap. in noſtra, de ſepul. cum ſimilibus quæ nota ſunt. Ulterius etiam conſiderandum eſt quod textus in dicto Can. ſi Papa dum excipit caſum hæreſis, non videtur loqui de hæreſi proprie, ut ſupra dicebatur, cum utatur verbis generalibus, dum inquit, *niſi ſit à fide devius*, iſta enim verba etiam in hæreſi largo modo verificari videntur.

„ XV. Et ideo videntur habere locum in Simoniaco & ſchiſmatico, quia largo modo di-

dicuntur hæretici, ut ſupra dictum eſt, & "
idem in ſimilibus caſibus, ut in Can. omnes "
22. diſtinct. ubi in hæreſin labitur, qui privi- "
legia Romanæ Eccleſiæ auferre conatur: "
Ad idem facit textus in can. fin. 30. diſtinct. "
& 4. quæſtione 1. in Can. quod autem, & 24. "
quæſt. 3. in Can. hæreſis, in cap. cum con- "
tumacia, de hæretic. in 6. cum ſimilib. Ul- "
timo non obſtat, quod textus in dicto Can. "
ſi Papa, dum ponit regulam, quod Papa ju- "
dicari ab alio non poſſit, videtur etiam loqui "
in delicto ſcandaloſo, ut ſupra ponderatur, "
quia loquitur ille textus quando Papa erat in "
ſuis operibus negligens & remiſſus. "

XVI. Et ſic in delicto in non faciendo, "
in quo minor eſt culpa quam in faciendo, "
prout loquitur gloſſa in dicto Can. ſi Papa. "
argum. gloſſ. in l. ſi mora, ff. ſolut. matrim. "
Et ideo non valet argumentum in delicto "
quod fit in omittendo, ad id quod fit in com- "
mittendo, ut notat Bart. in l. licet, §. fin. ff. "
de pecul. facit textus in l. Argentarius, §. cum "
autem; & quod ibi Bald. ff. de edendo. Et "
ſatis eſt nobis, quod gloſſa iſta in dicto Can. "
ſi Papa. communiter approbetur. Et ſic re- "
motis omnibus allegatis, ſupra in contra- "
rium firmata remanet Concluſio, *quod Papa* "
accuſari poſſit de notorio crimine in quo incorrigi- "
bilis ſit & Eccleſia ſcandalizatur: Et ita primum "
dubium breviter abſolutum ſit. "

XVII. Venio ad ſecundum dubium, in "
quo

" quo quæritur, an Papa qui poſt ejus creatio-
" nem juravit & vovit infra biennium celebra-
" re Concilium, efficaciter obligetur, ita quod
" ſe abſolvere non poſſit: Et prima facie videre-
" tur dicendum, quod ſeipſum abſolvere poſſit,
" ut in terminis voluit Petrus de Anchar. in cap.
" venerabilem, in fin. de elect. dicens, *quod ille*
" *qui non habet ſuperiorem poteſt ſeipſum abſolvere à*
" *juramento*. Et Petrus de Anch. refert noviſſime
" & ſequitur Felinus in cap. 2. de ſponſ. col. 8. in
" verb. *tertia declaratio*, & in cap. 1. in 4. chart.
" in verb. *ſexta declaratio*, de conſti. & ibi dicit,
" non obſtare ſi dicatur quod debet eſſe diſtin-
" ctio perſonarum inter abſolventem & abſo-
" lutum, argum. cap. fin. de inſti. & in cap.
" per veſtras, de jure patron. quia ipſe reſpon-
" det dupliciter: Primo, quod illa regula eſt
" de jure poſitivo, cui Papa non ſubjicitur. cap.
" propoſuit, de conceſſ. præbend. Secundo,
" quod Papa poterit alteri ſuam abſolutionem
" committere, juxta gloſſam, in cap. ſane.
" Clem. 1. de offic. delegat. & talis abſolutio
" non eſſet neceſſaria, ſi facta fuiſſet dicta pro-
" miſſio antequam ad Papatum promoveretur,
" quia non valuiſſet, ut notat, Abb. in cap. ſi-
" cut noſtris, in 3. notabili de jurejurando,
" ubi inquit, quod ſi Cardinales ante creatio-
" nem Summi Pontificis aliqua ſtatuunt, &
" promittunt etiam cum juramento illa obſer-
" vare, ſi contingat aliquem ipſorum ad Papa-
" tum promoveri, tale Juramentum non valet
" per illum textum. Sed

Sed breviter his ut infra apparebit remotis, contrarium de jure in caſu propoſito concludendum eſt, videlicet quod ex tali promiſſione efficaciter Papa obligatur, nec ſe abſolvere poſſit. Nam quod Papa tali caſu obligetur, non videtur dubitandum, quia juramentum & votum eſt de jure divino, ut per gloſſam in cap. quanto, de jurejur. Cui Papa ſubjicitur; ut notatur in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. 17. quæſt. 1. in Can. ſunt quædam. Et hac ratione Papa, qui eſt Princeps ex ſuo contractu aſtringitur, ut notatur in cap. 1. de probat. in cap. 1. de natura. feud. ubi Bald. notat. Cynus in l. digna vox, in verſic. ultimo *ſcias*. Cod. de leg. cum ſimilibus quæ nota ſunt. Nam & Deus ipſe, ex ejus promiſſione obligaretur, ut notat Bald. in l. 1. in princip. ff. de pact. ubi Magiſtrum ſententiarum ita dicentem refert: Et in terminis in caſu noſtro hoc ſpecialiter tradit Antonius de Butr. in cap. 1. col. 2. in ver. *ex quibus patet*, de conſtit. ubi refert caſum qui fuit tempore Gregorii XII. Cum enim de ejus electione tractaretur in conclavi, ante Papatum & etiam poſt, promiſit, juravit, & vovit renunciare Papatui pro ſedando ſchiſmate, quod 30 annis duraverat: & eodem modo promiſit non creare Cardinales, poſtea noluit implere quod promiſerat, & propter hoc quam plures Cardinales ab eo de civitate Lucana receſſerunt, & ſe Piſas

con-

„ contulerunt. Concludit Ant. de But. in di-
„ cto cap. 1. col. 2. in verſic, *& ſic Papa*, de
„ conſtit. quod in tali caſu Papa efficaciter
„ obligatur, adeo quod ſeipſum abſolvere nul-
„ lo modo poſſit. Et idem tenet Imola ibi col.
„ 3. quia debet eſſe diſtinctio perſonarum in-
„ ter ipſum abſolventem & abſolutum arg.
„ cap. fin. de inſti. & ad hoc facit quia in facto
„ proprio quis ſeipſum abſolvere non poteſt.
„ ut de voto notat Abbas in cap. Magnæ, in
„ princip. de voto.
„ XVIII. Et quia hoc videtur duplex vin-
„ culum voti & juramenti, quod potentius li-
„ gat, cap. 1. de treug. & pace.
„ XIX. Et hoc bene facit, quia quando
„ Princeps ex contractu obligatur, etiam de
„ plenitudine poteſtatis contravenire non po-
„ teſt, ut notanter dicit Paulus de Caſtro, in
„ dicta lege digna vox, Cod. de legib. Et
„ idem Bald. in cap. 1. §. ad hæc col. 5. in ver.
„ *item notatur* ex gloſſa de pace juramento fir-
„ mata: idem tenet Paulus de Caſtro in Con-
„ ſilio 420. *videtur in antiquis*. Et hoc idem in
„ terminis hujus quæſtionis tradit Petrus de
„ Anch. in Conſil. 65. *pro declaratione dubiorum*
„ colum. 2. Et quod dictum eſt Papam ſeipſum
„ abſolvere non poſſe, maxime haberet locum
„ quando Papa jam in perjurium incidiſſet,
„ quo caſu, quando quis incidit in perjurium
„ abſolutio fieri non poteſt, ut notat Feder. in
„ Conſil. 300. *factum tale eſt*, *Debitor*: & ſequi-
tur

Digitized by Google

tur Abb. in cap. 1. col. penult. de jurejur. "
Anthon. de Butr. & Immol. in cap. debitores. de jurejur. Roman. in Conſil. 426. *in re præſenti*, in prin. & idem Bald. in Authen. quod eis in fin. Cod. de nuptiis, in l. 1. in fi. Cod. ſi adverſus rem judicatam.

XX. Præterea dato, ſine præjudicio veritatis, quod abſolutio fieri poſſit à ſummo Pontifice abſolvendo ſeipſum, hoc intelligitur cum cauſa, ſine cauſa vero nullo modo fieri poteſt, ut de ſummo Pontifice in caſu noſtro notat, Abb. in dicto cap. 1. de conſtit. col. 3. & idem Abb. in cap. quanto, col. 4. in ver. *ex quo infero*, de jurejur. & in cap. propoſuit, col. 3. de conceſſ. præben. Nam etiam alios ſine cauſa Papa abſolvere non poteſt, ut per gloſſ. in dicto cap. quanto. Talis enim abſolutio debet fieri cauſa cognita, ut notat Innocent. in cap, ad aures, quod metus cauſa, Abb. in cap. 1. col. penult. de jurejur. Cauſa intelligitur quando juramentum eſſet illicitum, ut notat Cardinal. in Clement. 1. §. final. in 17. quæſt. de jurejur. ubi allegat Innocent. in cap. debitores, eod. tit. de jurejurando: & idem tradit Paulus de Caſtro in Conſil. 216. *præſuppoſito ſine præjudicio*, col. 2. ubi inquit quod abſolutio à juramento peti non poteſt, niſi quando juramentum extortum fuiſſet dolo vel metu vel ſuper illicita, puta ſuper uſuris: ut per Innocent. in cap. ſi vero, de jurejur. ſecus ubi li-

Digitized by Google

„ citum fuit juramentum, quia debet efficaci-
„ ter obſervari : nec abſolutio peti poteſt, ſi-
„ cut in cap. quamvis, de pact. in VI. & in cap.
„ cum contingat, de jurejur. & in ſimilibus
„ caſibus, quia ſi licitum fuit juramentum ab-
„ ſolutio fieri non poteſt, ut tenent Archid
„ Joann. Andræas & Dominicus in dicto cap.
„ quamvis: Angelus in l. ſi quis pro eo in prin-
„ cip. ff. de fidejuſſo. Roma im Conſil. 427. in
„ caſu propoſito. in fin. Paulus de Caſtro in di-
„ cto Conſil. 229. & in Auth. ſacramenta pu-
„ berum col. 3. Cod. ſi adverſ. vendi. Alex. in
„ Conſil. 42. *ſuper præmiſſo* col. penult. lib. 1. &
„ in Conſil. 51. *viſis*, lib. 3. cum ſimilibus quæ
„ nota ſunt. Et ideo cum in caſu noſtro licitum
„ fuerit juramentum, ut Concilium fieret pro
„ reformatione Eccleſiæ, Papa efficaciter de-
„ buit illud obſervare, & nullo modo abſolvi
„ potuit. Et ita etiam dixi ſuperioribus die-
„ bus cum ad lectionem meam acceſſiſſent re-
„ verendiſſimi Cardinales Sanctæ Crucis &
„ Coſſenſis. Non obſtant allegata ſupra in
„ contrarium, quia reſponſio colligitur ex ſu-
„ pradictis, & etiam formaliter reſpondendo
„ non obſtat dictum Petri de Anch. in dicto cap.
„ venerabilem, quia non eſt verum, ſaltem in
„ caſu noſtro, & contrarium tenent Antonius
„ de Butr. & Imola, in cap. 1. de conſt.

XXI. Quia non videtur, quod quis ſei-
pſum abſolvere poſſit, cap. fin. de inſtitu. nec
„ obſtat quod illa regula ſit de jure poſitivo,
quia

Digitized by Google

quia imo videtur de jure naturali, quia ſibi "
ipſi quis imperare nec ſe prohibere poteſt, "
l. penult. ff. de arbitris. Non obſtat quod "
alteri Papa abſolutionem committere poſſit, "
quia ille alius faceret nomine Papæ, & ſic vi- "
deretur ipſe Papa facere per alium, ut Abbas "
declarat in cap. fin. de inſtit. Præterea & ſe- "
cundo dato, quod Papa ſeipſum poſſet ab- "
ſolvere hoc eſſet intelligendum in his qui- "
bus habet poteſtatem abſolvendi : ſecus vi- "
detur in his quæ ſunt de jure naturali, vel "
divino, vel ex contractib. in quibus efficaci- "
ter obligatur, ut ſupra dictum eſt. Vel ter- "
tio concludenter reſpondetur, quod dictum "
Petri de Anch. habet locum, prout etiam "
ipſe loquitur, quando ſubeſſet juſta cauſa "
abſolvendi, ſed nulla cauſa ſubſiſtente, ab- "
ſolutio nullo modo fieri poteſt per ſupradi- "
cta. Et iſta eſt clara reſponſio quæ de plano "
& indubitanter procedit. Non obſtat quod "
notat Abb. in dicto cap. ſicut noſtris, quia in "
caſu noſtro nihil facit : nam ibi Abb. loqui- "
tur quando fuit facta promiſſio in conclavi "
ante electionem Pontificis, ſed in caſu pro- "
poſito fuit facta promiſſio à ſummo Pontifi- "
ce, poſt ejus promotionem. Præterea Abb. "
ibi loquitur quando promiſſio facta erat in "
præjudicium dignitatis Pontificialis, quod "
non eſt in caſu iſto, in quo promiſſio reſpicit "
honorem & dignitatem Eccleſiæ univerſa- "
lis, ut Concilium congregetur pro refor- "

 matione

„ matione Eccleſiæ, & cultus divini, qui de-
„ bet augeri, cap. ex parte de conſti. cap. vaſa,
„ de conſec. diſtinct. 1. & ibi gloſſa. & favor
„ Eccleſiæ reſpicit utilitatem publicam, ut
„ notatur per gloſſ. 24. quæſt. 4. in Can. quid
„ ergo: facit textus in l. 1. §. hujus ſtudii, ff.
„ de juſtit. & jur. & ex his ſatisfactum ſit ſe-
„ cundo dubio: & *Concluſio eſt, quod Papa ex*
„ *tali promiſſione efficaciter obligetur, & non poſſit*
„ *aliquo modo abſolvi, & quod ad obſervationem*
„ *juramenti & promiſſionis aſtringi poſſit.*

XXII. Accedo ad tertium dubium, in
„ quo breviter & concluſive reſpondetur,
„ quod licet regulariter Concilium Generale
„ Papam judicare non poſſit, ut notatur per
„ gloſſam in can. nemo, 9. quæſt. 3. & in can.
„ mandaſtis, 2. quæſt. 5. Tamen in caſibus
„ ſpecialibus, in quibus ſupra dictum eſt quod
„ Papa accuſari & conveniri poteſt, dicendum
„ eſt & concludendum, quod Concilium Ge-
„ nerale ſit judex: hoc expreſſe omnes dicunt
„ in cauſa hæreſis & fidei. gloſſa & Domin. in
„ can. Anaſtaſius 19. diſtinct. Archid. & Do-
„ minic. in cap. Dei favore, de hæret. in 6.
„ Abb. in cap. propoſuit, de conceſſ. præbend.
„ colum. penult. in cap. ſignificaſti, in 7. dub.
„ de elect. & in cap. fraternitatis in princ. de
„ hære. Archiep. Florentinus in tit. 23. cap.
„ 2. §. 6. in 3. parte ejus ſummæ, Cardin. in
„ Conſil. 150. *quæſitum ſæpe fuit*, in 4. dub. Et
„ tali caſu conſiderandum eſt, quia non eſt
ſpe-

ſpeciale quod concilium ſit judex contra Pa- “
pam in cauſa hæreſis. Licet enim ſit ſpecia- “
le, quod Papa in cauſa hæreſis judicari poſ- “
ſit, dicto can. ſi Papa, 40. diſtinct. hoc poſi- “
to videtur quod de jure communi Conci- “
lium ſit judex in tali caſu: quia parum eſſet “
jura condere, niſi eſſent Magiſtratus qui illa “
exequerentur. l. 2. §. poſt orginem ff. de orig. “
juris; ideo ſtatim quod ſtatutum ſpecialiter “
fuit, quod Papa in cauſa hæreſis judicari “
poſſit, videtur quod ordinario jure ab ipſo “
Concilio judicari debeat. Et ideo, pari ra- “
tione videtur, quod etiam in omnibus caſi- “
bus, in quibus Papa judicari poteſt, quod “
Concilium Generale ſit judex. Et ad hoc “
facit quod notat. Card. in dicto Conſilio 150. “
in primo dubio: & quod in crimine notorio “
& ſcandaloſo Papa à Concilio judicari poſſit, “
late probat Roman. in Conſil. 523. *quæſtio* “
diſcutienda, per totum: & idem Abbas dicit “
in cap. propoſuit de conceſſ. præbend. col. “
fin. & doctores omnes in locis ſupra allegatis “
in primo dubio, qui tenent quod Papa judi- “
cari poſſit, intelligunt à Concilio: & faciunt “
iſtam conſequentiam quod ſi Papa judicari “
poteſt quod Concilium ſit judex. Et ideo “
in hoc non videtur laborandum, & in iſta “
concluſione reſidet Card. Alexandrinus in “
can. Synodum col. 2. 17. diſtinct. & ita bre- “
viter tertium dubium expeditum ſit, quod “
ſatis cum primo conjunctum videtur, ut ſu- “
pra dictum eſt.

„ XXIII. Ultimo ſupereſt quartum du-
„ bium, præſuppoſito quod Concilium Gene-
„ rale ſit judex in caſibus ſpecialiter ſupradi-
ctis. Quæritur de modo congregandi
„ Concilium, & ad hoc etiam paucis reſpon-
„ detur, quod licet congregatio Concilii Ge-
„ neralis regulariter debeat fieri à ſummo
„ Pontifice, 3. diſtinct. §. porro, & in Can. 1.
„ & per totum 17. diſt. tamen quando Papa
„ ipſe accuſari & judicari debet, auctoritas Pa-
„ pæ in cauſa ejus propria non requiritur, ut
„ decidit Baldus in cap. olim circa finem, in
„ verbo *idem ait*, de reſcrip. & tali caſu con-
„ gregatio Concilii ſpectat ad Cardinales, &
„ ſufficit major pars præſentium, & non ha-
„ bet locum quod dicitur in cap. licet de elect.
„ & idem Bald. dicit in dicto can. olim col.
„ pen. & quod dictum eſt de Cardinalib. idem
„ ſequitur Card. in Conſil. 150. ſupra allegato,
„ in 3. dubio: & idem concordat Archiep. Flo-
„ rent. in tertia parte ſuæ Summæ in tit. 23.
„ cap. 2. §. 7. & cum prædictis concordat Abb.
„ in cap. licet, col. 3. de elect. in verſ. *quis au-*
„ *tem*, ubi ad hoc allegat Huguti. in can. ſi
„ duo forte, 79. diſt. & dicit Abbas, ibi hoc
„ practicatum fuiſſe Piſis: ubi Cardinales con-
„ gregati ſcripſerunt ad Principes & Prælatos.
„ Et ſi Cardinales non concordarent in
„ congregando Concilium: ad Impera-
„ torem ſpectaret talis congregatio Con-
„ cilii, ut Cardin. concludit in dicto con-

ſil.

ſil. 150. in quarto dubio, ubi inducit textum in can. 65. diſtinct & hoc latius proſequitur Cardin. in conſilio præallegato, & Archiep. Flor. in 3. parte tit. 23. cap. 2. §. 7. ſupra allegato. & in quia per alios plene ſcriptum eſt, ulterius non inſiſto.

XXIV. Ulterius tamen inſiſtendum eſt quia revocatur in dubium & quæritur, An minor pars Cardinalium, pro congregatione Concilii Generalis majorem partem requirere poſſit: & prima facie videbatur dicendum quod non, quia licet in caſu ſupradicto talis congregatio ſpectaret ad Cardinales, ut ſupradictum fuit, videtur illis competere uti Collegio, & non ut ſingulis, ut Bald. dicit in cap. olim, col. pen. de reſcript. & ideo major pars ipſorum requiritur, ut etiam Bald. expreſſe dicit, in dicto cap. olim, col. pen. allegat. l. quod major ff. ad munic. & ſubjicit, quod major pars præſentium requiritur, dum modo duæ partes præſentes ſint, l. nulli ff. quod cujuſque univ. Et hoc videtur procepere ſecundum regulam, quæ eſt quod in actibus Collegii, major pars attenditur: ut per gloſſam in cap. cum omnes de conſtit. in verbo tracta. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. cum ſimil. ergo nullo modo videtur quod minor pars poſſit requirere: & hoc idem videtur velle Cardin. in conſil. 150. ſupra allegato, ubi in 3. & 4. dubio concludit, quod ſi Collegium Cardinalium,

Digitized by Google

„ ad quod pertinet congregatio Concilii, ſit
„ diviſum, & non concordet in tali convoca-
„ tione ad Imperatorem talis poteſtas devol-
„ vitur. Ergo videtur, quod una pars Car-
„ dinalium hoc facere non poſſit, ſaltem ſi ſit
„ minor pars. Et eſt communis concluſio,
„ quod in actibus Univerſitatis vel Collegii
„ debeant duæ partes intereſſe, major pars
„ illorum ſufficit, & ita intelligitur, l. quod
„ major, ut Abb. concludit in cap. cum omnes
„ de conſt. & in cap. 1. circa fin. de his quæ
„ fiunt à majore, parte Capituli, notat Bart.
„ in dicta lege quod major, cum ſimilib. quæ
„ nota ſunt. Non obſtat quod minor pars
„ totam poteſtatem conſequatur propter alio-
„ rum contumaciam, ut notat Abb. in dicto
„ cap. cum omnes, & in cap. in cauſis. in ult.
„ notabili de elect. & in cap. cum nobis. col.
„ penult. eod. tit. & idem tradit Bald. in l. 1.
„ col. fin. Cod quando non pe. par. quia hoc
„ haberet locum quando illi de Collegio vel
„ Univerſitate citati & requiſiti fuiſſent à ſu-
„ periore, qui haberet poteſtatem citandi,
„ prout loquuntur Doctores in locis prælle-
„ gatis. Secus quando Collegium vel Uni-
„ verſitas per ſeipſam abſque ſuperiore debet
„ congregari, quia tunc præciſe duæ partes
„ requirunt, ut notanter Abbas dicit in dicto
„ cap. in cauſis: & ideo, cum in iſto caſu
„ Collegium Cardinalium debeat abſque ſu-
„ periore congregari, videtur quod duæ par-

tes

es omnino debeant intereſſe, ut Abb. “
Ↄecialiter dicit in cauſis. Similiter, non “
bſtat quod minor pars inſtante termino in- “
ra quem actus utilis vel neceſſarius debet “
xpediri, poteſt majorem partem convo- “
are, & in ejus negligentiam actum expe- “
ire, ut notat Anton. de Butrio & Abb. poſt “
oannem Andream in cap. cum nobis, col. “
enult. & fin. de elect. & Petrus de Anchor. “
ı cap. 1. de conſt. in chart. 15. verſ. *viden-* “
um reſtat: quia reſponderi poteſt quod in “
aſu iſto non inſtat terminus congregandi “
Concilium ipſis Cardinalibus: licet enim “
ımmo Pontifici eſſet præfixum tempus “
iennii, & illud elapſum ſit, tamen ipſis “
everendiſſimis Cardinalibus, ad quos po- “
eſtas congregandi Concilium devolvitur, “
on eſt ſtatutum tempus infra quod hoc fa- “
ere debeant. Et ſi dicatur, cum Domini “
ardinales in caſu videantur ſupplere ne- “
ligentiam Papæ, tempus duorum anno- “
um ſtatutum Papæ, videtur repetitum “
lis qui habent neligentiam ſupplere. cap. “
cet, de ſuppl. neglig. Prælat. cap. 2. de “
onceſſ. præben. facit textus in l. ſi judex, “
. de judi. Reſpondetur, quod ex quo etiam “
mpus aliorum duorum annorum decur- “
m fuit, ad Imperatorem vel alios talis “
oteſtas devoluta videtur: ita quod etiam “
nnes Cardinales non haberent ulterius “
oteſtatem, & ita prima conſideratione di- “
ndum videbatur.

 XXV.

XXV. Sed prædictis non obſtantibus,
„ ſaltem in caſu propoſito contrarium de jure
„ ſuaderi poſſe hoc modo videtur, quia ut
„ ſupra dictum eſt cum in iſto caſu agatur de
„ intereſſe Papæ in congregatione Concilii,
„ auctoritas ejus non requiritur. ut Bald. ex-
„ preſſe dicit in dicto cap. olim de reſcript.
„ ut ſupra dictum eſt. Cum non ſi veriſimile
„ quod ipſe velit conſentire, ex quo contra
„ eum congregatur, ut dicit Cardin. Ale-
„ xand. in can. Synodum 17. diſtinct. & vi-
„ demus in ſimili, quod licet aliquo caſu con-
„ ſenſus Prælati requiratur, cap. cauſam
„ quæ. de jud. tamen ſi agatur contra Præ-
„ latum, ejus conſenſus non requiritur, ut
„ Doctores tradunt in cap. edoceri, de re-
„ ſcrip. & notatur per gloſſam 2. quæſt. 7.
„ in cap. cum Paſtoris, & facit gloſſa magna,
„ in fine, in l. cum non ſolum. Cod. de bon.
„ quæ lib. Modo ſic quod dicitur de ſummo
„ Pontifice, idem dicendum videtur de Car-
„ dinalibus, qui ſunt apud eum vel Romæ,
„ qui nutu ipſius Papæ moventur, quia quan-
„ do caput ſuſpectum eſt, etiam alii qui veri-
„ ſimiliter caput ſequuntur ſuſpecti ſunt, &
„ de illis idem quod de capite judicatur, ut
„ notat Vincent. quem Abb. poſt allios re-
„ fert, & ſequitur in cap. 1. de jud. & idem
„ notat Bald. in l. 1. col. 1. Cod. ſi Rector.
„ provin. & facit textus in cap. accedens. el.
„ 1. & quod ibi Abb. ut lite non conteſt. unde
de

de talibus Cardinalibus idem dicendum eſt quod de ſummo Pontifice, iſti enim adhærentes ſunt ſummo Pontifici, & de adhærentibus idem judicatur quod de principali. cap. ad Apoſtolicæ. de re judicat. in 6. nota cap. 1. de poſtu. prælato. & in l. quæ religioſis, ubi Angelus in principio ff. de rei vend. Sicut ergo in tali congregatione Concilii Papa ipſe, contra quem debet Concilium congregari, excluditur, ita Cardinales qui cum eo ſunt excludi videntur, & poteſtas congregandi Concilium, quæ ad Cardinales devolvitur, intelligitur de Cardinalibus qui non adhærent ſummo Pontifici, quibus iſta facultas competere videtur.

XXVI. Secudo principaliter hæc concluſio ſic deducitur. Quia ego video, quod ubi agitur de intereſſe Eccleſiæ particularis ſi prælatus negligens ſit, poteſtas agendi ad Capitulum devolvitur, & Capitulo etiam negligente, devolvitur ad particulares Canonicos Eccleſiæ, ut notat Abb. in cap. cum olim col. 4. de teſt. ubi ad hoc allegat Innocent. in cap. dilecti de major. & obed. & idem Abb. in dicto cap. dilecti, col. 3. poſt. Hoſtienſem & idem tenent Anton. de But. Card. & Imola in dicto cap. cum olim, Lapus in allegatione 51. *diceba-tur in effectu*, in princip. & ad hoc facit quod notatur per gloſſ. in cap. ut circa, in princip.

,, in verbo *aliqui*, de elect. in 6. & quod habe-
,, tur in cap. ſi quis Presbyterorum. de reb.
,, Eccleſ. non alien. 12 quæſt. 2. can. non li-
,, ceat: & per gloſſam in can. conſtitutum. in
,, gloſſa penult. 16. quæſt. 1. & in can. ſi ſacer-
,, dotes, in verbo *moriendo*, 16. quæſt. 3. &
,, in cap. quia contingit, in verbo *indebite*, de
,, religioſ. dom. cum ſimil. & tali caſu de ne-
,, gligentia Prælati & Capituli conſtare dici-
,, tur, ſi quam primum potuerunt non ſunt
,, perſecuti jura Eccleſiæ, ut notat Anton.
,, de Butr. Abb. & Imola poſt Innocent. in
,, dicto cap. cum olim, de teſtib Et idem
,, concludit Lapus, in allegatione 51. ſupra
,, allegata, & ſecundum eos, alia monitio
,, non requiritur: quod maxime haberet lo-
,, cum ſi factum eſſet notorium, ut notatur
,, per gloſſam in Clem. quia contingit, de
,, religioſ. dom. in verbo *negligentia*, ut pro-
,, batur in cap. Romana, §. notoria. de cenſi.
,, in 6. & tradunt Are. & Mode. in dicto cap.
,, cum olim, & iſta ad caſum noſtrum optime
,, applicari poteſt. ubi agitur de intereſſe
,, Univerſalis Eccleſiæ, & majori periculo,
,, & ideo cautius agendum eſt. Cap. ubi peri-
,, culum. de elect. in 6. & textus in cap. bonæ
,, el. 1. de poſtul. Præla. vide Paulum de
,, Caſtro conſil. 419. *viſo puncto*, col. 2. in
,, antiquis ſecundum novam formam, & con-
,, ſil. ſeq. ubi plura dicit quæ ad propoſitum
,, conferunt. Et concludendum videtur,
quod

Digitized by Google

uod pro intereſſe univerſalis Eccleſiæ Re- "
:rendiſſimi Domini Cardinales exiſtentes "
ı regali Dominio, etiam ipſi particulares, "
: ſinguli inſtare poſſint pro univerſali Con- "
ilio, propter negligentiam Papæ, & "
ollegii Cardinalium: nam negligentia "
apæ conſtat per lapſum biennii, infra quod "
apa promiſerat Concilium congregare, "
uia ubi appoſitum eſt tempus, alia monitio "
on requiritur ad probandam negligen- "
am, ut notat Baldus in l. 2. Cod. de ſpon. "
: Petrus de Anch. in conſil. 64. *pro clariori* "
ciſione, circa finem, Dom. in cap. licet "
anon, §. 1. per illum textum de ale. in VI. "
: de ſummo Pontifice in caſu iſto non eſt "
ırandum, quia cum Concilium princi- "
aliter contra ipſum debeat congregari, "
us auctoritas non requiritur, ut ſupra di- "
um fuit: & ideo tali caſu Congregatio "
oncilii Cardinalibus incumbit: ut etiam "
ıpra dictum eſt, & licet videatur hoc com- "
etere Cardinalibus uti Collegio, tamen "
ıia Collegium deprehenditur in negli- "
entia, hæc provincia ad Cardinales par- "
culares deferri videtur, ut ſupra dixi in "
ccleſia particulari, ut Doctores omnes "
:nent in dicto cap. cum olim, de teſt. & "
ı cap. dilecti, de maj. & obed. Non obſtat "
ıod non videtur apparere de negligentia "
ollegii Cardinalium, quia ad probandam "
egligentiam in facto negativo, de quo "

agi-

Digitized by Google

„ agitur, monitio requiritur, ut eſt auctor
„ Innocent. in cap. extirpandæ, de præben.
„ quem Doctores communiter ſequuntur, &
„ notat Bald. in Aut. hoc amplius, col. 4.
„ Cod. de fidei commiſſ. Bald. & Imola, in
„ l. ſi mora, ff. ſol. mat. cum ſimil. ut tradit
„ Alex. in l. ita ſtipulatus, col. 5. de verbo-
„ rum oblig. quia ad hoc reſpondetur, quod
„ illa doctrina non habet locum in caſu noſtro,
„ ut in terminis dicunt Anton. de Butr. Abb &
„ Imol. poſt Innocent. in dicto cap. cum, olim,
„ & concludunt, quod abſque alia monitione,
„ negligentia prælati & capituli probatur,
„ ſi quamprimum potuerunt non ſunt jura
„ Eccleſiæ proſecuti: & idem tenet Lapus
„ in dicta allegat. 51. ut etiam ſupra dictum
„ eſt. Et ideo dictum Innocentii videtur pro-
„ cedere prout loquitur, quando agitur quod
„ quis incurrat aliquam pœnam extrinſecam:
„ Secus ubi agitur de negligentia, quæ aliter
„ non punitur, prout doctores loquuntur in
„ dicto cap. cum olim, & ita dicit Felinus in
„ cap. ſi autem, col. 3. de reſcrip. Vel ſecun-
„ do reſponderi poteſt. quod in caſu iſto agi-
„ tur de facto notorio ubi monitio non eſt ne-
„ ceſſaria, ut ſupra dixi allegando gloſſam
„ in dicta Clem. quia contingit & text. in cap.
„ 1. §. notorio, de cenſ. in VI.
„ XXVII. Tertio principaliter hoc idem
„ comprobatur, quia propter ſcandalum quod
„ imminet, Eccleſia univerſalis opprimi vi-
de-

Digitized by Google

letur, & ut talis oppreſſio removeatur Con- "
:ilium generale debet congregari, & in hoc "
idetur tractari de defenſione Eccleſiæ uni- "
erſalis, unde ſicut ubi agitur de defenſione "
particularis Eccleſiæ admittuntur Canoni- "
:i particulares, etiamſi eſſent excommu- "
nicati vel perjuri, ut eſt textus in cap. dile- "
:ti, de exceſ. & gloſſa ibi, in verbo *interlo-* "
uti, & notatur per gloſſam in cap. cum Ec- "
:leſiaſticæ de exceſ. & dicit Abb. poſt Ho- "
tienſem in dicto cap. dilecti, col. 2. quod "
ibi agitur de repellendo malo Prælato, di- "
:itur defenſio neceſſaria, ideo etiam ex- "
communicatus admittitur, & facit gloſſa in "
dicto cap. ut circa in pincip. de elect. in VI. "
n verbo *aliqui*, cum ſimilib. ſupra allegatis: "
ta videtur quod pro defenſione univerſalis "
Eccleſiæ, Cardinales ſingulares debeant "
admitti, & ex omnibus ſupradictis conclu- "
ſio videtur.

XXVIII. Quod reverendiſſimi Domini "
Cardinales, qui in Regali Dominio reperi- "
untur, convocare poſſunt Concilium ge- "
nerale nomine Collegii Cardinalium; quia "
totum jus Collegii in ipſis reſidere videtur, "
ex quo alii adhærentes Papæ ſimul cum Pa- "
pa in caſu iſto excluduntur. Nam jus Col- "
legii, etiam in uno ſolo conſervari & reſi- "
dere poteſt, l. ſicut §. fin. ff. quod cujuſque "
univerſ. Et ideo unus ſolus qui remanet de "
Capitulo, Prælatum eligere poteſt, ut per "
gloſſ. "

„ gloſſ. & Doctores in cap. gratum, de poſtul.
„ prælato. & in uno ſolo Cardinali, jus Col-
„ legii reſidere poteſt, & ipſe poterit Papam
„ eligere, ut notatur per gloſſ. & ibi Abb. in
„ Clem. ne Romani, §. porro, in verbo *omnes*,
„ de el. & non ſolum nomine Collegii, ſed
„ etiam uti ſingulares propter negligentiam
„ Papæ & Collegii debent admitti pro inter-
„ eſſe univerſalis Eccleſiæ, ut ſupra dictum
„ eſt, & ex his juſtificatur & comprobatur
„ quod in propoſito notare voluit Petrus de
„ Monte in libello de poteſtate Papæ, col. 16.
„ in verſ. 6. *quæro*, prout illum refert fidelis
„ recitator Felinus in cap. ſuper literis, in 5.
„ charta. verſ. *an ſua ſit juriſdictio*, de reſcrip.
„ ubi inquit, quod in congregatione Conci-
„ lii generalis minor pars eorum qui debent
„ intereſſe, poteſt citare majorem partem;
„ vel melius dicamus; *quod minor pars eorum*
„ *qui in generali Concilio intereſſe debent, poteſt re-*
„ *quirere majorem partem quia citatio eſt actus ſu-*
„ *perioris, requiſitio vero etiam inter pares fieri*
„ *poteſt*, ut notat Innocent. in cap. cum nobis.
„ col. fin. de el. & ibi Anton. de Butr. in col.
„ penult. verſ. *venio ad ſecundum*, & Abb. in
„ fi. col. & ſi alii requiſiti non venerint, illa
„ minor pars poteſt pronunciare ſe conſtituere
„ Concilium generale, & apud eos eſſe totam
„ juriſdictionem Concilii, ut Petrus de Monte
„ concludit in loco præallegato: nam tali
„ caſu, cum Cardinales etiam particulares

age-

gere poſſint pro intereſſe univerſalis Ec- “
leſiæ, & defenſionem univerſalis Eccleſiæ “
ſcipere, ut ſupra dictum eſt, & hoc de- “
eat fieri apud Concilium (cum alius non ſit “
idex, per ſupradicta) videtur quod alii “
equiſiti qui debent in Concilio, generali “
tereſſe, teneantur comparere pro inter- “
ſſe univerſalis Eccleſiæ. Et hoc clarum eſt “
i nomine Collegii Cardinalium requiſitio “
icta ſit, ſtante quod jus Collegii in dictis “
Cardinalibus reſideret, ut ſupra dixi. Tali “
nim caſu omnes qui debent in Concilio “
ntereſſe citari poſſunt, & non venientes “
xcluduntur propter eorum contumaciam: “
t jus totum Concilii in præſentibus reſi- “
eret: quia citatio fuit facta per ſuperiorem, “
d eſt per Collegium, cui hoc jus congre- “
andi Concilium incumbit, ut ſupra di- “
tum eſt, per ea quæ notat Abb. in dicto “
ap. cum nobis. In cap. in cauſis, de elect. “
um ſimilib, ſupra allegatis. Et idem tamen “
idetur dicendum, ſi reverendiſſimi Car- “
inales, ſuo nomine particulari inſtarent “
ro intereſſe Eccleſiæ univerſalis, ut ſupra “
ictum eſt: quia, qua ratione propter in- “
ereſſe univerſalis Eccleſiæ, ipſi etiam par- “
iculariter petere poſſunt ut Concilium “
ongregetur (cum alius non ſit judex) pari “
atione, alii qui intereſſe debent in Con- “
ilio requiſiti, propter hoc debent venire, “
ro ipſo intereſſe univerſalis Eccleſiæ: alias

„ propter eorum negligentiam, poteſtas to-
„ tius Concilii videtur in præſentibus tantum
„ reſidere, prout dicit Petrus de Monte in
„ loco ſupra allegato: & hoc etiam declara-
„ bitur reſpondendo ad allegata ſupra in con-
„ trarium. Non obſtat ergo dum ſupra primo
„ dicitur, quod poteſtas congregandi Con-
„ cilium videtur competere Collegio Cardi-
„ nalium, quia dato quod verum ſit Colle-
„ gium, videtur reſidere in iſtis: quia alii
„ excluduntur ſimul cum ſummo Pontifice
„ in iſto caſu per ſupradicta. Secundo reſpon-
„ detur, quod etiam dictis Cardinalibus (uti
„ ſingulis) videtur hoc competere propter
„ intereſſe univerſalis Eccleſiæ, ut ſupra di-
„ ctum fuit. Non obſtat quod ſi Collegium
„ Cardinalium diviſum ſit quod ad Imperato-
„ rem ſpectat Congregatio Concilii, ut Car-
„ din. dicit in dicto conſilio 150. quia in caſu
„ noſtro non videtur diviſum, ex quo jus
„ Collegii reſidet in illis qui à ſummo Ponti-
„ fice receſſerunt, ut ſupra dictum eſt. Vel
„ ſecundo, dictum Cardinalis intelligitur,
„ niſi aliqui particulares Cardinales hanc pro-
„ vinciam ſuſciperent, quia poſſunt per ea quæ
„ ſupra dicta ſunt. Et per hoc tollitur quod in
„ contrarium dicitur de duabus partibus quæ
„ requiruntur in actibus Collegii quia hoc
„ etiam à particularibus poteſt expediri, pro-
„ pter aliorum negligentiam, propter quam
„ etiam jus Collegii, vel univerſitatis videtur
re-
Digitized by Google

reſidere in minore parte ut ſupra dictum eſt. "
Non obſtat, quod major pars non poteſt "
dici contumax cum non ſit citata per ſupe- "
riorem, quia ſufficit quod ſit requiſita. Et "
inſtante de præſenti intereſſe univerſalis "
Eccleſiæ debuit comparere, aliter negli- "
gens videtur, & ad præſentes videtur tota "
poteſtas pertinere, ſicut ſupra dixi de Præ- "
lato negligente proſequi jura Eccleſiæ, po- "
teſtas defertur ad Capitulum: & Capituló "
negligente, devolvitur poteſtas ad particu- "
lares Canonicos Eccleſiæ: & negligentia "
Prælati, & Capituli deprehenditur, ſi "
quamprimum poſſunt non ſequuntur jura "
Eccleſiæ: ita videtur in propoſito, quod "
poteſtas remaneat penes minorem ex quo "
major pars requiſita non venit, & non pro- "
curat intereſſe Eccleſiæ cum poſſit, & maxi- "
me in caſu notorio prout ſupra dictum fuit: "
& quia videtur minor tranſgreſſio de una "
parte univerſitatis ad aliam, quam de Prelato "
vel Capitulo ad particulares: quia in haben- "
tibus ſimilitudinem facilior eſt tranſitus, §. "
item per acceptilationem inſtit. quibus "
modis tollat. obli. l. in rem. §. item quæcun- "
que, ff. de vind cap. cum ab Apoſtolica, de his "
quę fiunt à Prelatis. Ultimo non obſtat quod "
Collegio Cardinalium nec ipſis reverendiſ- "
ſimis Cardinalibus non ſit præfixus terminus "
congregandi Concilium, ut ſupra diceba- "
tur, quia ſtante intereſſe Eccleſiæ alius ter- "
minus non requiritur & eo ipſo quod non "

„providènt, ut conſulatur Eccleſiæ cum poſ-
„ ſint, dicuntur eſſe in negligentia ut Do-
„ ctores dicunt in dicto cap. cum olim, de
„ teſti. & ſupra declaratum fuit. Non obſtat,
„ quod in caſu iſto Reverendiſſimi Cardinales
„ videntur habuiſſe terminum biennii in ſup-
„ plendo negligentiam Papæ, ut ſupra dice-
„ batur. Et illud tempus videtur etiam ela-
„ pſum, quia reſponderi poteſt, quod dum
„ eſſent reverendiſſimi Cardinales penes ſum-
„ mum Pontificem, non potuerunt talem
„ congregationem facere: ideo ipſis impe-
„ ditis tempus non currit, cap. quia diverſita-
„ tem, de conceſſ. præbend. Præterea non
„ agitur hic de ſupplendo negligentiam Pa-
„ pæ, quia ex alio capite talis poteſtas con-
„ gregandi Concilium ipſis reverendiſſimis
„ Cardinalibus immediate conceditur: quia
„ cum ſit Concilium congregandum con-
„ tra ipſum ſummum Pontificem, ejus au-
„ ctoritas non requiritur, ut ſupra dictum
„ eſt: & ſi hactenus hoc non fecerunt ex-
„ cuſati fuerunt, quia erant apud ipſum
„ Pontificem, & hoc facere non potuerunt,
„ Card. dicto cap. quia diverſitatem. Et ita
„ remotis omnibus allegatis ſupra in contra-
„ rium firmata remanet talis concluſio, quæ
„ ad practicam, hoc modo reduci poteſt.
„ Quod reverendiſſimi Cardinales congre-
„ gentur in loco idoneo, pro Concilio prout
„ eis videbitur, & ibi congregati (promo-
ven-

ventibus ſereniſſimo Imperatore & Chriſtianiſſima Regia majeſtate) ipſi nomine Collegii Cardinalium, quod in eis repræſentatur, & etiam nomine ipſorum particulariter omni meliori modo, &c. faciant requirere omnes qui in Concilio generali intereſſe debent, ut veniant ad congregationem Concilii pro maximo & evidenti intereſſe univerſalis Eccleſiæ & totius Religionis Chriſtianæ: quibus non venientibus, eorum negligentia deprehenditur, propter quam totum jus Concilii generalis reſidebit in præſentibus: & ipſi pronunciabunt ſe in effectu conſtituere Concilium generale, & apud eos eſſe totam Juriſdictionem Concilii generalis, ut concludit Petrus de Monte in loco ſupra allegato, cujus deciſio prima facie videbatur non eſſe ſecundum regulas juris communis: ſed tamen ex his quæ ſupra dixi juſtificari videtur. *Laus Deo.*

PHILIPPUS DECIUS PAPIÆ.

Sermo de eadem Materia, editus per Excellentiſſimum utriuſque juris Doctorem Philippum Decium ſive de Dexio Mediolanenſem, pro juſtificatione Concilii Piſani nunc Mediolani reſidentis.

SUMMARIUM.

I. *Non eſſe judicandum de actionibus, priuſquam cauſæ illarum cognitæ fuerint.*

Digitized by Google

„ in verbo *aliqui*, de elect. in 6. & quod habe-
„ tur in cap. ſi quis Presbyterorum. de reb.
„ Eccleſ. non alien. 12 quæſt. 2. can. non li-
„ ceat: & per gloſſam in can. conſtitutum. in
„ gloſſa penult. 16. quæſt. 1. & in can. ſi ſacer-
„ dotes, in verbo *moriendo*, 16. quæſt. 3. &
„ in cap. quia contingit, in verbo *indebite*, de
„ religioſ. dom. cum ſimil. & tali caſu de ne-
„ gligentia Prælati & Capituli conſtare dici-
„ tur, ſi quam primum potuerunt non ſunt
„ perſecuti jura Eccleſiæ, ut notat Anton.
„ de Butr. Abb. & Imola poſt Innocent. in
„ dicto cap. cum olim, de teſtib Et idem
„ concludit Lapus, in allegatione 51. ſupra
„ allegata, & ſecundum eos, alia monitio
„ non requiritur: quod maxime haberet lo-
„ cum ſi factum eſſet notorium, ut notatur
„ per gloſſam in Clem. quia contingit, de
„ religioſ. dom. in verbo *negligentia*, ut pro-
„ batur in cap. Romana, §. notoria. de cenſi.
„ in 6. & tradunt Are. & Mode. in dicto cap.
„ cum olim, & iſta ad caſum noſtrum optime
„ applicari poteſt. ubi agitur de intereſſe
„ Univerſalis Eccleſiæ, & majori periculo,
„ & ideo cautius agendum eſt. Cap. ubi peri-
„ culum. de elect. in 6. & textus in cap. bonæ
„ el. 1. de poſtul. Præla. vide Paulum de
„ Caſtro conſil. 419. *viſo puncto*, col. 2. in
„ antiquis ſecundum novam formam, & con-
„ ſil. ſeq. ubi plura dicit quæ ad propoſitum
„ conferunt. Et concludendum videtur,
quod

quod pro intereſſe univerſalis Eccleſiæ Re- “
verendiſſimi Domini Cardinales exiſtentes “
in regali Dominio, etiam ipſi particulares, “
& ſinguli inſtare poſſint pro univerſali Con- “
cilio, propter negligentiam Papæ, & “
Collegii Cardinalium: nam negligentia “
Papæ conſtat per lapſum biennii, infra quod “
Papa promiſerat Concilium congregare, “
quia ubi appoſitum eſt tempus, alia monitio “
non requiritur ad probandam negligen- “
tiam, ut notat Baldus in l. 2. Cod. de ſpon. “
& Petrus de Anch. in conſil. 64. *pro clariori* “
deciſione, circa finem, Dom. in cap. licet “
Canon, §. 1. per illum textum de ale. in vi. “
& de ſummo Pontifice in caſu iſto non eſt “
curandum, quia cum Concilium princi- “
paliter contra ipſum debeat congregari, “
ejus auctoritas non requiritur, ut ſupra di- “
ctum fuit: & ideo tali caſu Congregatio “
Concilii Cardinalibus incumbit: ut etiam “
ſupra dictum eſt, & licet videatur hoc com- “
petere Cardinalibus uti Collegio, tamen “
quia Collegium deprehenditur in negli- “
gentia, hæc provincia ad Cardinales par- “
ticulares deferri videtur, ut ſupra dixi in “
Eccleſia particulari, ut Doctores omnes “
tenent in dicto cap. cum olim, de teſt. & “
in cap. dilecti, de maj. & obed. Non obſtat “
quod non videtur apparere de negligentia “
Collegii Cardinalium, quia ad probandam “
negligentiam in facto negativo, de quo “

agi-

Digitized by Google

„ agitur, monitio requiritur, ut eſt auctor
„ Innocent. in cap. extirpandæ, de præben.
„ quem Doctores communiter ſequuntur, &
„ notat Bald. in Aut. hoc amplius, col. 4.
„ Cod. de fidei commiſſ. Bald. & Imola, in
„ l. ſi mora, ff. ſol. mat. cum ſimil. ut tradit
„ Alex. in l. ita ſtipulatus, col. 5. de verbo-
„ rum oblig. quia ad hoc reſpondetur, quod
„ illa doctrina non habet locum in caſu noſtro,
„ ut in terminis dicunt Anton. de Butr. Abb &
„ Imol. poſt Innocent. in dicto cap. cum, olim,
„ & concludunt, quod abſque alia monitione,
„ negligentia prælati & capituli probatur,
„ ſi quamprimum potuerunt non ſunt jura
„ Eccleſiæ proſecuti: & idem tenet Lapus
„ in dicta allegat. 51. ut etiam ſupra dictum
„ eſt. Et ideo dictum Innocentii videtur pro-
„ cedere prout loquitur, quando agitur quod
„ quis incurrat aliquam pœnam extrinſecam:
„ Secus ubi agitur de negligentia, quæ aliter
„ non punitur, prout doctores loquuntur in
„ dicto cap. cum olim, & ita dicir Felinus in
„ cap. ſi autem, col. 3. de reſcrip. Vel ſecun-
„ do reſponderi poteſt. quod in caſu iſto agi-
„ tur de facto notorio ubi monitio non eſt ne-
„ ceſſaria, ut ſupra dixi allegando gloſſam
„ in dicta Clem. quia contingit & text. in cap.
„ 1. §. notorio, de cenſ. in VI.

„ XXVII. Tertio principaliter hoc idem
„ comprobatur, quia propter ſcandalum quod
„ imminet, Eccleſia univerſalis opprimi vi-
de-

detur, & ut talis oppreſſio removeatur Con- "
cilium generale debet congregari, & in hoc "
videtur tractari de defenſione Eccleſiæ uni- "
verſalis, unde ſicut ubi agitur de defenſione "
particularis Eccleſiæ admittuntur Canoni- "
ci particulares, etiamſi eſſent excommu- "
nicati vel perjuri, ut eſt textus in cap. dile- "
cti, de exceſ. & gloſſa ibi, in verbo *interlo-* "
cuti, & notatur per gloſſam in cap. cum Ec- "
cleſiaſticæ de exceſ. & dicit Abb. poſt Ho- "
ſtienſem in dicto cap. dilecti, col. 2. quod "
ubi agitur de repellendo malo Prælato, di- "
citur defenſio neceſſaria, ideo etiam ex- "
communicatus admittitur, & facit gloſſa in "
dicto cap. ut circa in pincip. de elect. in VI. "
in verbo *aliqui*, cum ſimilib. ſupra allegatis: "
ita videtur quod pro defenſione univerſalis "
Eccleſiæ, Cardinales ſingulares debeant "
admitti, & ex omnibus ſupradictis conclu- "
ſio videtur.

XXVIII. Quod reverendiſſimi Domini "
Cardinales, qui in Regali Dominio reperi- "
untur, convocare poſſunt Concilium ge- "
nerale nomine Collegii Cardinalium; quia "
totum jus Collegii in ipſis reſidere videtur, "
ex quo alii adhærentes Papæ ſimul cum Pa- "
pa in caſu iſto excluduntur. Nam jus Col- "
legii, etiam in uno ſolo conſervari & reſi- "
dere poteſt, l. ſicut §. fin. ff. quod cujuſque "
univerſ. Et ideo unus ſolus qui remanet de "
Capitulo, Prælatum eligere poteſt, ut per "
gloſſ. "

„ gloſſ. & Doctores in cap. gratum, de poſtul.
„ prælato. & in uno ſolo Cardinali, jus Col-
„ legii reſidere poteſt, & ipſe poterit Papam
„ eligere, ut notatur per gloſſ. & ibi Abb. in
„ Clem. ne Romani, §. porro, in verbo *omnes*,
„ de el. & non ſolum nomine Collegii, ſed
„ etiam uti ſingulares propter negligentiam
„ Papæ & Collegii debent admitti pro inter-
„ eſſe univerſalis Eccleſiæ, ut ſupra dictum
„ eſt, & ex his juſtificatur & comprobatur
„ quod in propoſito notare voluit Petrus de
„ Monte in libello de poteſtate Papæ, col. 16.
„ in verſ. 6. *quæro*, prout illum refert fidelis
„ recitator Felinus in cap. ſuper literis, in 5.
„ charta. verſ. *an ſua ſit juriſdictio*, de reſcrip.
„ ubi inquit, quod in congregatione Conci-
„ lii generalis minor pars eorum qui debent
* intereſſe, poteſt citare majorem partem;
„ vel melius dicamus; *quod minor pars eorum
„ qui in generali Concilio intereſſe debent, poteſt re-
„ quirere majorem partem quia citatio eſt actus ſu-
„ perioris, requiſitio vero etiam inter pares fieri
„ poteſt*, ut notat Innocent. in cap. cum nobis.
„ col. fin. de el. & ibi Anton. de Butr. in col.
„ penult. verſ. *venio ad ſecundum*, & Abb. in
„ fi. col. & ſi alii requiſiti non venerint, illa
„ minor pars poteſt pronunciare ſe conſtituere
„ Concilium generale, & apud eos eſſe totam
„ juriſdictionem Concilii, ut Petrus de Monte
„ concludit in loco præallegato: nam tali
„ caſu, cum Cardinales etiam particulares
age-

Digitized by Google

agere poſſint pro intereſſe univerſalis Ec- "
cleſiæ, & defenſionem univerſalis Eccleſiæ "
ſuſcipere, ut ſupra dictum eſt, & hoc de- "
beat fieri apud Concilium (cum alius non ſit "
judex, per ſupradicta) videtur quod alii "
requiſiti qui debent in Concilio, generali "
intereſſe, teneantur comparere pro inter- "
eſſe univerſalis Eccleſiæ. Et hoc clarum eſt "
ſi nomine Collegii Cardinalium requiſitio "
facta ſit, ſtante quod jus Collegii in dictis "
Cardinalibus reſideret, ut ſupra dixi. Tali "
enim caſu omnes qui debent in Concilio "
intereſſe citari poſſunt, & non venientes "
excluduntur propter eorum contumaciam: "
& jus totum Concilii in præſentibus reſi- "
deret: quia citatio fuit facta per ſuperiorem, "
id eſt per Collegium, cui hoc jus congre- "
gandi Concilium incumbit, ut ſupra di- "
ctum eſt, per ea quæ notat Abb. in dicto "
cap. cum nobis. In cap. in cauſis, de elect. "
cum ſimilib, ſupra allegatis. Et idem tamen "
videtur dicendum, ſi reverendiſſimi Car- "
dinales, ſuo nomine particulari inſtarent "
pro intereſſe Eccleſiæ univerſalis, ut ſupra "
dictum eſt: quia, qua ratione propter in- "
tereſſe univerſalis Eccleſiæ, ipſi etiam par- "
ticulariter petere poſſunt ut Concilium "
congregetur (cum alius non ſit judex) pari "
ratione, alii qui intereſſe debent in Con- "
cilio requiſiti, propter hoc debent venire, "
pro ipſo intereſſe univerſalis Eccleſiæ: alias

„ propter eorum negligentiam, poteſtas to-
„ tius Concilii videtur in præſentibus tantum
„ reſidere, prout dicit Petrus de Monte in
„ loco ſupra allegato: & hoc etiam declara-
„ bitur reſpondendo ad allegata ſupra in con-
„ trarium. Non obſtat ergo dum ſupra primo
„ dicitur, quod poteſtas congregandi Con-
„ cilium videtur competere Collegio Cardi-
„ nalium, quia dato quod verum ſit Colle-
„ gium, videtur reſidere in iſtis: quia alii
„ excluduntur ſimul cum ſummo Pontifice
„ in iſto caſu per ſupradicta. Secundo reſpon-
„ detur, quod etiam dictis Cardinalibus (uti
„ ſingulis) videtur hoc competere propter
„ intereſſe univerſalis Eccleſiæ, ut ſupra di-
„ ctum fuit. Non obſtat quod ſi Collegium
„ Cardinalium diviſum ſit quod ad Imperato-
„ rem ſpectat Congregatio Concilii, ut Car-
„ din. dicit in dicto conſilio 150. quia in caſu
„ noſtro non videtur diviſum, ex quo jus
„ Collegii reſidet in illis qui à ſummo Ponti-
„ fice receſſerunt, ut ſupra dictum eſt. Vel
„ ſecundo, dictum Cardinalis intelligitur,
„ niſi aliqui particulares Cardinales hanc pro-
„ vinciam ſuſciperent, quia poſſunt per ea quæ
„ ſupra dicta ſunt. Et per hoc tollitur quod in
„ contrarium dicitur de duabus partibus quæ
„ requiruntur in actibus Collegii quia hoc
„ etiam à particularibus poteſt expediri, pro-
„ pter aliorum negligentiam, propter quam
„ etiam jus Collegii, vel univerſitatis videtur
re-

reſidere in minore parte ut ſupra dictum eſt. Non obſtat, quod major pars non poteſt dici contumax cum non ſit citata per ſuperiorem, quia ſufficit quod ſit requiſita. Et inſtante de præſenti intereſſe univerſalis Eccleſiæ debuit comparere, aliter negligens videtur, & ad præſentes videtur tota poteſtas pertinere, ſicut ſupra dixi de Prælato negligente proſequi jura Eccleſiæ, poteſtas defertur ad Capitulum: & Capituló negligente, devolvitur poteſtas ad particulares Canonicos Eccleſiæ: & negligentia Prælati, & Capituli deprehenditur, ſi quamprimum poſſunt non ſequuntur jura Eccleſiæ: ita videtur in propoſito, quod poteſtas remaneat penes minorem ex quo major pars requiſita non venit, & non procurat intereſſe Eccleſiæ cum poſſit, & maxime in caſu notorio prout ſupra dictum fuit: & quia videtur minor tranſgreſſio de una parte univerſitatis ad aliam, quam de Prelato vel Capitulo ad particulares: quia in habentibus ſimilitudinem facilior eſt tranſitus, §. item per acceptilationem inſtit. quibus modis tollat. obli. l. in rem. §. item quæcunque, ff. de vind cap. cum ab Apoſtolica, de his quę fiunt à Prelatis. Ultimo non obſtat quod Collegio Cardinalium nec ipſis reverendiſſimis Cardinalibus non ſit præfixus terminus congregandi Concilium, ut ſupra dicebatur, quia ſtante intereſſe Eccleſiæ alius terminus non requiritur & eo ipſo quod non

Digitized by Google

„provident, ut conſulatur Eccleſiæ cum poſ-
„ ſint, dicuntur eſſe in negligentia ut Do-
„ ctores dicunt in dicto cap. cum olim, de
„ teſti. & ſupra declaratum fuit. Non obſtat,
„ quod in caſu iſto Reverendiſſimi Cardinales
„ videntur habuiſſe terminum biennii in ſup-
„ plendo negligentiam Papæ, ut ſupra dice-
„ batur. Et illud tempus videtur etiam ela-
„ pſum, quia reſponderi poteſt, quod dum
„ eſſent reverendiſſimi Cardinales penes ſum-
„ mum Pontificem, non potuerunt talem
„ congregationem facere: ideo ipſis impe-
„ ditis tempus non currit. cap. quia diverſita-
„ tem, de conceſſ. præbend. Præterea non
„ agitur hic de ſupplendo negligentiam Pa-
„ pæ, quia ex alio capite talis poteſtas con-
„ gregandi Concilium ipſis reverendiſſimis
„ Cardinalibus immediate conceditur: quia
„ cum ſit Concilium congregandum con-
„ tra ipſum ſummum Pontificem, ejus au-
„ ctoritas non requiritur, ut ſupra dictum
„ eſt: & ſi hactenus hoc non fecerunt ex-
„ cuſati fuerunt, quia erant apud ipſum
„ Pontificem, & hoc facere non potuerunt,
„ Card. dicto cap. quia diverſitatem. Et ita
„ remotis omnibus allegatis ſupra in contra-
„ rium firmata remanet talis concluſio, quæ
„ ad practicam, hoc modo reduci poteſt.
„ Quod reverendiſſimi Cardinales congre-
„ gentur in loco idoneo, pro Concilio prout
„ eis videbitur, & ibi congregati (promo-
ven-

Digitized by Google

entibus ſereniſſimo Imperatore & Chri- "
ianiſſima Regia majeſtate) ipſi nomine "
'ollegii Cardinalium, quod in eis repræ- "
ntatur, & etiam nomine ipſorum parti- "
ılariter omni meliori modo, &c. faciant "
:quirere omnes qui in Concilio generali "
ıtereſſe debent, ut veniant ad congrega- "
onem Concilii pro maximo & evidenti "
ıtereſſe univerſalis Eccleſiæ & totius Re- "
gionis Chriſtianæ: quibus non venienti- "
us, eorum negligentia deprehenditur, pro- "
:er quam totum jus Concilii generalis re- "
lebit in præſentibus: & ipſi pronuncia- "
ınt ſe in effectu conſtituere Concilium "
:nerale, & apud eos eſſe totam Juriſdictio- "
:m Concilii generalis, ut concludit Petrus "
: Monte in loco ſupra allegato, cujus de- "
ſio prima facie videbatur non eſſe ſecun- "
ım regulas juris communis: ſed tamen ex "
s quæ ſupra dixi juſtificari videtur. *Laus*
?o.

Philippus Decius Papiæ.

---

rmo de eadem Materia, editus per Excellentiſſi-
mum utriuſque juris Doctorem Philippum De-
cium ſive de Dexio Mediolanenſem, pro ju-
ſtificatione Concilii Piſani nunc Medio-
lani reſidentis.

SUMMARIUM.

Non eſſe judicandum de actionibus, priusquam cauſa illarum cognitæ fuerint.

II. *Omnium hominum atque ipſius Julii* II. *confeſſione, Eccleſia reformatione in capite & in membris indigebat.*

III. *Conciliis tantum generalibus Eccleſia reformari poteſt.*

IV. *An Concilium Piſis indictum ſit legitimum.*

V. *Congregatio Concilii generalis regulariter ſpectat ad ſummum Pontificem, tamen duabus de cauſis Concilium ſine conſenſu Papæ congregari poteſt.*

VI. *Ubi caput ſuſpectum eſt, etiam alii qui caput ſequuntur ſuſpecti ſunt, proinde duo aut tres Cardinales Concilium, convocare potuerunt.*

VII. *Ubi agitur de intereſſe Eccleſiæ particularis, ſi prælatus fuerit negligens, poteſtas agendi ad capitulum devolvitur.*

VIII. *Reſponſio ad objectiones bullæ Julii* II. *contra Concilii Piſani convocationem.*

IX. *Papa correctioni fraternæ ſubjicitur.*

X. *Cardinalibus, ut ſe contra Julii violentiam defenderent, præſidio armato uti licuit.*

XI. *Falſo Piſani Cardinales crimine falſi accuſantur à Julio* II.

XII. *Excuſationes quibus Julius* II. *perſuadere vult ſe non, fuiſſe obligatum ad Concilii convocationem.*

XIII. *Concilium Lateranenſe, haberi non potuit Romæ, propter violentiam Julii* II. *à quo ratio villicationis ſuæ, tuto & libere exigi non poterat.*

I. A*Ntequam perſcruteris, non reprehendas, intellige prius, & tunc increpa.* „ Verba ſunt Salomonis, Damaſo Papa referente in Can. eorum 11. quæſt. 3. in labyrinthum enim erroris incidit, qui prius judicat quam intelligat: ut ligitur in can. ſciendum, 29. diſt. & tale judicium temerarium eſt quod non nocet illi de quo temere judicatur, ſed ei qui judicat, can. temerarium 11. quæſt. 3. nam cogitare & meditari quis debet quid loquatur 50. diſt. can. ponderet in princip. Virtus lenta eſt, & omnia

mnia percunctatur, iniquitas autem omnia ræcipitat, de pœnit. diſtinct. 3. can. inter æc hircum. Non ſum neſcius Reverendiſſmi Patres & ſupremi gradus Antiſtites, uam plurimos admirari quod à Reverenuiſſimis paternitatibus veſtris Concilium 'iſis idictum fuerit, & quidem à minori pare Cardinalium, cum talis facultas prius ımmo Pontifici competere videatur, & eo egligente ad Collegium Cardinalium deeratur. Sed illos rogatos quamplurimum ſſe velim, ne quod mature & legitime fatum fuit prius damnent & judicent, quam ingula recte intelligant, quia ex infra diendis liquido apparebit Concilium juridie & legitime Piſis indictum fuiſſe, ad cujus ei evidentem demonſtrationem ſic procelitur.

II. Conſtat enim & omnibus exploratum ſt, Eccleſiam univerſalem, quæ congreatio fidelium dicitur, Can. Eccleſia de conec. diſtinct. 1. indigere reformatione in caite & in membris; nam primo de capite, eo Papa ſanctiſſimus ſcribit, *totius familiæ Domini ſtatus & ordo nutabit ſi quod requiritur n corpore non inveniatur in capite*, can. miranur 61. diſtinct. ipſe enim Summus Pontiex majorem zelum in cultu Dei habere deet, quam alii Chriſtiani, ut dicitur in can. fficii 24. quæſt. 1. & capite langueſcente æteræ corporis membra inficiuntur 6.

„ quæſt. 1. can. ex merito, & in can. ſunt plu-
„ rimi §. verum, eadem cauſa & quæſtione.
„ Secundo idem de membris dicendum eſt,
„ non ſolum enim Epiſcopi & Presbyteri, ſed
„ omnes Clerici & omnes qui Domui Dei de-
„ ſerviunt, magnopere prævidere debent, ut
„ totum populum ſermone, converſatione, &
„ operibus præcedant, quia vehementer Ec-
„ cleſiam Dei deſtruit, meliores eſſe laicos
„ quam clericos can. qualis 8. quæſt. 1. vita
„ enim Paſtoris debet eſſe exemplar ſubditis.
„ 2. quæſt. 7. can. cum paſtoris, & non ſufficit
„ quod Prælati æqualem vitam cum ſubditis
„ ducant, can. fin. 8. quæſt, 1. & Prælatus vi-
„ liſſimus reputatur, niſi ſicut honore præ-
„ ſtantior eſt ita ſcientia & ſanctitate præcel-
„ lat can. viliſſimus 1. quæſt, 1. Delicta nam-
„ que prælatorum facile tranſeunt in exem-
„ plum ſubditorum: & ſcandalum generatur
„ mentibus laicorum, dicentium ubi eſt Deus
„ clericorum, ut legitur in cap. magnæ. de
„ voto: & ſcire Prælati debent, quod ſi per-
„ verſa perpetrant, tot mortibus digni ſunt
„ quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla
„ tranſmittunt, can. præcipue 11. quæſt. 3.
„ III. Ad talem igitur neceſſariam Eccle-
„ ſiæ Univerſalis reformationem mediante ſa-
„ lutari remedio Concilii procedendum eſt:
„ in Conciliis enim *velut in quadrato lapide ſan-*
„ *ctæ fidei ſtructura conſurgit, & cujuſlibet vitæ at-*
„ *que actionis norma conſiſtit,* ut inquit textus

in

n can. ſicut ſancti 15. diſt. & *frequens Conci-* "
orum Generalium celebratio, agri Dominici præ- "
ipua cultura eſt, quæ vepres, ſpinas, & tribulos "
æreſeum, errorum, & ſchiſmatum extirpat, ex- "
eſſus corrigit, deformata reformat, & vineam "
Domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit; "
t habetur in can. Conſtantienſis Concilii "
1 can. frequens: talis enim reformatio in "
Concilio Generali maturius conficitur: quia "
bi quamplures convocantur & omnes in u- "
um conveniunt. can. Canones, §. Concilii "
ero, 15. diſt. unde *firmius reputatur judicium* "
lurium quam unius, cap. prudentiam, in "
rinc. de offi. deleg. & *facilius invenitur quod* "
pluribus quæritur, can fin. 20. diſtinct. Et "
iagis *integrum eſt judicium quod plurimorum* "
ntentiis confirmatur, 64. diſtinct. can. extra "
onſcientiam, cap. per hoc, §. verum. ubi "
omin. de hæreti. in 6. Et iſta ratione, quia "
ictum in Concilio firmius reputatur, clau- "
ula generalis non tollit conſtitutiones Con- "
iliares, ſed ſpecialis derogatio requiritur, "
t notat Archidia. in cap. 1. de conſtitu. in 6. "
ald. in l. humanum Cod. de legi. Et hac "
itione Epiſcopus contra conſtitutionem "
Conciliarem diſpenſare non poteſt, ut nota- "
ir per gloſſ. in cap. cum dilecti, in verbo "
tate, de elect. & in tali congregatione Con- "
ilii, quod omnino fieri debeat pro reforma- "
ione Univerſalis Eccleſiæ, omnes conve- "
iunt, & fateri neceſſe eſt; Et ipſe Summus "

„ Pontifex non negat nec negare poteſt, cum
„ ad hoc ſe cum voto & Juramento aſtrinxe-
„ rit, & hac ratione Concilium Romæ indi-
„ xerit.
„ IV. Sed difficultatem facit quod Conci-
„ lium prævalere debeat, vel hoc Piſanum à
„ Reverendiſſimis Cardinalibus ob negligen-
„ tiam Summi Pontificis prius inſtitutum, vel
„ illud quod à Summo Pontifice noviſſime in-
„ dictum fuit: & ideo pro vera reſolutione vi-
„ dendum eſt de duobus. Primo an indictio
„ Concilii facta à reverendiſſimis Cardinalibus
„ juridice facta fuerit. Secundo an impugna-
„ ri poſſit ex his quæ in bulla Summi Pontifi-
„ cis continentur.
„ V. Circa primum concluſive concedam,
„ ponendo concluſiones quæ latius in Conſi-
„ lio à me edito habentur, unde conſideran-
„ dum eſt quod licet congregatio Concilii
„ Generalis ſpectet regulariter ad Summum
„ Pontificem (can. 1. in fin. can. 2. per totum
„ 17. diſtinc. & 4. diſt. in §. porro, & abſque
„ auctoritate Papæ congregatum Concilium
„ dicitur Conciliabulum, can. multis in prin-
„ cip. 17. diſtinct.) hoc procedit regulariter
„ prout expreſſe dicitur in dicto can. 1. 17. di-
„ ſtinct. & ſecundum regulam loquuntur jura
„ ſupra allegata cum ſimilibus.
„ Sed prædicta regula fallit in duobus caſi-
„ bus, primus eſt *quando Papa ipſe accuſandus*
„ *ſit, quia tunc auctoritas ejus non requiritur*, ut
deci-

decidit Bald. in cap. olim , de fine de re- “
ſcript. & notat Dominic. in cap. de Apoſto- “
licæ, in princip. in not. de re jud. in 6. & ad “
hoc facit, quia licet in aliquo caſu conſenſus “
alicujus requiratur, tamen ſi contra eum aga- “
tur talis conſenſus remittitur, ut de Prælato “
notatur, cap. edoceri de reſcript. & per gloſ- “
ſam 2. quæſt. 7. in can. cum paſtoris, & facit “
gloſſa magna in fine in l. cum non ſolum. “
Cod. de bo. quæ lib. & ideo tali caſu, quan- “
do contra Papam agitur, Concilium eſt ſu- “
pra Papam, & illum judicare poteſt, ut no- “
tat Archidia. & Domin. in cap. in dei favo- “
rem, de hæret. in 6. Abb. in cap. ſignifica- “
ſti, de elect. in cap. propoſuit, de conceſſ. “
præben. & in cap. fraternitatis, in princip. “
de hæreti. Secundus caſus eſt, quando Pa- “
pa eſt negligens in congregando Conci- “
lium, quia tunc Concilium à ſeipſo congre- “
gari poteſt, ut concludit Anton. de Roſel. “
in tractat. de poteſtate Papæ, in charta 52. “
col. 3. ubi tali caſu dicit cautelam eſſe quod “
Concilium pronunciet Papam nolentem “
Concilium congregare, vel illi auctoritatem “
impertiri, ſuſpectum eſſe de hæreſi, & loco “
Papa Concilium habebit auctoritatem; & “
idem concludit de Turrecr. Cardinalis San- “
cti Sixti, qui fuit acerrimus defenſor Papæ, “
& tamen ita tenet in Summa de Eccleſia in “
3. lib. cap. 8. in col. 4. ubi inquit, quod tali “
caſu Cardinales habens poteſtatem congre- “
gandi

Digitized by Google

" gandi Concilium : & hoc idem tradit Car-
" din in Conſil. 150. *quæſitum ſæpe fuit*, in 3.
" dubio. Abb. in cap. licet, col. 3. de elec. &
" Archiep. Florent. in tertia parte ejus ſum-
" mæ, in tit. 23. cap. 2. §. 7. Unde cum in
" iſto caſu agatur de reformatione, quæ etiam
" in capite fieri debet, in facto proprio Sum-
" mi Pontificis auctoritas ſua expectari non
" debet ut dictum eſt: Similiter cum appareat
" de manifeſta Papæ negligentia in convo-
" cando Concilium, Reverendiſſimi Domini
" Cardinales abſque eo Concilium congre-
" gare potuerunt per ſupradicta: Nam per la-
" pſum biennii infra quod Papa promiſit con-
" gregare Concilium à die ſuæ aſſumptionis,
" conſtat de negligentia: quia ubi eſt appoſi-
" tum certum tempus ad probandam negli-
" gentiam alio monitio non requiritur, ut no-
" tat Bald. in l. 2. C. de ſponſ. Petrus de Anch.
" in Conſil. 64. *pro clariori deciſione* in fine, Do-
" minic. in cap. licet canon, §. 1. de elect. in
" VI. & ſic patet, quod duplici ex capite, Car-
" dinales potuerunt abſque ſummo Pontifice
" Concilium in iſto caſu indicere, & de hoc
" non videtur dubitandum.
" VI. Sed maximum dubium facit, quod
" licet in prædictis caſibus congregatio Con-
" cilii ſpectaret ad Cardinales, ut dictum eſt,
" videtur illis competere ut Collegio, & non
" ut ſingulis, ut Bald. inquit in dicto cap. olim.
" col. penult. de reſcript. & ibi dicit quod ma-
jor

Digitized by Google

or pars Cardinalium requiritur. Ergo vi- “
letur quod minor pars, prout in caſu iſto “
uit, hoc facere non potuerit. Ad hoc, in “
quo tota difficultas conſiſtere videtur, re- “
ponderi poteſt & diligenter advertendum “
ſt, quia ſicut in propoſito Papa ipſe exclu- “
litur, cum de facto ejus proprio agatur, ut “
upra dictum eſt, ita pariter excludi viden- “
ur alii Cardinales qui ſunt apud ipſum Pon- “
ificem, quia quando caput ſuſpectum eſt, “
tiam alii qui caput veriſimiliter ſequuntur “
uſpecti ſunt, & de illis idem quod de capite “
udicatur, ut notat Abb. poſt Vincent. & “
lios. in cap. 1. de judi. Bald. in l. 1. col. 1. “
Cod. ſi Rector. provinc. facit. textus in cap. “
ccedens el. 1. & quod ibi Abb. ut lite non “
onteſtata. Nam tales adhærentes ſunt “
ummo Pontifici, & de adhærentibus idem “
idicatur quod de principali. cap. ad Apo- “
olicæ, de re jud. in 6. cap. 1. de poſtul præ- “
to. l. quæ religioſis. ubi Angelus ff. de rei “
nd. Sicut ergo in tali congregatione Con- “
lii Papa excluditur, ita Cardinales omnes “
ui apud ipſum reſident excludi videntur, “
poteſtas congregandi Concilium, quæ ad “
ardinales in ſupradictis caſibus devolvitur, “
itelligitur de Cardinalibus qui non adhæ- “
ent ſummo Pontifici, quibus iſta facultas “
detur competere: quia totum jus Collegii “
ipſis videtur reſidere, cum etiam in uno “
s Collegii conſervari poſſit, l. ſicut §. fin. “
ff.

„ ff. quod cujuſque Univerſit. & ideo unus ſo-
„ lus remanet de Capitulo eligere poteſt Præ-
„ latum, ut per gloſſ. & Doctores in cap. gra-
„ tum, de poſtu. prælat. & etiam in uno Car-
„ dinali jus Collegii reſidere poteſt, & ille ſo-
„ lus Papam poterit eligere, ut notatur per
„ gloſſ. ubi Abb. in Cle. ne Romani. porro, in
„ verbo *omnes*, de elect.
„ VII. Secundo principaliter reſponderi
„ poteſt, quod prædicti reverendiſſimi Car-
„ dinales, etiam uti particulares, duo vel tres,
„ dictum Concilium indicere potuerunt: quia
„ videmus quod ubi agitur de intereſſe alicu-
„ jus Eccleſiæ particularis, poteſtas agendi in
„ primis incumbit Prælato, & ſi Prælatus ne-
„ gligens ſit ad Capitulum devolvitur, & Ca-
„ pitulo etiam negligente devolvitur ad par-
„ ticulares canonicos Eccleſiæ, ut notat Abb.
„ in cap. cum olim, de teſti. col. 4. ubi ad hoc
„ allegat Innocent. in cap. dilecti. de major. &
„ obed. ubi etiam Abb. poſt Hoſtienſem &
„ alios, & idem tenent Antonius de Butr. Car-
„ din. & Imola in dicto cap. cum olim, & La-
„ pus alleg. 51. *diccbatur in effectu* in princ. &
„ de tali negligentia Prælati & Capituli con-
„ ſtare dicitur, ſi quamprimum potuerunt
„ non ſunt proſecuti jura Eccleſiæ, & alia mo-
„ nitio non requiritur, ut concludunt Anton.
„ de Butr. Imol. & Abb. poſt Innoc. in dicto
„ cap. cum olim. de teſti. & iſta ad caſum no-
„ ſtrum bene applicari poſſunt, ubi agitur de
inter-

Digitized by Google

ntereſſe Eccleſiæ univerſalis, & de majori "
ræjudicio: ideo cautius agendum eſt cap. "
bi periculum, de elect. in 6. cap. bonæ el. "
. de poſtu. prælat. Unde concludendum "
idetur, quod reverendiſſimi Cardinales, "
tiam uti particulares agere & inſtare poſ- "
int pro intereſſe univerſalis Eccleſiæ, de "
uo agitur. Et hoc confirmatur, quia pro- "
ter ſcandalum quod imminet, Eccleſia "
niverſalis opprimi videtur, quia ſi agatur "
e repellendo malo Prælato, dicitur de- "
enſio neceſſaria, ut Abb. dicit poſt. Ho- "
ien. in 2. col. in cap. dilecti de excep. quo "
aſu particulares, etiamſi perjuri ſint & ex- "
ommunicati, admittuntur pro defenſione "
eceſſaria Eccleſiæ, dicto cap. dilecti, ubi "
loſſ. in verbo *interlocuti*, & per gloſſ. in cap. "
um Eccleſiaſticæ de exception.

Nec obſtat, ſi dicatur quod de negligen- "
a Prælati & Capituli conſtare non videtur, "
uia ad probandum negligentiam quæ in "
ıcto negativo conſiſtit, monitio neceſſaria "
ſt, ut etſi dictum Innoc. in cap. extirpandæ, "
e præben. & Doctores communiter illud "
equuntur. Bald. in Aut. hoc amplius col. 4. "
Cod. de fideicom. Bald. & Immola in l. ſi "
nora, ff. ſol. matr. cum ſimilib. ut tradit "
Alexan. in l. ita ſtipulatus, col. 5. de ver. "
obl. quia ad hoc reſpondetur, quod illa do- "
ctrina non habet locum ubi agitur de inter- "
eſſe Eccleſiæ, ut in terminis dicunt Anton. "
de

Digitized by Google

„de Butr. Imola, & Abb. poſt alios, in dicto
„ cap. cum olim, & Lapus in allega. præalleg.
„ & dictum Innocentii videtur procedere
„ prout loquitur, quando agitur quod quis
„ incurrat aliquam pœnam extrinſecam, puta
„ ut privetur beneficio propter non reſiden-
„ tiam; ſecus ubi agitur de negligentia ſim-
„ plici, quæ non punitur, prout loquuntur
„ Doctores in dicto cap. cum olim, & ita Fe-
„ linus dicit in cap. ſi autem col. 4. de reſtit.
„ Secundo reſponderi poteſt quod in iſto
„ caſu agitur de facto ſcandaloſo & notorio,
„ quo in facto notorio non eſt monitio neceſ-
„ ſaria, ut per gloſſ. in. Cle. quia contingit
„ in verbo, *negligentia*, de religioſ. dom. facit
„ tex. in cap. Romana §. notoria. de Cenſibus
„ in 6. Et de his in Conſilio prius dictum fuit:
„ Et ita brevitur primum dubium abſolutum
„ ſit.
„ VIII. Venio ad ſecundum, videlicet ad
ea quæ in bulla ſummi Pontificis dicuntur,
„ quibus & ſingulis juridice & breviter ſic
„ reſponderi poteſt. Primo etiam reverendiſſi-
„ mis Dominis Cardinalibus objicitur quod
„ ſine legitima cauſa à capite recedentes ſe
„ Papam contulerunt.
„ IX. Sed reſpondetur, quod id quidem
„ conſulto & juſtiſſima ratione factum fuit:
„ cum enim ſummus Pontifex charitatis offi-
„ cio ſecundum regulam Euangelii, cui etiam
„ ipſe ſubjicitur, ab eis ſæpius monitus &
re-

equiſitus fuiſſet, & non audiverit, ſuam- "
ue promiſſionem cum voto & juramento "
ictum negligeret: licuit ipſis procuranti- "
us reformationem univerſalis Eccleſiæ, "
rout tali caſu eorum officium poſtulabat, "
iſalutato hoſpite recedere, cum abſque "
ericulo carceris & vitæ licentia peti non "
otuiſſet, & illam obtineri non poſſe illis "
tis conſtaret. De prædicta enim regula "
uangelii, habetur in cap. novit. de jud. in "
in. ſi peccaverit 2. quæſt. 1. & illam quili- "
et obſervare tenetur cap. ex injuncto, §. "
n. de hæret. & illi etiam Papa ſubjicitur, "
5. quæſt. 1. in can. ſunt quidam: & in ter- "
inis de Concilio, notat Abb. in cap. pro- "
oſuit, col. 3. de conceſſ. præben. & Papa "
egligente congregare Concilium, ad re- "
erendiſſimos Cardinales pertinet congre- "
atio Concilii, ut Cardin. tradit in Conſilio "
o. *quæſitum ſæpe fuit*, in tertio dubio. Abb. "
cap. licet. col. 3. de elect. & quia cum "
gendum ſit contra ipſum ſummum Pon- "
ticem, non illi, ſed Cardinalibus convo- "
tio Concilii videtur competere, ut Bald. "
ncludit, in cap. olim in fin. de reſcrip. & "
octor. in cap. ad Apoſtolicæ, in princip. "
t. de re judi. in 6. & ipſis reverendiſſimis "
rdinalibus videtur competere uti Colle- "
o, & etiam in ipſis particularibus, ut in "
onſilio deductum & oſtenſum fuit. Et re- "
rendiſſimos Cardinales qui receſſerunt, "

„ exemplum aliorum reverendiſſimorum Car-
„ dinalium admonebat, qui hac de cauſa tranſ-
„ greſſionis voti, & juramenti à Gregorio
„ XII. qui Lucæ morabatur diſceſſerunt, &
„ Piſas ſe contulerunt, ut refert Anton. de
„ Butr. in cap. 1. col. 2. de conſtit. & certe
„ nulla ratio ſuadet quod ſummus Pontifex
„ ex hoc tantum debeat commoveri: cum ipſe
„ dum eſſet in minoribus ſæpius ob minores
„ & longe leviores cauſas à pluribus ſummis
„ Pontificibus abſque licentia receſſerit, &
„ revocatus ſub graviſſimis cenſuris redire
„ noluerit. Unde incongruum eſt, quod in
„ hoc reverendiſſimi Domini Cardinales ab
„ eo arguantur 3. quæſt. 7. in can. judicet: Et
„ legitur, quod nihil objicere debet Catilina
„ Cethego, ut notatur per gloſſam per illum
„ textum, in l. quoniam, Cod. de hære facit
„ tex in l. in arenam Cod. de inofficioſo teſtam.
„ cum ſimilib.

„ X. Nec ut in ſecundo dicitur argui & re-
„ prehendi reverendiſſimi Domini Cardinales
„ debent, quod præſidio armatorum uſi fue-
„ rint, quia licet armorum uſus, præſertim
„ Eccleſiaſticis, prohibitus ſit, & ut Ambro-
„ ſius inquit, arma Clericorum ſint lacrymæ,
„ can. Convenior, 23. quæſt. 8. & 36. diſt. can.
„ fin. tamen ad ſuam defenſionem Clerici fami-
„ liares armatos ſuſcipere non prohibentur,
„ cum leges omnes, omniaque jura vim vi re-
„ pellere, cunctiſque ſe defendere permittant,
cap.

ap. dilecto in princ. de ſent. excom. in 6. l. "
ciendum §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. "
deo quod etiam Cardinalem pro defenſio- "
ie interficere permiſſum ſit, ut notat An- "
;elus in l. ut vim, ff. de juſt. & jure, & mo- "
acho contra Abbatem in eum ſævientem "
rmata manu reſiſtere licet, ut Card. dicit "
i Cle. 1. in ver *præfatæ*, de ſtatu monach. & "
e Paulo legitur qui petiit milites à Præ- "
ore quorum præſidio illæſus ſervaretur "
3. quæſt. 3. can. ſex differentiæ, in fine, "
: licitè Cardinales aufugiebant per ea quæ "
abentur 7. quæſt. 1. can. ſciſcitatis, & can. "
dverſitas, eadem 7. quæſt. 1. Nec minus "
ioque reverendiſſimis Cardinalibus obſta- "
: videtur, quod falſo quidem tertio aſſeri- "
ır illos voluiſſe ad ſummum Pontificem "
:dire, & deſertionis ſuæ veniam petiiſſe. "
uod enim ſpiritu de regreſſu ad eum cogi- "
re debuerunt, cujus minis territi admo- "
im erant apud eum reſidentes, plurimum- "
ie lætarentur è manibus ejus evaſiſſe, & "
ipiam ſalvos applicuiſſe, maximas Deo "
atias agerent? Et licet forte nonnulli à "
ipſis pro concordia & compoſitione verba "
ciſſent (eis etiam non prohibentibus id ex "
duſtria ab ipſis toleratum fuit) ne ſummus "
ontifex commotus in eos ſæviret: quia ut "
ieronymus teſtatur, etiam homines juſti "
o tempore aliqua ſimulare poſſunt, ob "
im & ſuorum ſalutem, ut inquit text. in "

" can. utilem, 22. quæſt. 2. facit tex. in cap.
" afferte, de præſump. in can. ſi quælibet cul-
" pa. 22. quæſt. 2.
" XI. Ad illud vero quod reverendiſſimis
" dominis Cardinalibus maximo animi impe-
" tu & exaggeratis verbis de falſitate opponi-
" tur, ex eo quod nonnulli ex his (quorum no-
" mine ſimul cum aliis Concilium Piſis indi-
" ctum fuit) negant ſe unquam in tali re con-
" ſenſiſſe. Reſpondetur quod hoc negare nullo
" modo poſſunt, quia per litteras eorum con-
" ſenſum præſtiterunt, quibus literis etiam
" privatis mandatum probatur, Clem. 1. de
" Procur. lib. 1. §. ff. de Pocur. & hoc quam-
" plures reverendiſſimi Cardinales atteſtan-
" tur, quibus potius credendum eſt, quam
" uni qui ſolus contradicit, ut ſummo Pon-
" tifici reconcilietur, & ejus gratiam aucu-
" petur, cap. in noſtra de teſtib. cap. licet
" cauſam de probat. l. 3. §. 1. ff. de teſtib. &
" certe de tali falſitate nullo modo præſumen-
" dum videtur, cum ille vel illi ex abundanti
" inſcripti fuerint, & abſque illis Concilium
" Piſis indici potuiſſet, ut in Conſilio dedu-
" citur, quo caſu ubi agitur de modico inter-
" eſſe falſitas nunquam præſumitur, cap. ac-
" cedens, de crimine falſi, & cum requiſitio
" facta fuerit *omni meliori modo quo fieri potuit*,
" valet convocatio ex perſonis illorum qui ſoli
" habebant poteſtatem : quia clauſula illo
" *omni meliori modo*, operatur quod actus va-

:at ex iſto capite quod potuit fieri, ut notat "
artol. & Imola in l. cum pater, §. filius "
ıatrem de leg. 2: & Cardinal. & Imola. in "
ıp. ex literis. de officio deleg. & notat "
ald. in l. quotiens, col. fin. Cod. de hæ- "
d. inſtit. Paulus de Caſtro in Conſilio 365. "
per puncto, col. pen. Fulg. in Conſilio 90. *in* "
aſt. col. 2. cum ſimilibus quæ nota ſunt. "
XII. Quod autem ad excuſandum ſuam "
:gligentiam ſummus Pontifex longo ver- "
›rum apparatu conatur oſtendere, quod "
ım eſſet in minoribus omni, ſtudio & dili- "
:ntia procuravit ut generale Concilium "
lebraretur, & ſtatus Romanæ Eccleſiæ "
melius reformaretur: Reſponſio clara "
letur, nam licet ſummo Pontifici cre- "
ndum videatur ubi de facto ejus atteſta- "
-, Clem. 1. de probat. hoc tamen non pro- "
dit in his in quibus Papa liberam non ha- "
t poteſtatem, videlicet in præjudicium "
tii, ut in caſu iſto videtur, & ita Abb. "
ıcludit in dicta Cle. 1. in fin. & in cap. cum "
bis de teſtib. idem dicit Petrus de Anch. "
Conſil. 399. *præmitto*, in fin. col. Paulus de "
ſtr. in Conſil. 156. *viſo & examinato puncto*, "
. fin. Et ideo prædictis verbis ſummi "
ntificis licet ornatiſſimis, nulla fides ad- "
›eri debet, quia ut Auguſtinus teſtatur in "
ı. ſedulo 38. diſt. *melius eſt veriores quam* "
rtiores audire ſermones, ſicut male quis debet "
dentiores quam formoſiores habere amicos. "

„ Et certe novum eſt, & hactenus inauditum
„ fuit, Sanctitatem ſuam, dum Cardinala-
„ tus officio fungeretur, operam præſtitiſſe
„ ut Concilium generale convocaretur, &
„ ſi tanto Concilii deſiderio ipſe ſummusPon-
„ tifex, ut aſſerit, concitatus fuiſſet, cur ad
„ Pontificatum aſſumptus ſuum deſiderium
„ adimplere neglexit, etiam nulla habita ra-
„ tione voti & juramenti.

Et fragilis & leviſſima ejus excuſatio vi-
„ detur, quæ ex bellorum motibus cauſa-
„ tur, quia etiam tempore aſſumptionis
„ ejus, ſuberant hujuſmodi bellorum im-
„ pedimenta, ut etiam ipſe confitetur: &
„ tamen ſe celebraturum Concilium in-
„ fra biennium cum voto & juramento pro-
„ miſit, ideo propter hoc non excuſatur, ut
„ notat Cynus in l. ex conducto §. 1. ff. de
„ loca. Bald. de pace Conſtan. in verbo *vaſalli*,
„ el. 2. & in l. ſi ea col. penult. Cod. de uſuris.
„ Alex. in l. interdum §. quo ex naufragio, in
„ fin. de acqui. poſſeſſ. Et certe hac de cauſa
„ potius Concilium accelerari debuiſſet, cum
„ illud ſalutare ſit remedium, ut bellis im-
„ minentibus conſulatur: ut etiam ipſe ſum-
„ mus Pontifex in ſua bulla atteſtatur, ex quo
„ in tali excuſatione repugnantia & manifeſta
„ contrarietas deprehenditur, quæ admitti
„ non debet l. 1. Cod. de furtis. cap. ſolicitu-
„ dinem de Apel.

„ Et dum ſucceſſive allegatur quod à ſolis
Ro-

Romanis Pontificibus Concilia generalia “
ongregari & indici debent, non negamus “
oc eſſe verum regulariter, ut canones di- “
unt: ſed ſummo Pontifice, cui in primis “
alis cura incumbit, negligente, ad reve- “
endiſſimos Dominos Cardinales Pontifici “
on adhærentes poteſtas iſta defertur, ut “
upra dictum eſt. Et cum in caſu iſto negli- “
gentia ſummi Pontificis, præſertim ex de- “
urſu temporis manifeſta appareat, reve- “
endiſſimi Domini Cardinales optimo jure “
Concilium Piſis indixerunt, & cum agatur “
le evidenti & maximo intereſſe univerſalis “
Eccleſiæ, hoc abſque alia monitione facere “
otuerunt, ut ſupra in Conſilio dictum fuit: “
& hoc favore Eccleſiæ permiſſum videtur, “
t naviculæ Petri fluctuanti ſuccurratur; “
oc enim favore Eccleſiæ, ſæpe numero à “
egulis juris communis receditur, l. ſunt “
erſonæ ff. de relig. facit tex. in l. fin. Cod. “
le Sacroſanctis Eccleſiis. facit text. in can. “
ndignum, 38. diſt. & in cap. ſedulo, & quod “
e baptiſmo dicitur in can: retulerunt, de “
onſec. diſt. 4. Non obſtat quod ſanctitas “
Papæ velit & ſemper poſſit de æquitate ca- “
onica moram purgare, ut notat Bald. in l. “
ui crimen in 6. quæſt. Cod. de accuſa. Ale- “
an. in l. ſi inſulam col. 2. de verborum o- “
bligat. quia reſpondetur illud habere locum “
d evitandum pœnam extrinſecam, quæ ab “
æquitate canonica aliena, prout loquitur “

„ text. qui allegatur in cap. ſuam. de pœnis; „ ſecus ſi agatur ſimpliciter de facultate fa- „ ciendi actum quæ moroſo competat, quia „ ſi in alium tranſlata ſit mora purgari non po- „ teſt, ut notat Imola in dicta l. ſi inſulam, „ quem Alexa. ibi refert col. 18. verſ. 8. *prin- „ cipaliter fallit*. Et licet Alexan. dubitare vi- „ deatur, tamen pro dicto Imola facit, & quod „ notat Bart. per illum text. in l. liberto, §. „ Lucius ff. de annul. leg. Bald. in leg. dictam. „ Cod. de condi. ob. cauſam, & hoc maxime „ videtur habere locum in iſto caſu in quo res „ non eſt integra, ideo videtur quod mora „ purgari poſſit. Præterea nulla ratio purga- „ tionis moræ haberi debet ex eo quod de fa- „ cto ſummi Pontificis agendum erit, in quo „ ejus auctoritas requiritur ut ſupra dictum „ eſt. Unde cum in tali cauſa facultas congre- „ gandi Concilium ad Summum Pontificem „ non pertineat, purgatio moræ in eo conſi- „ derari non poteſt.

„ Nec obſtat quod dicitur de Concilio „ Conſtantienſi, quod contra Joan. XXIII. „ eo auctore congregatum fuit, licet ejus „ cauſu ageretur, quia hoc minime verum eſt; „ ut conſtat ex ipſo Concilio Conſtantienſi, „ ubi in principio dicitur quod congregatio „ illius Concilii facta fuit ut perficerentur „ quæ ab Alexandro V. in Concilio Piſano „ inchoata fuerant, & ita patet quod à prin- „ cipio illud Concilium congregatum non

fuit

Digitized by Google

uit contra Joannem XXIII. bene verum eſt "
uod poſtea Concilium inſurrexit contra "
ɔſum Joann. XXIII. & voluit villicationis "
jus rationes perſcrutari, & tunc ipſe nedum "
uctoritatem non interpoſuit, ſed aufugit, "
c propter fugam & contumaciam privatus "
ıit. Et dato quod ipſe etiam in facto pro- "
rio auctoritatem interpoſuiſſet, ex abun- "
anti illud feciſſet, & non ſequitur quod "
ſſet neceſſaria, & quod abſque eo Conci- "
um congregari non potuiſſet.

Præterea, eſto quod mora purgari à "
ummo Pontifice potuiſſet: ex oblatione "
:oncilii facta in loco notorie non tuto mora "
urgari non videtur, quia talis oblatio ad "
urgandum moram in loco congruo fieri "
ebet, l. ſi ſoluturus. ff. de ſol. notatur in l. "
uæ decen. in prin. eo tit. in l. acceptam, ubi "
art. Cod. de uſur. in l. illud ubi gloſſ. ff. de "
eric. & commo. rei vendi.

Nihil etiam obſtare videntur quæ de bre- "
tate temporis & inhabilitate loci civitatis "
iſarum opponuntur, quia terminus arbi- "
arius eſt, cum à jure determinatus non "
:periatur, Ar. l. 1. ff. de jure delibe. & "
:iam ſi præfixus fuiſſet propter periculum "
ıod imminet, reſtringi ac moderari po- "
ıiſſet, quia regulariter quilibet ex cauſa "
ıoderari poteſt. ut notat Bart. in l. 2. ff. de "
: judi. not. in cap. cum ſit Romana, de app. "
bi Abb. cum ſimil. ut ibi dixi. in termino "

 enim

„ enim conſtituto provideri poterit ut futuris
„ & imminentibus malis occurratur, in qui-
„ bus periculum eſt in mora; deinde termi-
„ nus prorogari poterit, prout Concilio vi-
„ debitur: & alias cum minori dilatione, tem-
„ pore Gregorii XII. Concilium Piſis con-
„ gregatum fuit, & in hoc certe Summus
„ Pontifex reverendiſſimos Dominos Cardi-
„ nales arguere non debet, cum ipſe termi-
„ num Concilii, qui ut ab eo aſſeritur non
„ minus anno à ſanctiſſimis patribus conſti-
„ tuebatur, ad novem menſes reſtrinxerit.

„ Similiter ad illud quod de loci incom-
„ moditate allegatur, Reſponderi poteſt,
„ quod cum alias Concilium ibi congregatum
„ fuerit, ita & nunc pariter congregari po-
„ teſt, & licet hactenus bello civitas Piſarum
„ obſeſſa, à duobus annis citra nihil mali
„ habuit; etiam fere reſtaurata & in priſtinum
„ ſtatum reſtituta videtur, & omnia quæ ad
„ victum neceſſaria ſunt facile præparari poſ-
„ ſunt, propter agri fertilitatem, & quia mari
„ propinqua eſt. Accedit etiam civitas Lucæ,
„ quæ illi vicina eſt, & maximo adjumento
„ illi eſſe poterit, & ſi Patribus Concilii vide-
„ bitur, locus mutari poterit, prout in in-
„ dictione Concili dicitur, & ſic patet leviſſi-
„ mam eſſe hujuſmodi loci & temporis excu-
„ ſationem.

XIII. Poſtremo ad Concilium quod Ro-
„ mæ à Summo Pontifice indictum & ordina-
tum

tum fuit, dicimus quod cum de reforma- “
tione capitis agendum ſit, congregatio “
Concilii in facto proprio ad Summum Pon- “
tificem non pertinet, & dato quod illi com- “
peteret, manifeſta ejus negligentia exclu- “
ditur, adeo quod mora purgari non poteſt, “
ut ſupra dictum eſt: & etiam ſi purgatione “
moræ locus eſſet Concilii in Urbe Romana, “
his temporibus non eſt tutus, ut notorium “
eſt: quis enim Romæ auderet à ſummo “
Pontifice ejus villicationis rationes exigere, “
qui ſolitus eſt in eos ſævire qui ejus voluntati “
repugnant? juxta notata per Bald. in l. de “
pupillo §. ſi quis ipſi Prætori. de operis novi “
nunciat. & juſtiſſima eſt excuſatio non com- “
parentis ad locum non tutum, cap. ex parte “
de appel. Clem. paſtoralis §. Piſanæ de re “
judi. cap. accedens el. 2. ut lite non conteſt. “
& cum Summus Pontifex capitali odio re- “
verendiſſimos Cardinales proſequatur, non “
debent credere literis ſalvi conductus, dicto “
cap. accedens. & in cap. literas in. fine, de “
reſtit. ſpoliat.

Et licet Reverendiſſimi Domini Cardi- “
nales his optimis & apertiſſimis rationibus “
ſe tueri poſſint, & in Concilio prius Piſis “
indicto perſiſtere ulterius, tamen cogitan- “
tes ut eorum bona mens & animi ſinceritas “
omnibus re ipſa innoteſcat, cum ipſi nihil “
aliud quærant, niſi quod ſaluti Univerſalis “
Eccleſiæ conſulatur, & ut omnis occaſio “
ſchiſ-

„ ſchiſmatis imminentis removeatur, ſe obtu-
„ lerunt & offerunt paratiſſimos eſſe obedire
„ ſummo Pontifici, & debitam reverentiam
illi exhibere, dummodo ſanctitas ſua de *com-
muni concordia locum tutum pro Concilio Generali
conſtituere velit. Et ut hoc facere omnino dignetu,
cum omni reverentia & humilitate ſanctitatem
ſuam rogaverunt, & iterum rogant plurimum &*
„ *deprecantur.* In hoc enim tota machina præ-
„ ſentis diſceptationis reſolvitur: nam ſi hanc
„ juſtiſſimam & æquiſſimam oblationem Sum-
„ mus Pontifex admittere noluerit, & ut ha-
„ ctenus fecit illam reſervaverit & rejecerit,
„ veritas manifeſta apparebit (quæ tergiver-
„ ſari non poterit) *quod ipſe Concilium liberum
„ nullo modo congregare velit*. Ar. l. non ſolum. ff.
„ de action. & obli. non tantum enim verbis,
„ ſed etiam facto voluntas declaratur, l. Paulus
„ ff. rem ra. ha. cap. dilecti. el. 1. de app. facit.
„ text. 22. quæſt. 5. in can. Cavete 11. quæſt.
„ 3. in can. exiſtimant: & tali caſu patres Pi-
„ ſani Concilii, ut ſupra dictum eſt, optimo
„ jure ad ulteriora procedere poſſunt, & de-
„ bent.

Non obſtante quod Summus Pontifex
„ tale Concilium ſub graviſſimis cenſuris pro-
„ hibuerit. quia in hoc illi obediendum non
„ eſt, & ejus cenſuram timere non debent, ut
„ in terminis late concludit Anton. Roſellus
„ in Tractatu ſuo de poteſtate Papæ, in char-
„ ta 55. in fine: quia tale præceptum contra
Con-

Digitized by Google

Concilium illicitum eſt : ideo illi non eſt “
parendum, allegato cap. literas, de reſtit. “
ſpol. Ad hoc facit textus in can. non ſemper “
11. quæſt. 3. ubi dicitur, quod Prælato non “
ſemper obediendum eſt : unde ſi præcepit “
aliquid contra Deum, vel ſi prohibet quod “
à Deo præceptum eſt, illi non eſt parendum, “
11. quæſt. 3. in can. ſi is qui præeſt, *Nam* “
Deo magis quam hominibus obediendum eſt, 8. “
diſt. can. quæ contra, in fin. & 11. quæſt. 3. “
in can. ſi Dominus. Et tali caſu ſententia ex- “
communicationis vel interdicti non gravat “
apud Deum, nec apud Eccleſiam ejus, dicto “
can. ſi is qui præeſt, & in can. non debet. 11. “
quæſt. 3. & idem in terminis Abb. tradit in “
cap. inquiſitioni, circa fin. de ſent. excom- “
muni. ubi inquit, quod Cardinales qui re- “
ceſſerunt à Gregorio XII. ex eo quod noluit “
obſervare votum & juramentum, quan- “
quam revocati fuiſſent ſub graviſſimis cen- “
ſuris, non tenebantur obedire : quia Con- “
cilium impeditum fuiſſet, & hoc idem vo- “
luit Petrus de Anch. in Conſilio 65. *pro de-* “
claratione dubiorum col. fin. ubi in terminis “
dicit, quod reverendiſſimi Domini Cardi- “
nales tenentur proſequi Concilium ad quod “
ſe cum voto & juramento obligaverunt, “
non obſtante prohibitione Papæ. Et ita de “
jure concludendum videtur.

Et hæc breviter dicta ſunt, ut puto, pro “
Veritate & Juſtitia, & pro confirmatione “
Con-

Digitized by Google

„ Conſilii alias à me editi, quæ omnia in di-
„ ſputatione juris verſantur, ideo cum bona
„ venia Sanctiſſimi Domini noſtri ſcripta ſint,
„ & ſub correctione Apoſtolicæ ſedis: in his
„ vero quæ in facto conſiſtunt & perſonam
„ Sanctiſſimi Domini noſtri reſpiciunt, ego
„ nihil dicturus ſum, quia nihil ſcio, & non
„ eſt meum ponere os in cælum, can. in tan-
„ tum, 21. diſt. & pro ſanctitate & integri-
„ tate vitæ illius præſumendum eſt, quem apex
„ tantæ dignitatis attollit can. non nos, di-
„ ſtinct. *Laus Deo.*

PHILIPPUS DECIUS
MEDIOLANENSIS.

XI. Hoc Doctiſſimum Conſilium Philippi Decii tantum illi apud Curiam Romanam conflavit odium, ut profligatis rebus Gallorum in Italia ſub Ludovico XII. exulare, atque Franciam perfugio habere coactus fuerit: ubi Ludovicus Decium Senatoria dignitate in Parlamento Gratianopolitano exornavit. Cum autem Decius futurum videret, ut Curia Romana hoc opuſculum ex ſuis Conſiliis expungeret: Illud in acta Parlamenti Gratianopolitani referri curavit. Deinde mortuo Leone X. PP. rediit in Italiam, nam civis erat Mediolanenſis, obiitque Piſis Anno Domini .... ubi ejus illuſtre ſepulchrum hodie viſitur in æde.

XII. Cæterum, quo Piſani Patres omnia quæ in Controverſiam venire poterant accuratio-

atiore lima expolirent : formam & agendi
ationem Patrum Baſileenſium ſibi æmulan-
am cenſuerunt : & in quatuor claſſes aut
eputationes generales totam Synodum par-
iti ſunt: duoſque ſui ſeculi Doctiſſimos Juriſ-
onſultos Philippum Decium & Hierony-
num Buticellam Advocatos Concilii inſti-
uerunt. Procemium Synodi Piſanæ octo con-
tat Articulis, quos Patres pro rerum agen-
arum firmamento defixerunt. Et quidem,
riore Articulo decretum Conſtantienſe de
ynodis Generalibus ſingulis decenniis cele-
randis ex ſeſſione XXXIX. Conſtantienſi
xhibetur. Deinde ſecundo Articulo, ex-
cribitur integra ſeſſio XI. Baſileenſis Con-
ilii quam Eugenius approbavit : qua qui-
em memoratum decretum Conſtantienſe
xplicatur, ac decernitur, ſi forſan Ponti-
ex ſingulis Decenniis Concilium cum effe-
tu convocare detrectet aut negligat, ut jus
onvocandæ Synodi ad Eccleſiaſticos devol-
atur : qui de jure vel conſuetudine genera-
ibus Conciliis intereſſe conſueverunt : idque
bſque ulla publicatione aut indictione ne-
eſſaria ex parte Romani Pontificis. Quod ſi
orte aliqua conciliet impedimenta, vel in-
erturbet aut remoretur curſum Synodi, ipſo
acto ſuſpenditur atque exauctoratur. Quo
rticulo omnia acta Synodi Piſanæ contra ex-
eptiones Curiæ Romanæ obvallantur. Ter-
ius articulus continet bullam Eugenii IV.
ſuper

ſuper approbatione Actorum Synodi Baſileenſis ſeſſionem XI. approbaſſe: & hoc quidem Argumento ad hominem: cui Julius aut Cajetanus nihil habent validi quod opponant. Et ita planum evadit, tempore Julii auctoritatem Decretorum Conſtantienſis & Baſileenſis Synodi, nemini veniſſe in dubium. Alias enim Piſani Patres nunquam ea decreta pro fundamento rerum à ſe agendarum conſtituiſſent: & Julius hanc petitionem facile eluſiſſet: Excipiendo quartam & quintam ſeſſionem Conſtantienſem non factam Synodice: & Concilium Baſileenſe eſſe Acephalum & Schiſmaticum: ut hodie cæci adulatores garriunt: poſtquam ex Conventis Cajetani deſipere occeperunt, de qua re infra amplius. Quarto Articulo Actum publicum & authenticum Sacramenti DD. Cardinalium continetur: quod actum Auctore & ſuaſore Julio Paulo antequam eligeretur Pontifex per formam Contractus, conſcriptum eſt: & inter alia hæc capit, ſcilicet illum qui cooptabitur in Summum Pontificem juraturum ſe intra biennium à die ſuæ creationis Generale Concilium cum affectu coacturum in loco libero & tuto ad procurandam pacem inter Chriſtianos, Eccleſiæ reformationem in Capite & in membris, & reductionem multarum exactionum, expeditionem contra infideles, &c. *Item pro vinculo Charitatis & pacis inter Summum Pontificem & fratres ejus S. R. E. Cardinales;*

les; item quod ſi forſan quod abſit, aliquis Cardinalium ad Pontificatum electus, prædictis aut prædictorum alicui contraveniat tanquam traſgreſſor ac fidei præſtitæ, ac perjurus, tanquam etiam perturbator & ſcandalizator Eccleſiæ, & totius Chriſtianitatis habeatur atque reputetur: & ex nunc dat & concedit facultatem & poteſtatem duabus partibus Collegii congregandi Concilium Generale: Cujus Sententiæ in incurſu pœnarum ſupradictarum & aliarum de Jure propter prædictorum publicara & libertatem Sacri Collegii reſpicientium tranſgreſſionem infligendarum ſe ſubjicit & ſubmittit, &c. Porro, contra hunc Articulum Julius in bulla Indictionis Synodi Lateranenſis ſolummodo objicit: *Stante legitimo impedimento ſibi de Jure votum ſuum & Sacramentum tranſgredi licuiſſe: & tamen non tranſgreſſum fuiſſe, eo quod propter bella continua quibus Italia vexabatur illud obſervare non potuerit.* Addidit præterea, *hæc ad forum Conſcientiæ ſpectare: quod de æquitate Canonica purgationem moræ ſemper admittit.* Quæ reſponſio prorſus nulla eſt: Primum quo ad bella, ipſemet illorum Suaſor, Auctor, & Dux fuit: Quod eſt à Paſtoris & manſuetudinis Eccleſiæ miniſterio penitus alienum. Secundo, fateor forum Conſcientiæ moram quidem purgare poſſe, ſi modo conditionibus in voto & Sacramento conceptis bona fide ſatiſfiat: A quo quidem propoſito longiſſime abfuiſſe Julium Hiſtoria rerum geſtarum declarat: quoniam niſi coactus nunquam ad-

Digitized by Google

duci potuit ad Synodi Celebrationem : utque ejus effectum impediret eam contra jus Divinum & naturale indixit non liberam & in loco minime tuto. Nam quotuſquiſque Julio armato auſus fuiſſet Romæ de Eccleſia in Capite & in membris verba facere, cum ipſe contra Juris Gentium religionem Procuratorem Ducis Sabaudiæ equuleo torqueri juſſerit, eo quod nomine Magiſtri ſui de pace cum Galliarum Rege facienda verba feciſſet? hoc adulatores perpendant qui Lateranenſe Concilium inter Generalia Concilia adnumerant : quod certe nobis certiſſimum oppreſſæ libertatis Eccleſiaſticæ monimentum conſignat ut ſtatim ipſis actis demonſtrabitur. Quintus articulus Synodi Piſanæ exhibet procurationem Maximiliani Cæſaris ſuper Indictione Piſani Concilii. Sextus vero Ludovici XII Franciæ Regis procurationem in eumdem finem refert. Septimus denique indictionem & convocationem nomine & auctoritate novem Cardinalium die XV. Maii 1511. qui quidem inter alia hæc narrant : *Se ob notiſſimos exceſſus & violentiam Julii coactos Roma ſecedere : Cum ille S. R. E. Cardinales fratres ſuos Eccleſiæ Univerſalis Principes carceri manciparet, omnibuſque interminaretur : Oratores Principum Chriſtianorum contra jus Gentium cuſtodiæ publicæ addixiſſet, &c. Ideo velle ac ſtatuere ut actum publicationis Synodi Piſanæ fiat in locis propinquioribus Romæ : eo quod tum temporis*

non

non tutus eſſet deceſſus ad urbem, ſicut omnibus erat notiſſimum, &c. Et de his Julii violentiis legendus Guichardinus jam ſupra laudatus hoc ipſo Capite numero quarto. Octavus Articulus habet convocationem Synodi Piſanæ nomine Imperatoris & Galliarum Regis editam.

Verum Piſano Concilio ſic à Cardinalibus Imperatore & Rege Franciæ indicto, Cardinales & Prælati Concilii priuſquam aliquid agerent, elegerunt duos Procuratores ſcilicet D D. Joannem de Theodoricis Civem Romanum, & Franciſcum de Treicio Clericum Placentinum : quos quidem ſuo atque omnium Prælatorum Piſanorum nomine miſerunt Romam, ut ſeſe opponerent omnibus & ſingulis geſtis atque violentiis Julii Papæ & nominatim declararent Synodum nullo modo haberi poſſe Romæ, propter illius violentias notiſſimas; maxime vero quod nullus eſſet qui ibidem ſuam ſententiam de Republica Chriſtiana libere auderet proloqui. Inſuper data facultas eiſdem Procuratoribus rogandi atque interpellandi Pontificem, ut quamcumque vellet aliam urbem à Roma eligeret in qua tuto & libere Synodus haberi poſſet : juxta Sacramentum à ſe emiſſum paulo ante & poſt electionem ſuam ad Pontificatum. Cætera lector ex actis Synodi Piſanæ quæ mox ſolida exſcribam repetet. Cum enim ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam quam fide-

Digitized by Google

liter ad poſteros tranſmitti neceſſe eſt, pertineant, & tomis Conciliorum minime leguntur ea hic operæ pretium eſt referre: ut ſtudioſi Hiſtoriæ probanda vel improbanda cognoſcere, eaque amplecti aut fugere queant.

Porro dum hæc Piſis gererentur, ut Julius celebrationem Piſani Concilii enervaret ac diſſiparet, bullam Convocationis Synodi Lateranenſis vulgavit, datam 15. Kalend. Auguſti 1511. ut jam monui ſupra. Item contra articulos proprii Sacramenti, de quo ſupra, octo Cardinales fiduciarios creavit, ſic enim vocantur à Guichardino. Præterea cum Epiſcopus Gurcenſis primus eſſet Conſiliarius Maximiliani Caſaris illum omni opera & ſtudio allexit quo Cæſarem à Regis Franciæ amicitia diſſociaret: eumque in finem paulo poſt Gurcenſis Galero Cardinalitio cohoneſtatus eſt à Julio. Et ita Maximilianus, quamquam ab Ludovico XII. magnis affectus beneficiis, nihilo minus laudi & gloriæ Gallorum invidens, nullos Epiſcopos Germaniæ miſit ad Concilium Piſanum: ſicque Ludovicum deſeruit.

XIII. Sed quoniam præter Argumenta contra Piſanum Concilium à Philippo Decio propulſata, alia nonnulla ab aliis proponuntur, illa opus eſt examinare ac diluere. Primum quidem Guichardinus contendit, paucos Cardinales & Prælatos & quidem omnes pene Gallos fuiſſe in Piſano Concilio: atque

Im-

Imperatorem cum hac uti vellet opportunitate ut res ſuas cum Pontifice & Galliarum Rege commodius perageret: Nullos quidem Epiſcopos ex Germania Piſas miſiſſe, &c. Certe pauci erant Itali Cardinales & duo tantum Hiſpani. Sed reſpondeo hanc paucitatem ſpectare ad quæſtionem facti, atque hominum malitiam arguere: qui quæ ſua ſunt non quæ Chriſti quærunt. Accedit etiam idem plane dici poſſe de Lateranenſi Synodo, ad quam ſoli Itali qui ordinarie Curiam Romanam ſectabantur convenerunt, ut liquet ex actis. Denique urgeo, ut aliquod Concilium cenſeatur Generale, ſatis eſſe modo ſit legitime indictum & omnes vocentur ad locum liberum, tutum, atque opportunum; quia in Synodis non tam numerus quam concordia, libertas, & unanimitas Patrum requiritur, ut Dominus docet Matthæi XVIII *ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, &c.* Adde & Canon. Alienus XXIV. quæſtione I. Almainum in quæſtione reſumptiva ſub finem & Cap. XIII. de Eccleſiæ Auctoritate.

Secundo Guichardinus cauſatur omnes Gallos invito profectos ad Piſanum Concilium. Rependo, hoc quoque ad quæſtionem facti pertinere: atque idem dici poſſe de multis Patribus antiquis qui Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino, & aliis primis Conciliis interfuerunt: quos certum eſt multo

magis exoptaſſe manere in propria Diœceſi & officio ſuo ordinario excubare. Inſuper adnecto, hæc Gallorum pietatem maxime commendare: quos non eſt dubium exoptaſſe maxime ut Pontificis & Curiæ Romanæ ſtudium ac propoſitum in melius commutaretur; nihilominus ad Synodum Piſanum forti & conſtanti animo profectos, decreta Synodi Turonenſis ſuperius poſita, & doctiſſimæ Almaini atque Philippi Decii pro Concilii Piſani defenſione lucubrationes ſatis declarant: maxime vero quod Gallis perſuaſum eſſet, nihil aliud Curiæ Romanæ propoſitum quam ut abſolutam ſuam Monarchiam ſtabiliret atque via facti Sanctionem Pragmaticam abrogaret: pro qua Gallos conſtantiſſime certaſſe acta ipſa Lateranenſis Synodi declarant, ut ſuo loco probabitur.

Tertio Bellarminus libro primo de Conciliis & Eccleſia Capite VI. docet Piſanum Concilium reprobatum in Synodo Lateranenſi: atque omnes Cardinales Piſanos qui & incrementum dederant, poſt exceſſium Julii veniam petiiſſe à Leone X. & Synodo Lateranenſi tanquam legitimæ adhæſiſſe. Contra excipio, hæc ad quæſtionem facti attinere, ac de Juris quæſtione ex eventu judicari non oportere: neque cuiquam mirum videri debere, Piſanum Concilium antiquarum fuiſſe in Synodo Lateranenſi cum decretis Conſtantienſis & Baſileenſis Concilii niteretur, qui-

Digitized by Google

quibus ſtantibus impoſſibile eſt Curiæ Romanæ ſuam abſolutam Monarchiam conſtituere, & libertatem Ariſtocratici regiminis delere.

Quarto Bellarminus ibidem ait, Regem Galliæ ſimiliter Piſanum Concilium ejuraſſe & Lateranenſi adhæſiſſe. Reſpondeo ut prius, hoc ad quæſtionem facti ſpectare, & ex actis Lateranenſis Synodi patere, Leonem X. Julio vita functo invitaſſe Ludovicum Galliæ Regem ad petendam abſolutionem Cenſurarum quibus eum Julius colligare voluerat: ſed Regem oppoſuiſſe ejuſmodi cenſuras nullius eſſe ponderis: Seque nulla indigere abſolutione cum in Sedem Apoſtolicam nihil peccaſſet. Qua re perſpecta Leo acquievit, modo Rex Piſanæ Synodo renunciaret, & Lateranenſi Concilio adhæreret, ut revera pro bono pacis adhæſit, inferius in Analyſi octavæ ſeſſionis Lateranenſis. Hercle Prælati Galliarum miſſi ad Synodum Lateranenſem ut ei adhærerent, & pragmaticam tuerentur, ſolummodo, *abſolutionem ad Cautelam*, necaliter petunt aut admittunt ſeſſione nona. Quod argumento eſt, Illos non exiſtimaſſe ſe aliquid in SS. Apoſtolicam peccaſſe: quippe qui ſeſe duntaxat deſpotico Julii II. Imperio opponerent: Reliqua Argumenta aut ſoluta ſunt in Apologia Patrum Piſanorum, & in Conſilio Philippi Decii, aut infra in Analyſi Synodi Lateranenſis enodabuntur. Quam-

 obrem

obrem ad Acta Piſani Concilii tranſeo, quæ nullo jure cenſuris expungi poſſunt: Cum intime ſpectent ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam illorum temporum, atque veritatem regiminis Ariſtocratici Eccleſiæ conformiter ad Conſtantienſe & Baſileenſe Concilium aſſerant.

CAPUT III.

I. *Acta Piſanæ Synodi, quorum proœmium ſeptem continet Articulos quibus oſtenditur hanc Synodum eſſe legitimam.*

II. *Piſani Patres ſuos Procuratores mittunt Romam ut Julium* II. *obſecrent, quatenus urbem aliam à Roma eligeret, in qua libere & tuto haberi poſſet Concilium ad Eccleſiam reformandam.*

III. *In tertia Seſſione enarrantur Cauſæ ob quas Concilium Piſanum tranſlatum eſt Mediolanum; de qua re Philippus Decius Orationem habuit, quæ ejus conſilio adjuncta eſt.*

IV. *In quarta Seſſione viri delecti iterum mittuntur Romam ut Julium rogarent, quatenus aliam urbem a Roma eligeret in qua tuto & libere haberi poſſet Concilium pro Eccleſia reformanda.*

V. *In octava & ultima Seſſione, Julius propter pervicaciam ſuſpenditur ab officio Papali, idque ex præſcripto undecimæ ſeſſionis Concilii Baſileenſis quam Eugenius approbavit.*

Promotiones & Progreſſus Sacroſancti Piſani Concilii Moderni indicti & inchoati Anno Domini M. D. XI.

Conſtitutio Sacroſancti Conſtantienſis Concilii de tempore & modo celebrandi Concilii Generalis Seſſione XXXIX. *promulgata.*

„I. SAcroſancta Generalis Synodus Con-
„ ſtantienſis, &c. Frequens Generalium
Con-

Conciliorum celebratio agri dominici cultura eſt præcipua, quæ vepres, ſpinas, & tribulos hæreſeon, errorum, & ſchiſmatum extirpat: exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit; Illorum vero neglectus præmiſſa diſſeminant atque fovent. Hæc præteritorum temporum recordatio, & præſentium conſideratio, ante oculos noſtros ponunt. Ea propter hoc edicto perpetuo ſancimus, decernimus, & ordinamus, ut à modo Concilia Generalia celebrentur: ita quod primum à fine hujus Concilii in quinquennium immediate ſequens, ſecundum vero à fine illius immediate ſequentis Concilii in ſeptennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur in locis quæ Summus Pontifex per menſem ante finem cujuſlibet Concilii approbante & conſentiente Concilio, vel in ejus defectum ipſum Concilium deputare & aſſignare teneatur, ut ſic per quandam continuationem ſemper aut Concilium vigeat: aut per termini pendentiam expectetur: quem terminum liceat ſummo Pontifici de fratrum ſuorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilio ob emergentes forte caſus abbreviare, ſed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro celebrando Concilio deputatum abſque evidenti neceſſitate non mutet. Sed ſi forte

 caſus

„ caſus aliquis occurret, quo neceſſarium videretur ipſum locum mutari, puta obſidionis, guerrarum, peſtis aut ſimilis: tunc liceat ſummo Pontifici de prædictorum fratrum ſuorum, aut duarum partium ipſorum conſenſu atque ſubſcriptione, alium locum prius deputato loco viciniorem & aptum, ſub eadem tamen natione, ſubrogare, niſi idem vel ſimile impedimentum per totam illam nationem vigeret: tunc ad aliquem alium viciniorem locum alterius nationis aptum, Concilium poterit convocari: ad quem prælati & alii qui ad Concilium ſolent convocari accedere teneantur, ac ſi à principio locus ille fuiſſet deputatus: quam tamen loci mutationem vel termini abbreviationem per annum ante præfixum terminum teneatur Summus Pontifex legitime & ſolenniter publicare & intimare, ut ad ipſum Concilium celebrandum prædicti poſſint ſtatuto termino convenire.

Conſtitutio Sacroſancti Baſileenſis Concilii ſeſſione XI. *per Eugenium* IV. *Papam: ut ejuſdem Concilii ſeſſione* XVI. *conſtat, approbata: in qua ſuperior Conſtantienſis Concilii conſtitutio exponitur & roboratur.*

„ SAcroſancta Generalis Synodus Baſileenſis in Spiritu Sancto legitime congregata Univerſalem Eccleſiam repreſentans, ad perpetuam rei memoriam. Quoniam *Frequens*

quens Generalium Conciliorum celebratio tanquam agri dominici præcipua cultura Univerſalem Eccleſiæ ſtatum concernit: ideo ſumma cum diligentia intendendum eſt, ut cunctis obſtaculis quæ tam ſalubrem inſtitutionem impedire poſſent accurate obvietur. Inhærens igitur hæc Sancta Synodus ordinationi decreti Concilii Conſtantienſis, quod incipit, frequens, cupienſque ne ſcandala quæ, proh dolor! diebus noſtris contigerunt, futuris temporibus in perniciem Eccleſiæ repullulent: ſtatuit & decernit, ut Romanus Pontifex qui primus in vinea domini laborare, & alios ſuo exemplo ad laborandum trahere tenetur, per ſe vel Legatum de latere, aut Legatos eligendum vel eligendos de conſilio & aſſenſu duarum partium Cardinalium in Concilis Generalibus debeat intereſſe, necnon omnes & ſingulæ Eccleſiaſticæ, quæ de jure vel conſuetudine in Generalibus Conciliis adeſſe debent, deinceps ad ipſa Generalia Concilia, tam vigore ipſius conſtitutionis *Frequens*, indicta, quam hujus ſacri Concilii Baſileenſis, vel alterius futuri legitime congregati auctoritate indicendæ ſine alia vocatione venire perſonaliter aſtringantur, niſi legitimo detineantur impedimento, quo caſu perſonas idoneas cum ſufficienti mandato deſtinare teneatur. Quod ſi ipſe Romanus Pontifex, & aliæ prædictæ perſonæ hoc facere

negle-

„ neglexerint, aut ipſum Concilium quoquo „ modo de facto impedire, mutare, prorogare, aut diſſolvere operam dederint; & „ infra quatuor menſes cum reali ſatisfactione „ non reſipuerint, ex tunc Romanus Pontifex à Papali, & prædictæ perſonæ à ſuorum dignitatum adminiſtratione ſint ipſo „ facto ſuſpenſi; quæ quidem Papalis adminiſtratio ad ſacrum Concilium ipſo jure devolvatur. Quod ſi pœnas prædictas per duos „ menſes; poſt dictos quatuor animo ſuſtinuerint indurato, contra tam Romanum „ Pontificem quam prædictas perſonas uſque „ ad privationem incluſive per Concilium „ Generale procedatur.

„ Statuit quoque hæc Sancta Synodus ut „ non obſtante quacumque etiam Romani „ Pontificis prohibitione omnibus cujuſcumque ſtatus & conditionis exiſtant, etiamſi „ ſint Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, „ liberum ſit ad Generalia Concilia proficiſci: „ quodque ipſe Romanus Pontifex, ad ipſa „ Concilia Generalia accedere volentibus & „ præſertim dictis Cardinalibus, licentiam, „ ſi petierint, impertire teneatur. Declarat „ quoque hæc Sancta Synodus verba illa videlicet *nullatenus prorogetur*, in dicto decreto „ poſita, ita prohibitive intelligi, ut etiam „ per Papam prorogari non poſſit: quodque „ Concilium actu congregatum diſſolvi, aut „ de loco ad locum mutari ſine ipſius Concilii

ex-

expreſſe conſenſu per Romanum Pontificem nullatenus poſſit. Caſſat inſuper, irritat, & annullat, ſi quid forſitan contra hæc, vel etiam in derogationem aut impedimentum ipſius Concilii Generalis, perſonarum, & prælatorum, ac ſuppoſitorum ejuſdem, per privationem, tranſlationem, cenſuraſque Eccleſiaſticas, vel aliter, quomodolibet in futurum contigerit attentari. *Et infra.*

Quod ſi caſu aliquo contingat, eos qui Conciliis Generalibus intereſſe tenentur, in principio temporis non advenire, declarat non propterea dictam Concilii celebrandi facultatem expirare, ſed ut quanto ocyus commode fieri poterit celebretur. Ne autem diu differri poſſit, ſtatuit ut per viginti dies ante prædictum decennii tempus completum; vel aliud ſi forſan per Concilium præfigi contingat, Romanus Pontifex per ſe, vel Legatum aut Legatos ſuos, necnon Archiepiſcopus, in cujus provincia vel diœceſi fuerit Concilium celebrandum, & omnes prælati vicini, loco celebrationis Concilii, per quatuor diætas vulgares, ceſſante impedimento Canonico in propriis perſonis, vel eo obſiſtente, per viros idoneos ad hoc vicarios conſtitutos adeſſe teneantur, ut de loci diſpoſitione, & aliis præparatoriis Concilii, veleant habere tractatum. Die autem inchoationis Concilii Generalis præfinita,

„ nita, hi qui ibidem fuerint, Miſſam de „ Sancto Spiritu ſolemniter celebrent, & „ Concilium ex eo die ſtabilitum & inchoatum eſſe, efficaciter cenſeatur.

„ Ut præmiſſa vero facilius executioni demandentur, ſtatuit ipſa Sancta Synodus, „ quod electores Romani Pontificis ante ingreſſum conclavis jurare, Deoque & Eccleſiæ promittere teneantur, Quod ſi contingat aliquem ex eis in Papam aſſumi, præmiſſa omnia decreta, ſtatuta, & ordinata ſervabit, & pro poſſe implere realiter, & cum effectu curabit. Adjicit quoque, ut quicumque in Romanum Pontificem futuris deinceps temporibus aſſumetur, inter alia quæ profiteri debet, juxta decretum Concilii Conſtantii quod incipit. *Quanto Romanus Pontifex*, *&c.* Juret etiam præſens decretum efficaciter obſervare, quam quidem profeſſionem, teneatur poſtea in primo publico conſiſtorio de novo facere, profiteaturque, ſi eorum quæ in hoc decreto continentur fuerit violator, nec non ratione cujuſlibet notorii criminis Eccleſiam ſcandalizantis, judicio Generalis Concilii ſe eſſe ſubjectum. Hanc quoque profeſſionem, tam ipſe quam Collegium Cardinalium, inſerant literis, quas de nova aſſumptione Papæ per orbem, de more tranſmittent.

„ Ut autem tam ſalutaris ac neceſſarii decreti nullus poſſit ignorantiam prætendere,

man-

Digitized by Google

mandat hæc Sancta Synodus, in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus metropolitanis Epiſcopis, ut in Provincialibus, & Synodalibus Concilii Prælatis Religionum in ſuis Capitulis Generalibus, hujuſmodi decretum legi faciant & publicari. *Et infra.* Datum in ſeſſione publica ejuſdem Sanctæ Synodi, in Eccleſia majori Baſileenſi ſolenniter celebrata V. Kalend. Maji Anno à nativitate Domini milleſimo quingenteſimo tertio.

Literæ Apoſtolicæ Eugenii Papæ IV. *quibus confirmatur ſacrum Baſileenſe Concilium, ab initio uſque ad Seſſionem* XVI. *incluſive & deinceps.*

EUgenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum Sacrum Generale Concilium Baſileenſe per generalium Conſtant. & Seneſ. Conciliorum ſtatuta, ordinationemque fœlicis recordationis Martini Papæ V. ac noſtram, pro extirpatione hæreſeum, pace populi Chriſtiani, ac generali reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, & pertinentibus ad ea legitime inchoatum: ex certis cauſis in aliis noſtris literis expreſſis, de fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu diſſolvimus. Verum, cum ex dicta diſſolutione, ortæ ſint gra-

„ graves diſſentiones, & graviores oriri poſ-
„ ſent, nihilque magis optemus quam quod
„ prædicta ſancta opera debitum ſortiantur ef-
„ fectum, de Conſilio & aſſenſu venerabilis
„ fratris Jordani Epiſcopi Sabinenſis : dile-
„ ctorum filiorum noſtrorum Anthonii tt. San-
„ cti Marcelli, Franciſci tt. Sancti Clemen-
„ tis. Angeloti tt. Sancti Marci presbytero-
„ rum, ac Lucidii Sanctæ Mariæ in Coſme-
„ din. Ardeſini Sanctorum Coſmæ & Dami-
„ ani Diaconorum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
„ Cardinalium, decernimus & declaramus,
„ præfatum generale Concilium Baſileenſe, à
„ tempore prædictæ inchoationis ſuæ, legiti-
„ me continuatum fuiſſe & eſſe : proſecutio-
„ nemque ſemper habuiſſe, continuari ac pro-
„ ſecutionem habere debere, ad prædicta, &
„ pertinentia ad ea, perinde ac ſi nulla diſſo-
„ lutio facta fuiſſet. Quinimo, præfatam diſ-
„ ſolutionem irritam & inanem de conſilio &
„ aſſenſu ſimili declarantes; ipſum Sacrum
„ generale Concilium Baſileenſe, pure, ſim-
„ pliciter, & cum effectu, ac omni devotione
„ & favore proſequimur, & proſequi intendi-
„ mus. Præterea, ut mentis noſtræ integri-
„ tas, ac devotio; quam ad univerſales Ec-
„ cleſiam, & Sacrum Generale Concilium
„ Baſileenſe gerimus, omnibus conſtet evi-
„ denter, duas noſtras literas, pridem in pa-
„ latio Apoſtolico promulgatas (Nam tertias
„ quarum tenor de verbo ad verbum inferius
de-

deſcribitur : quæ dicuntur incipere *Deus* „
novit, cum à nobis aut de ſcitu noſtro nun- „
quam emanarint, licet ſuperfluum videatur „
quod non extat revocare, tamen quia peti- „
tum eſt, & ad cautelam, ſi ullo unquam „
tempore apparerent, & alias quaſcumque, „
& quicquid per nos, aut noſtro nomine in „
præjudicium aut derogationem prædicti „
Sacri Concilii Baſileenſis, ſeu contra ejus „
auctoritatem factum, & attentatum, ſeu „
aſſertum eſt) caſſamus, revocamus, irrita- „
mus, & annullamus, nullumque & irritum „
fuiſſe & eſſe declaramus. „

Item, revocamus quoſcumque proceſſus, „
quarumcumque cenſurarum privationum & „
ſuſpenſionum, factos contra ſuppoſita hu- „
jus Sacri Concilii Baſileenſis, & adhærentes „
eidem : nec non omnia geſta & facta in præ- „
judicium, læſionem & derogationem eo- „
rumdem, eis non legitime citatis, nec le- „
gitime defenſis, de quibuſcumque digni- „
tatibus, beneficiis, commendis, & officiis, „
etiamſi Cardinalatus, Patriarchatus, Ar- „
chiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ, „
&c. exiſtant, juribus & bonis quibuſcum- „
que, & ſpecialiter contra Cardinales de Cy- „
pro Sancti Xiſti, & Firmanum, ac omnia „
in priſtinum ſtatum per præſentes reduci- „
mus, proinde ac ſi non emanaſſent cum clau- „
ſulis opportunis; mandantes ſub pœnis for- „
midabilibus, omnibus qui de dictis digni- „

Ego Lucidius Cardinalis de Comite, manu propria ſubſcripſi.

Publica Capitula, vota, & juramenta Sanctiſſimi noſtri Julii Papæ II. & Reverendiſſimorum Dominorunn S. R. E. Cardinalium, in ejuſdem Pontificis creatione, de Generali Concilio, infra tunc immediate ſequens biennium indicendo & aliis pro libertate & Reformatione Eccleſiæ, ac ſacri Collegii obſervandis inſtitutis; in conclavi communiter per viam contractus edita, emiſſa, & præſtita; quibus ſacrum Piſanum Concilium modernum, ipſiuſmet Romani Pontificis auctoritate neceſſario fuiſſe edictum & congregatum; apertiſſime conſtat.

IN Nomine Domini. Amen, Univerſis " præſens publicum inſtrumentum inſpe- " cturis, notum & evidens ſit, quod Ann. à " nativitate Domini M. D. tertio, indictione " VI. die Mercurii 1. menſis Novemb. qua " celebratur feſtivitas omnium Sanctorum, in " mane, ſede Apoſtolica per obitum fœlicis " recordationis Pii Papæ III. vacante, Romæ " apud Sanctum Petrum in palatio Apoſtolico " in Notariorum teſtiumque infraſcriptorum " præſentia, Reverendi in Chriſto Patres ac " Domini, Domini Epiſcopi Presbyteri & " Diaconi S. R. E. Cardinales infraſcripti, " exiſtentes in conclavi, pro celebrando ele- " ctione futuri Pontificis, induti croceis, & " jam in unum congregati, in capella Sancti "

ſanctæ Suſannæ, presb. Card. Volaterran. "
N. tit. ſanctæ Luciæ in ſeptem ſoliis, presb. "
Card. de Fliſco. F. tit. ſanctorum Sergii & "
Bacchi, presb. Card. Legionenſ. Hadria- "
nus tit. ſancti Chryſogoni, presb. Card. Ba- "
tonienſ. Já. tit. ſancti Stephani in Celio "
monte, presb. Card. de caſa nova. R. ſancti "
Georgii ad velum aureum, Diaconus S. R. "
E. Camerarius. Jo. ſanctæ Mariæ in Acqui- "
ro, Daiconus Card. de Columna. Aſ. Maria "
Sfortia, Vicecomes ſancti Viti in macello "
martyrum, Diaconus Card. ſanctæ Roma- "
næ Eccleſiæ, Vicecancellarius. Jo. ſanctæ "
Mariæ in Dominica, Diaconus Card. de Me- "
dicis. F. S. Theodori Diaconus Card. de "
ſancto Severino Hip. ſanctæ Luciæ in ſilice, "
Diaconus Card. Eſtenſ. Jul. ſancti Angeli, "
Diaconus Card. Cæſarinus Alex. ſancti Eu- "
ſtachii, Diaconus Card. Farneſius. L. S. Ma- "
riæ in Coſmedin. Diaconus Card. de Arra- "
gonia Amanæus S. Nicolai in carcere Tul- "
liano, Diaconus Cardinalis de Albreto L. "
ſanctæ Mariæ in via lata, Diaconus Cardi- "
nalis Borgia. M. ſanctæ Mariæ in porticu, "
Diaconus Cardinalis Cornelius & Fran. ſan- "
ctæ Sabinæ Diaconus Cardinalis Eluenſ. "
quibus Reverendiſſimis Dominis Cardina- "
libus ſedentibus, Ego Joannes Burchardus "
Decanus Baſileenſis, dictæ ſedis protono- "
tarius, & magiſter Ceremoniarum capellæ "
Apoſtolicæ, tenens in manibus meis duos "

 quin-

Digitized by Google

„ quinterniones, alta & intelligibili voce dixi
„ in hanc ſententiam.

Reverendiſſimi Domini, hæc ſunt capi-
„ tula publica & privata, quæ paulo ante or-
„ dinata fuerunt per Reverendiſſimas domi-
„ nationes veſtras, ſuper regimine & admini-
„ ſtratione futuri Pontificis: propterea, ſi pla-
„ cet jurare de obſervando continentiam hu-
„ juſmodi Capitulorum Reverendiſſimæ do-
„ minationes veſtræ jurent; & pro parte eo-
„ rumdem Reverendiſſimorum Cardinalium
„ reſponſum fuit, quod parati erant jurare, vo-
„ lebantque ut aliqui Notarii eſſent de tali ju-
„ ramento rogati & nominati: fuimus & ro-
„ gati à præfatis Reverendiſſimis Dominis
„ Cardinalibus, venerabiles viri Domini Ha-
„ drianus de Caprinis Viterbienſis, Garſias
„ Fernandi de Bobadilia Salmantinenſ. Diœc.
„ & Raymundus de Raymundis, Crem. Diœc.
„ clerici; & ego ut de dicto juramento unum
„ vel plura conficerem, & quilibet noſtrum
„ conficeret inſtrumentum & inſtrumenta.
„ Tum ego accepi librum Euangeliorum, &
„ incipiens à Reverendiſſimo Domino Cardi-
„ nale Neapolitonenſi decano ſacri Collegii,
„ & gradatim vadens ad quemlibet de præno-
„ minatis Reverendiſſimis Dominis, recepi à
„ ſingulis ipſorum juramentum, de ſervandis
„ dictis Capitulis, juxta eorum continentiam
„ & tenorem, & omnes & ſinguli ex præfatis
„ Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus, cor-

po-

Digitized by Google

poraliter tangentes ſcripturam ſic juravenunt, nobis, quatuor Notariis & teſtibus infraſcriptis videntibus, audientibus & intelligentibus: quo juramento per ſingulos præfatos Reverendiſſimos Dominos Cardinales præſtito, de mandato eorumdem Reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium, receſſimus de dicta capella, & modico intervallo videlicet unius horæ vel circa intermiſſo, fuimus rurſus ad dictam capellam vocati: in qua reperimus Reverendiſſimum Dominum Julianum olim Epiſcopum Hoſtienſem, Cardinalem ſancti Petri ad vincula, qui paulo ante ſederat in ordine Cardinalium ſecundus, ſedere ad quandam tabulam, tanquam Papam; jam enim fuerat electus Papa nobis abſentibus, & elegerat ſeu aſſumpſerat ſibi nomen Julius Papa II. cui ergo porrexi dictos duos quaterniones, publica & privata capitula continentes, quos Sanctitas ſua manu propria ſubſcripſit & ſignavit: & dum ipſe Pontifex dicta capitula ſubſcriberet, reverendiſſimus Dominus R. Sancti Georgii ad velum aureum, Diaconus Cardinalis S. R. E. Camerarius præfatus, ibi aſtans alta & intelligibili voce dixit: Et ego tanquam Camerarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, requiro vos notarios, & quemlibet veſtrum ac teſtes rogatos, quod Sanctiſſimus dominus noſter Dominus Julius Papa ſecundus, ſubſcribat tanquam Papa dicta

„ Capitula publica & privata, quæ paulo ante
„ inter nos omnes Cardinales primo fuerunt
„ ordinata, deinde jurata. Tenor vero omni-
„ um & ſingulorum Capitulorum publico-
„ rum, de quibus ſupra fit mentio, ſequitur &
„ eſt talis.

Infraſcripta ſunt Capitula publica, inter ſummum Pontificem futurum, & reverendiſſimos Domi-nos Cardinales, unanimiter & concorditer ordinata, pro defenſione fidei libertate, reformatioeque Eccleſiæ in capite & in membris, B.

„ NOs omnes & ſinguli S. R. E. Cardina-
„ les infraſcripti, pro bono & fœlici re-
„ gimine, atque conſervatione ſtatus uni-
„ verſalis Eccleſiæ, juramus & vovemus Deo
„ omnipotenti, & ſanctis Apoſtolis Petro &
„ Paulo, atque omnibus Sanctis Eccleſiæ ſuæ
„ Sanctæ, promittimus: quod ſi aliquis ex
„ nobis electus fuerit in Papam, ſtatim poſt
„ electionem de ſe celebratam, jurabit & vo-
„ vebit pure & bona fide, ſervare & ſervari
„ facere, ac adimplere cum effectu, omnia &
„ ſingula infraſcripta capitula, necnon facere
„ rogari, tres notarios de eiſdemque capi-
„ tulis, dare cedulas eorum & publicas bul-
„ las, prout in capitulis privatis eſt expreſ-
„ ſum B.

„ In primis jurabit & promittet, quod ad-
„ veniente caſu neceſſitatis ſubveniendi fide-
„ libus Chriſtianis, &c, ubi ſequuntur multa

pro-

probata capitula: quæ cum ad præſentem "
materiam non attineant, brevitatis cauſa "
omittuntur, deinde ſubditur.

Item, quod nulli Regi, principi, aut "
Domino, aut communitati non ſubditæ, "
movebit guerras, aut cum eis ligam faciet, "
ad inferendum alicui guerram, ſine conſen- "
ſu expreſſo duarum ex tribus partium Do- "
minorum Cardinalium, præſtando per Bel- "
lotas, ut infra. B.

Item, promittet & jurabit ſervare, quod "
cauſas conſiſtoriales, abſque voto majoris "
partis præfatorum Dominorum Cardina- "
lium non expediet, & quod in cauſis majo- "
ribus, ſignanter in creatione Cardinalium, "
& proceſſu faciendo contra eos, in priva- "
tionibus, vel tranſlationibus Epiſcoporum, "
ipſis invitis, in conſtitutione legatorum de "
latere, & Capitanei generalis ac Gonfalo- "
nerii Romanæ Eccleſiæ, & reductione "
cenſuum ejuſdem, in liga, pace, & bello, "
extra terras Eccleſiæ, & novorum officio- "
rum inſtitutione, generali quoque impo- "
ſitione decimarum, ſuffragia, & vota Car- "
dinalium dari debeant per ballotas albas & "
nigras: aliter facta in contrarium ipſo ſint "
nulla, & habeantur pro infectis. Liceat "
tamen cuilibet Cardinali perſuadere ſeu ha- "
rengare, quod ſibi melius videbitur, votum "
tamen non niſi per ballotas datum intelliga- "
tur. B.

„ Item, promittet & jurabit, quod Car-
„ dinalibus per eum creandis (exiſtente nu-
„ mero viginti Cardinalium antiquorum) non
„ aperiet os in tribus cauſſis, videlicet in
„ creatione aliorum Cardinalium, alienatione
„ ſeu infeudatione terrarum Eccleſiæ, & in
„ non obſervatione horum capitulorum. Si
„ vero infra numerum viginti Cardinales an-
„ tiquiores exiſtant, tunc Cardinales per eum
„ creandi, uſque ad impletionem dicti numeri,
„ ſecundum tempus ſuæ creationis inter cæ-
„ teros antiquos Cardinales, ad dicta ſuffragia
„ admittantur: in quibus tunc eis os apertum
„ eſſe declarabit. B.

Item, quia ad pacem Chriſtianorum &
„ Eccleſiæ reformationem ac reductionem
„ multarum exactionum; expeditionem quo-
„ que contra infideles, plurimum convenit ge-
„ nerale concilium celerius congregari: pro-
„ mittet, jurabit, & vovebit intra biennium,
„ à creatione ſua, illud indicere & cum effe-
„ ctu incipere, in loco libero & tuto determi-
„ nando per eum, & duas partes reverendiſ-
„ ſimorum Dominorum Cardinalium per bal-
„ lotas niſi evidentiſſimum impedimentum
„ obſtiterit, quod à duabus partibus Domi-
„ norum Cardinalium per ſuffragia ballota-
„ rum judicetur. B.

Item, quod Cardinales per eum creandi
„ præſentes in curia, teneantur jurare hujuſ-
„ modi capitula, alias non admittantur ad par-

tici-

ticipia capelli, nec ad alios honores & privilegia Cardinalium. B.

Item, quod omnia & ſingula ratificabit & approbabit ante publicationem electionis ſuæ, mediante promiſſione, voto, & juramento ſuo, ſubſcriptione ſua in hanc formam ſcilicet,

Ego. N. electus in ſummum Pontificem, promiſſa omnia & ſingula promitto, voveo, & juro obſervare, adimplere, in omnibus & per omnia, pure, ſimpliciter, & bona fide, realiter, & cum effectu perjurii & anthematis: à quibus, nec me ipſum abſolvam: abſolutionem alicui committam; ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia: Et ſimiliter etiam jurabit aliis modis & formis infraſcriptis. B.

Votum & Iuramentum facta à Cardinalibus ſuper præmiſſis.

NOs omnes & ſinguli Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, congregati Romæ in palatio Apoſtolico, pro electione Romani Pontificis futuri in conclavi ante altare: in quo Miſſa communis celebrari conſuevit, ſupra dicta capitula inter nos unanimiter & concorditer, ordinata, *pro defenſione Catholicæ fidei, & erectione Eccleſiaſticæ libertatis, pro reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, ac vinculo charitatis & pacis ſummum Pontificem & fratres ejus* S. R. E. Cardinales confirmando, vovemus Deo & ejus matri

Ma-

„ Mariæ virgini glorioſæ, & beatis Apoſtolis
„ Petro & Paulo, totique cœleſti Curiæ, Ju-
„ rantes ad Sancta Dei Euangelia corporaliter
„ per nos tacta, & alter alteri, ac etiam no-
„ tariis publicis infraſcriptis, tanquam per-
„ ſonis legitimis, nomine Sanctæ Romanæ
„ Eccleſiæ, ac Sacri Collegii noſtri, ac omni-
„ um quorum inter eſt ſtipulantibus, quod
„ quicumque noſtrum qui fuerit aſſumptus ad
„ apicem Apoſtolatus, omni dolo, fraude, &
„ machinatione ceſſantibus, & omni prorſus
„ exceptione ſemota ſervabit, & adimplebit
„ omnia, & ſingula, in dictis capitulis conten-
„ ta: nec illis, aut eorum alicui contraveniet
„ directe, vel indirecte, publice vel occulte:
„ quodque poſt electionem, aut ante publica-
„ tionem, omnia & ſingula prædicta confir-
„ mabit & approbabit authentico modo, & de
„ novo puram promiſſionem faciet, etiam per
„ viam contractus, in omnibus & per omnia,
„ coram omnibus nobis, & notariis, ac teſti-
„ bus cum ſubſcriptione manus propriæ: *Si-
mili voto, juramento, obligatione, & ſtipulatione, promittet ipſe qui ex nobis electus fuerit, à prædictis promiſſione, voto, & obligatione, & juramenti præſtatione, & ejus obſervatione, ac omnibus & ſingulis in dictis Capitulis contentis, abſolutionem non petere, nec ſibi concedi facere, aut conceſſa uti, nec ipſa poteſtate per ipſum eligendum alteri data, ſe faciet abſolvi, ſeu etiam ſecum in aliquo diſpenſari. Quod ſi forſan (quod abſit) aliquis noſtrum ad Pontificatum*

tum electus, ut præfertur, prædictis aut prædictorum alicui contraveniat, tanquam tranſgreſſor voti, ac fidei præſtitæ, ac perjurus, tanquam etiam perturbator, & ſcandalizator Eccleſiæ, & totius Chriſtianitatis habeatur, & reputetur: & ex nunc, dat & concedit facultatem & poteſtatem duabus partibus Collegii, congregandi Concilium generale; cujus ſententiæ (in incurſu pœnarum ſupradictarum, & aliarum de jure) propter prædictorum publicam, & libertatem ſacri Collegii reſpicientium tranſgreſſionem infligendarum, ſe ſubjicit & ſubmittit. Et inſuper, nos omnes Cardinales promittimus & juramus ac vovemus ſi in aliquibus ex ſupradictis publicam utilitatem tangentibus, & libertatem Sacri Collegii conſenſerimus, futuro Pontifici volenti in aliquo illis contravenire (niſi de conſenſu ſpontaneo, & libero duarum partium, ex nobis per Ballotas determinando) fructibus & emolumentis Capelli & aliorum fructuum Eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum noſtrorum privati cenſeamur, non expectata alia ſententia; qui fructus Capelli, retineantur per Camerarium Sacri Collegii, & accreſcant aliis Cardinalibus obſervantibus jure ipſo. B.

Item, quod de omnibus rogetur notarius, qui ſtipulet omnia & ſingula capitula, nomine S. R. E. & Sacri Collegii Cardinalium; & de eis inſtrumentum facere, & publicare teneatur, ſchedulaque præſens,

vel

„ vel ſchedulæ ſimiles fiendæ, ſubſcriptione
„ & ſigillo annulari futuri Pontificis munien-
„ dæ, habeant vim bullæ in caſu, quod ad
„ triduum poſt coronationem ſuam non dede-
„ rit Sacro Collegio ſex bullas, ſecundum te-
„ norem ſupraſcriptorum Capitulorum, prout
„ in capitulo primo continetur. B.

Quæ quidem Capitula, omiſſis hic ſub-
„ ſcriptionibus reverendiſſimorum Domino-
„ rum Cardinalium, qui in dicto conclavi in-
„ terfuerunt & illa ſubſcripſerunt, per San-
„ ctiſſimum in Chriſto patrem & dominum
„ noſtrum, Dominum Julium II. electum in
„ ſummum Pontificem, manu propria ſub-
„ ſcripta fuerunt, ſub his verbis:

Subſcriptio, votum, & juramentum Domini Julii Papæ II. *circa præmiſſa,*

Ego Julius II. *electus in Summum Pontificem, præmiſſa omnia & ſingula, promitto, juro, & voveo obſervare, & adimplere in omnibus, & per omnia, pure & ſimpliciter, & bona fide, realiter, & cum effectu, & ſub pœna perjurii & Anathematis, à quibus nec me ipſum abſolvam, nec alicui abſolutionem committam; ita me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Euangelia.*

ACta fuerunt hæc Romæ, in palatio &
„ Capella, anno, indictione, menſe, die,
&

& hora ſupraſcriptis : præſentibus ibidem "
reverendo in Chriſto Patre Domino Ventura Epiſcopo Maſſan. Sacriſta dictæ capellæ, ac egregiis viris, Dominis Paulo de Planca, Juſtino de Caroſis, Alphonſo Ricenate Advocatis conſiſtorialibus, & Dionæo de Marano, ſcriptore literarum Apoſtolicarum teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Joannes Burchardus, Decanus Baſileenſis, ſedis Apoſtolicæ Protonotarius, & Clericus Ceremoniarum Capellæ, ac præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænominatis Notariis & teſtibus, præſens interfui : ac ea omnia & ſingula ſic fieri vidi, & audivi. Et ideo hoc publicum inſtrumentum, manu alterius fideliter ſcriptum, exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ac ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.

Incipit convocatio Concilii Piſani, ſub Domino Julio II. *Pontifice Maximo.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

Noverint univerſi & ſinguli, præſentes lecturi, viſuri pariter & audituri, quod anno

„ no à nativitate Domini M. D. XI. indictione
„ XIV. die Veneris XVI. menſis Maji, Pon-
„ tificatus vero Sanctiſſimi Domini noſtri Do-
„ mini Julii divina providentia Papæ II. anno
„ VIII. coram nobis Notariis ac teſtibus in-
„ fraſcriptis Mediolani in domo reſidentiæ
„ Reverendiſſimi Domini Cardinalis Nar-
„ bon. in regione portæ Ticinenſis, paro-
„ chiæ ſancti Georgii in palatio, poſt miſſam
„ Spiritus Sancti, in præſentia Reverendiſſi-
„ mi Domini B. Epiſcopi Sabinenſis Cardina-
„ lis ſanctæ Crucis. G. Epiſcopi Præneſtini
„ præfati Cardinalis Narbon. & F. Cuſentini
„ tit. Sanctorum Nerei & Archillei Presbyteri
„ Card. conſtituti, nobiles viri Domini Comes
„ Hieronymus Nogarolus, Antonius de Ca-
„ pitibus vaccæ, & Ludovicus Faella, omnes
„ equites, & ſacratiſſimi ac ſereniſſimi Do-
„ mini Maximiliani Rom. E Imperatoris ſem-
„ per Auguſti Conſiliarii, & ad infraſcripta
„ Procuratores & Procuratoriis nominibus:
„ necnon ſpectabilibus Juriſconſulti Domini
„ Jo. Biragus, Franciſcus de Vaccis, & Bal-
„ taſar Platus Chriſtianiſſimi ac ſereniſſimi
„ Domini Ludovici Prancorum Regis ac Du-
„ cis Mediolani ſimiliter procuratores, & pro-
„ curatoriis nominibus, duo mandata præfa-
„ torum principum ſuorum: & primo procu-
„ ratores Cæſarei præfati ſuum præſentarunt
„ in publiea & authentica forma ſigilli Impe-
„ rialis appenſione munitum, tenoris infra-
ſcripti. *Edi-*

Edictum Maximiliani Imperatoris.

MAximilianus, divina favente clementia electus Rom. Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Palatinus, &c. Conſpicientes immenſas calamitates quas univerſa reſpublica Chriſtiana & ipſa noſtra Sancta Mater Eccleſia ubique patitur, ex quo & decrementum orthodoxæ fidei, & incrementum omnium malorum ſubſequitur, & in dies major confuſio in omnibus rebus ac bella inteſtina inter Chriſtianos oriuntur, & effuſio ſanguinis Chriſtiani, ad quæ cum non videamus aliud remedium, quam quod juxta ſanctorum patrum inſtituta, Concilium & congregatio univerſalis fierent, ut ibidem communi Concilio poſſit omnibus commode provideri: expectantes igitur dictum Concilium debere indici & convocari per beatitudinem Pontificis, & Reverendiſſimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium, ac alios prælatos, juxta ordinationem Concilii Conſtantienſ. & votum ac debitum eorumdem, ceſſantibus ipſis (ne & nos ab omnipotenti Deo negligentiæ redarguamur) noluimus nos ceſſare: quum illis negligentibus, nos tanquam Imperator & ejuſdem Sanctæ Matris Eccleſiæ advocatus & protector, & quantum in nobis eſt ſubvenire his tantis neceſſitatibus teneamur.

„ mur. Ideo obviare tot inconvenientibus,
„ ſicut tenemur, cupientes etiam Sanctæ Ma-
„ tri Eccleſiæ opem ferre, confiſi de fide,
„ prudentia, dexteritate, & rerum geren-
„ darum experientia magnificorum & hono-
„ rabilium Don Ferdinandi Tochi ex deſpo-
„ tibus Artha, & Cephaleæ Mathæi Kuen
„ Vicecancellarii in Iſpurgk, Viti de Furſt
„ Comitis, Hieronymi Nogaroli, Antonii
„ de Capitibus Vaccæ, & Ludovici Faelæ
„ Conſiliariorum fidelium nobis dilectorum,
„ motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia,
„ ac animo deliberato, & omni meliori mo-
„ do, via, jure, forma, & cauſa, quibus
„ melius poſſumus, & debemus, ipſos omnes
„ & partem eorum & quemlibet ex eis in-
„ ſolidum, conſtituimus, fecimus, creavimus,
„ & nominavimus, ac tenore præſentium con-
„ ſtituimus, facimus, creavimus, ordinamus, &
„ nominamus nuncios noſtros, & negotiorum
„ infraſcriptorum geſtores generales: ac pro-
„ curatores ſpeciales; ita tamen, quod generali-
„ tas ſpecialitati non deroget, nec è converſo,
„ & quod unus ipſorum inceperit alter eorum
„ proſequi, mediare, & finire valeat, & quod
„ non ſit melior conditio primitus occupantis:
„ nec deterior ſubſequentis, ſpiritualiter & ex-
„ preſſe, ad requirendum noſtro nomine, &
„ cum ea qua decet reverentia inſtandum, &
„ procurandum apud beatitudinem Pontificis,
„ & R. D. Cardinales ut ſua Sanctitas, de illo-
rum

rum conſilio, convocare & indicere velit “
Concilium generale univerſalis Eccleſiæ, “
in loco convenienti & tuto : ac intra bre- “
vius tempus, quod fieri poſſit, juxta con- “
ſtitutionem Concilii Conſtantienſis ſpiritu- “
alis juramenti, & voti ſuæ Sanctitatis : & “
Beatitudine ſua id negligente, vel tardan- “
te, item apud R. Dominos Card. inſtare, ut “
ipſi hoc Concilium convocent & indicant : “
& caſu, quo eadem beatitudo Pontificis, & “
R. Domini Card. dictum Concilium con- “
gregare recuſarent, vel differrent, aut lo- “
cum tutum & convenientem non aſſigna- “
rent, ad faciendum proteſtationes notorias, “
& convocationem aut indictionem generalis “
Concilii, ſimul cum procuratoribus, vel “
procuratore ſereniſſimi Principis Domini “
Ludovici Francorum Regis conſanguinei, “
& fratris noſtri chariſſimi, & reliquorum qui “
huic intimationi adhærere voluerint : dan- “
tes & concedentes eiſdem procuratoribus “
noſtris, quod ſi conſtaret eis de non tuto ac- “
ceſſu vel alias legitime ſuſpicarentur de per- “
ſonali eorum comparitione coram Beatitu- “
dine ſua, & R. D. Card. talem actum poſ- “
ſint, per Edictum, vel affixionem in aliquo “
loco convenienti facere, ita quod veriſimi- “
liter poſſit pervenire ad notitiam ſuæ San- “
ctitatis, & ipſorum R. D. Cardinalium & “
cæterorum, etiam hoc omni meliori for- “
ma, via & modo poſſibilibus, ſupplen- “

„ tes omnes & ſingulos defectus tam juris
„ quam facti, qui in præmiſſis aliquo modo in-
„ tervenire potuerunt, promittentes quoque,
„ quod nos omnia & ſingula acta, tractata,
„ & geſta, per dictos Procuratores noſtros,
„ vel partem eorum, aut unum ex eis, rata,
„ grata & firma tenebimus, & ſervabimus,
„ harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri
„ appenſione munitarum. Datum in oppido
„ noſtro Triburgi, die XVI. menſis Januarii,
„ Anno domini milleſimo quingenteſimo un-
„ decimo, Regnorum noſtrorum Rom.
„ XXV. Hungariæ vero XXI.
„ Ad mandatum Cæſareæ Majeſtatis pro-
„ prium.

Quo lecto, Procuratores Chriſtianiſ-
„ ſimi Regis Francorum, ſimiliter manda-
„ tum ſuum legendum exhibuerunt, in au-
„ thentica forma & ſigillo regali munitum,
„ tenoris infraſcripti.

Edictum Regis Galliarum.

„ LUdovicus Dei gratia Francorum Rex,
„ Dux Mediolani, &c. Notum facimus
„ omnibus & ſingulis præſentibus & futuris,
„ quod cum majores noſtri ſemper non ſolum
„ fautores & auxiliatores, verum & pervigiles
„ propugnatores & defenſores ac conſtantiſ-
„ ſimi Chriſtianæ fidei & S. R. E. in arduis
„ quibuſcumque extiterint, nullis parcendo
„ laboribus & periculis: nos veſtigiis majo-
rum

rum noſtrorum inhærentes, & conſide- “
rantes quantam reipublicæ Chriſtianæ uti- “
litatem generalia Concilia attulerint, quan- “
tumque detrimenti ex eorum intermiſſione “
univerſalis Eccleſia acceperit: quodque in “
præſentia magna adeſt neceſſitas ipſius “
Concilii generalis univerſalis Eccleſiæ con- “
gregandi, pro extirpatione hæreſeum, ſchi- “
ſmatum, ac diviſionum in diverſis mundi “
partibus, ac pro reformatione morum Ec- “
cleſiæ; & nimium ſcandalizantium notorio- “
rum continuorum & incorrigibilium tam “
in capite quam in membris criminum ever- “
ſione; pro pace Chriſtianorum ſtabilienda, “
& bello contra infideles procurando. “
Quumque tempus decennii poſt ultimum “
univerſale Concilium jam dudum ſit efflu- “
xum, & ſaluberrima decretali conſtitutione “
Eccleſiæ, in ſacratiſſimo Conſtantienſi “
Concilio edita, quæ incipit, *Frequens*, ſin- “
gulis decenniis univerſale Concilium ſit “
congregandum, quod unicum remedium, “
ab univerſali Eccleſiæ inventum, & ſanci- “
tum eſt, pro medela omnium morborum “
Eccleſiæ, & ſummus Rom. Pontifex cui “
primo curæ eſſe deberet, illud convocare “
hoc tanto tempore neglexerit, (maxime “
cum juraverit & voverit poſt biennium à “
creatione ſua illud tenere) & non ſolum ne- “
gligens, ſed & voti & juramenti hujus “
transgreſſor, illud non tenuerit, tempuſ- “

„ que interpellet pro homine, & nunquam
„ ſua auctoritate aut voluntate futurum Con-
„ cilium credatur celebrandum: cumque de
„ ejus criminibus notoriis, univerſam Eccle-
„ ſiam ſcandalizantibus, & de quibus eſt in-
„ corrigibilis etiam agatur, juxtaque Canoni-
„ cas ſanctiones, & Sacri Baſileenſis decreta
„ Concilii, ad eum hoc caſu convocatio Con-
„ cilii non attineat, diviſumque etiam ſit
„ R. D. Cardinalium Collegium, & hi qui
„ cum S.D.N. moram trahunt, vel quia non
„ ſunt liberi, aut alia ex cauſa, non exiſti-
„ mentur convocationi hujuſmodi velle aſſi-
„ ſtere: pluresque R. D. Cardinales, qui à
„ Curia Romana legitimis ex cauſis ſunt ab-
„ ſentes, & in Mediolano congregati hujuſ-
„ modi congregatiouem Concilii efflagitent,
„ & enixe depoſcant: nos pro debito quo o-
„ bligamur Chriſto Domino Redemptori no-
„ ſtro, ſponte ex noſtra certa ſcientia, animo-
„ que deliberato, omnibus melioribus, jure,
„ via, modo, cauſa & forma quibus melius & ef-
„ ficacius poſſumus & debemus, dilectos no-
„ ſtros Magiſtrum Joannem de Birago juris
„ Doctorem, ac procuratorem noſtrum fiſca-
„ lem in Ducatu noſtro Mediolani: & Baltha-
„ ſarem Platum pariter procuratum noſt-
„ rum fiſcalem: nec non magiſtrum Fran-
„ ciſcum de Vaccis Advocatum noſtrum, o-
„ mnes Doctores & Conſiliarios noſtros,
„ conſtituimus, creamus, & ſolenniter ordi-
na-

namus indubitatos procuratores noſtros ge- “
nerales, & nuncios ſpeciales, & eorum “
quemlibet in ſolidum, abſentes tanquam “
præſentes; ita tamen quod ſpecialitas ge- “
neralitati non deroget, nec è converſo, & “
quod unus eorum inceperit, alter ipſorum “
mediare, proſequi, atque terminare, & “
ad effectum perducere valeat & finire, ita “
quod non ſit melior conditio primitus occu- “
pantis, nec deterior ſubſequentis, at no- “
mine noſtro tantum, ſeu una cum chariſſi- “
mo fratre noſtro Maximiliano ſacratiſſimo “
Ro. Imperatore electo, necnon cum R. D. “
Cardinalibus. Multis in Lombardia degen- “
tibus, aut cum aliis principibus, Cardina- “
libus, & prælatis, qui in hac convocatione “
nobiſcum adhærere voluerint, aut altero ex “
ipſis per ſe, ſeu ſimul, conjunctim vel di- “
viſim; & prout melius, decentius, & con- “
venientius fore videbitur indicendum, ſeu “
convocandum generale Concilium, ſeu aſ- “
ſiſtendum illi, ſeu illis, & cuilibet ſupra- “
dictorum, qui illud indicendum & convo- “
candum eſſe exiſtimaverint, ſeu procura- “
verint, in loco tuto, & honeſto, anno men- “
ſe & die quibus videbitur, ſicut præfatis no- “
ſtris Procuratoribus, ſeu eorum alteri, aut “
ipſi ſacratiſſimo Imperatori fratri noſtro, ſeu “
dictis R. Cardinalibus, eorum cuilibet, qui “
Concilium ipſum convocandum procurave- “
rit, melius videbitur: necnon per ſe ſimul, “

„ vel diviſim & ut ſupra ad intimandum, noti-
„ ficandum, & inſinuandum ejuſmodi deli-
„ berationem, ipſi S. D. N. Ipſumque mo-
„ nendum, hortandum, & rogandum, &
„ eidem humiliter ſupplicandum, quatenus
„ in dicto loco, ut ſupra eligendo, tempore,
„ anno, & menſe quibus ſupra, ipſi Conci-
„ lio per ſe, ſeu legatos ſuos ſpeciales, inter-
„ eſſe, & cum eis dominis Principibus, Car-
„ dinalibus, & Prælatis quibus ipſa delibe-
„ ratio intimabitur, convenire velit: necnon
„ admonendum & hortandum R. D. Cardin.
„ Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, ac
„ principes univerſalis Eccleſiæ, ac omnes
„ habentes facultatem conſulendi, & defi-
„ niendi in Conciliis generalibus, & venire
„ ſolitos, & obligatos ad univerſale Concili-
„ um per ſe, aut per ſolemnes oratores, ſeu
„ Procuratores (ſi perſonaliter intereſſe non
„ poterint) ad Concilium ipſum, loco & tem-
„ pore quibus ſupra, accedant; procuraturi
„ quantum in eis eſt honorem Dei, Eccleſiæ
„ ſplendorum, pacem Chriſtianorum, & bel-
„ lum contra infideles, nec non conjunctim vel
„ diviſim monendum, hortandum, & requi-
„ rendum S. D. N. & R. D. Cardinales, ut
„ à tribus, quæ maxime poſſent congregati-
„ onem hujuſmodi impedire dignetur abſti-
„ nere, videlicet à creatione novorum Car-
„ dinalium, & à publicatione creatorum
„ (ſi qui ſunt creati) & proceſſu contra anti-
„ quos

uos Cardinales ex juſtis cauſis abſentes, "
lioſque prælatos, & perſonas Eccleſiaſti- "
as, quæ ad ipſum Concilium acceſſerint, ſeu "
ccedere voluerint, & ab impediendo con- "
gregationem hujuſmodi Concilii, directe vel "
ndirecte, palam vel occulte, quovis quæſito "
colore, & ab alienatione feudorum & terra- "
rum S. R. E. alioquin proteſtandum de nul- "
litate actus, & quod nos proceſſum ſeu pro- "
ceſſus contra memoratos, ſeu eorum alte- "
rum factos, ſeu per eum, aut mandato ſuo "
faciendos (quod non credimus) alienatio- "
nem terrarum & feudorum hujuſmodi, ac "
creationem Cardinalium, ſi quam forte fieri "
contingeret, creatorumque ſi qui ſunt pu- "
blicationem, pro nulla & nullis haberi ac "
nullius valoris roboris, ac momenti eſſe exi- "
ſtimabimus, ac per Concilium ipſum ſeu "
futurum Rom. Pontificem, annullari, caſ- "
ſari, & irritari procurabimus: & quia tutum "
non eſſet ipſis oratoribus, Nunciis, & Pro- "
curatoribus, dictam proteſtationem, intima- "
tionem, & convocationem in præſentia S. "
D. N. facere, quia S. R. E. Cardinales, con- "
fratres ſuos, carceribus mancipare, Orato- "
reſque principum Chriſtianorum, vi cape- "
re, & funis ictibus torquere, carceribus, "
aliiſque tormentis macerare non erubeſcit; "
ideo decrevimus, per affixionem monitio- "
nis hujuſmodi (quam ipſi Procuratores no- "
ſtri facere duxerint) in valvis aliquarum Ec- "

 cleſia-

„ cleſiarum, & allis locis propinquis ex qui-
„ bus veriſimiliter ad notitiam Sanctitatis
„ ſuæ, & R. D. Cardinalium, & aliorum
„ Ptælatorum, venire poterit (quam vim pu-
„ blici edicti habere decernimus) eos perinde
„ arctari, & ad veniendum obligatos eſſe, ac
„ ſi perſonaliter fuiſſet illis intimata, ac ex-
„ hibita ipſa monitio: cum non ſit veriſimile
„ ipſis fore incognitum, quod tam patenter
„ omnibus publicatur. Unum quoque vel plu-
„ res Procuratorem ſeu Procuratores, loco
„ ipſius & cujuſlibet ipſorum, cum ſimili aut
„ limitata poteſtate ſubſtituendum, eoſque
„ revocandum, & onus Procurationis ejuſ-
„ modi, ſe reaſſumendum toties quoties opus
„ fuerit, & ipſis vel eorum alteri videbitur
„ expedire (præſenti procuratorio nihilomi-
„ nus in ſuo robore duraturo) & generaliter ad
„ faciendum, dicendum, agendum, geren-
„ dum & procurandum omnia & ſingula, quæ
„ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu
„ quomodolibet opportuna, & quæ nos ipſi
„ facere poſſemus, ſi præmiſſis & culibet præ-
„ miſſorum præſentes perſonaliter eſſemus,
„ etiamſi mandatum exigeretur magis ſpecia-
„ le, &c. ac quorumdam verbo ad verbum
„ expreſſa, & individua hic eſſet facienda
„ mentio ſpecialis. Promittentes in verbo re-
„ gio, nos rata & firma habituros omnia &
„ ſingula, quæ in prædictis & eorum circum-
„ ſtantiis ac dependentiis, per præfatos no-
ſtros

Digitized by Google

ſtros Procuratores, & Oratores, & eorum quemlibet acta, & facta fuerint. In quorum fidem & teſtimonium, has præſentes manu noſtra propria ſubſcripſimus, & ſigilii noſtri appenſione muniri fecimus. Datum Bleſis, die XV. menſis Februarii Anno à nativitate Domini M. D. XI. regni vero noſtri decimo tertio. LOYS. Per Regem Mediolani Ducem.

COTEREAU.

Quibus mandatis lectis, videntes R. Domini Cardinales præfati, utriuſque Principis Procuratores, ad ea quæ in mandatis continebantur exequenda, ſufficienti facultate munitos, petierunt primo à Procuratoribus Cæſareis prænominatis ut vellent ore tenus Sacratiſſimi Domini Cæſaris mentem ſuper hoc & mandata ipſis à Majeſtate ſua Cæſ. tradita aperire. Tunc aſſurgens nobilis Dominus Comes Hieronymus Nogarolus, petita à Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus præfatis & Collegis ſuis, quorum etiam nomine loquebatur licentia, hæc vel ſimilia verba propoſuit, videlicet *Quod cum Sacratiſſimo Domino ſuo non eſſet aliqua ſpes per medium ſummi moderni Pontificis, nec R. D. S. R. E. Cardinalium apud Sanctitatem ſuam moram trahentium debere congregari Generale Concilium* Univerſalis *Eccleſiæ, pro pace Chriſtianorum, bello contra infideles, & reformatione morum Eccleſiæ & extirpatione hæreſeum, ac errorum*

rum

rum: nec eis etiam eſſet tutum hoc in præſentia à ſummo Pontifice exquirere, ideo videntes Eccleſiæ maximam neceſſitatem, & memores præcepti Concilii Conſtantienſis, de tenendo Generali Concilio ſingulis decenniis, recurrebant ad ipſos Dominos Card. in Inſubria congregatos, quos intelligebant zelo Dei & Eccleſiæ Sanctæ ferventes, deſiderantesque reſtitutionem priſtini ſplendoris ipſius, & ut juxta antiqua tempora & conſuetudinem ſuperiorum patrum, ad medicinam omnium morborum Eccleſiæ, & orbis deveniatur (generale videlicet Concilium) Idcirco quantum melius jure poterant, & debebant, requirebant eorum D. R. & alios S. R. E. Card. quos intelligebant in hac cauſa eis adhærentes, ut dignarentur intendere convocationi & congregationi Generalis Concilii Univerſalis Eccleſiæ, in quo, ut & officio quo Eccleſiæ tenerentur ſatisfacerent, & Sacratiſſimo D. Cæſari, ac Chriſtianiſſimo Regi Francorum chariſſimo fratri ejus maxime complacerent, ipſi quoque parati erant ſimiliter cum eis, prout jure melius poterant, convocationem etiam hujuſmodi Concilii facere, & intimare, & de hoc requirebant Notarios & teſtes præſentes de teſtimonio, & inſtrumentis, &c.

Expoſito hoc Majeſtatis Cæſ. ſanctiſſimo
„ propoſito, ſpectabilis Juriſconſultus Do-
„ minus Jo. Biragus, Chriſtianiſſimi D. Lu-
„ dovici Regis Francorum Procurator nomi-
„ ne ſuo, & Collegarum, accepta à Reve-
„ rendiſſimis Dominis Cardinalibus dicendi

licen-

licentia, hæc vel ſimilia verba propoſuit: “*quod in exponenda principis ſui Chriſtianiſſimi mente, & commiſſionibus èis verbis & ſententiis utebatur quibus uſus eſt Procurator prænominatus Cæſareus, quorum repetitio quia futura eſſet tædioſa, propter brevitatem omittebatur. Unde ſolummodo dixit Chriſtianiſſimum Dominum Regem motum cauſis eiſdem quibus Sacratiſſimus Dominus Cæſar movebatur, ejuſdemque eſſe, cum Majeſtate ſua Cæſarea, in convocatione hac ſancta, & Notoria Concilii Generalis Univerſalis Eccleſiæ, propoſiti: & propterea hortabatur & requirebat D. Card. Reverendiſſimos, ut vellent hujuſmodi convocatoni pro definitione cauſarum à Procuratore Cæſareo nominatarum intendere, quam convocationem ipſe etiam erat cum D. ipſis Reverendiſſ. & Sacratiſſimo Domino Cæſare, prout jure melius poterat facturus, & intimaturus.*

Tunc R.D. Cardinales præfati audita conformitate horum principum Chriſtianitatis circa ſanctiſſimum hoc propoſitum concurrentium expetentes ſimilem aliorum eſſe mentem, & timentes in dilatione aliquod periculum, modicum ad partem ſecedentes, eadem hora per organum Reverendiſſ. Domini. B. Cardinalis ſanctæ Crucis reſponderunt præfatis utriuſque principis Procuratoribus, habentes gratias Deo omnipotenti, quod tam firmum & generoſum inſpiraverit ſacriſſimo Domini Max. E. Rom. Imperatori, ſemper Auguſto; & Chriſtianiſſimo

Do-

„ Domino Ludovico Regi Francorum, & eundem ſperabant aliis Christianis Principibus inſpirari, & communicari debere: & ipſiſmet principibus agebant gratias ingentes, quod memores eſſent offici ſui, & conſervationis, ac ſplendoris Eccleſiæ.

„ Ad hunc tamen actum convocationis Concilii, pro quo potiſſimum ad inſubriam ſeceſſerant, tria petebant à ſuis nobilitatibus & magnificentiis, ut ac procuratorio nomine ſuorum principum promitterent ſervare, & realiter tenere.

„ Primo, quod promitterent nomine Imperatoris & Regis, in eventum convocationis Concilii Generalis, quod eorum Majeſtates realiter & cum effectu erunt fautores dicti Concilii, & membrorum ejuſdem: & cum omnibus viribus eos juvabunt, & cuſtodient, uſque ad ultimam Concilii definitionem.

„ Secundo, quod nunquam erunt in voto nec conſentient aliorum ſententiæ, in diſſolutione aut tranſlatione dicti Concilii, ſine conſenſu majoris partis congregandorum in eo.

„ Tertio, quod procurabunt quantum in eis erit, dictum Concilium eſſe liberum, tutum, & ſecurum, & ad nullius confuſionem (niſi ſecundum juſtitiæ terminos) & quod in eo teneatur forma Concilii Conſtantienſis. Et quamvis ipſi Domini Cardinales à principibus

Digitized by Google

bus ipſis plura eſſent petituri, pro directione dicti Concilii, quia tamen ad illa non videbatur mandatum oratorum ſe extendere, petebant ſolum hæc tria, ſine quibus & oratorum requiſitio, & Cardinalium convocatio, irrita vederetur.

Tunc Domini Commiſſarii, & Procuratores Cæſarei, & Regii, reſponderunt ſe vere intellexiſſe mentem ſacratiſſimi Cæſaris, & Chriſtianiſſimi Regis eſſe inclinatiſſimam ad veram Univerſalis Eccleſiæ directionem, in dicto Concilio, & cum iſta tria ſint annexa, & neceſſaria eorum menti & affectui, & comprehendantur ſub requiſitione & mandatis eorumdem, ideo pure, realiter, & bona fide, nomine & auctoritate Dominorum ſuorum principalium præfatorum, iſta tria ſunt polliciti, & promiſerunt in verbo fidei & veritatis, Principum eorumdem.

Deinde, Reverendiſſ. Domini Cardin. habita promiſſione iſta, modicum ſecedentes, communicato conſilio, ne incurrerent maledictum illius qui opus Dei tractat negligenter, per organum Reverendiſſimi Domini. B. Epiſcopi Sabienſ. Cardinalis ſanctæ Crucis, Patriarchæ Hieroſolymitani, accepto themate:

Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis à templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem; tibi offerent reges munera: Pſal. LXVII. ubi no-

tata

„ tata inſpiratione ipſorum Dominorum Car-
„ dinalium, & Principum, circa ſplendorem
„ & directionem Eccleſiæ, quæ inſpiratio ef-
„ fective à triumphante Hieruſalem depen-
„ debat, & objective militantem reſpiciebat
„ & cum factores operum ſemper illa ament,
„ & conſervari ac confirmari procurent, cre-
„ debat hoc divinum opus à Domino confir-
„ mandum, à quo mirabiliter procedebat, &
„ tanæ Majeſtatis & utilitatis erat: & hoc
„ continebat prima pars illius verſiculi (ora-
„ tionem videlicet pro confirmatione iſtius
„ ſanctiſſimæ inſpirationis, pro qua nomine
„ Univerſalis Eccleſiæ cum David ab omni-
„ bus eſſet orandum) & in ſecunda parte ver-
„ ſiculi, pro iſto divino opere, notabatur
„ gratiarum actio, quæ fiebat cum omni ge-
„ nere munerum, & ſignanter per Principes
„ Eccleſiæ, & orbis: quorum potiſſima cura
„ eſſe debet iſta publica & divina (tanquam
„ Deo propinquiores, & immediatores) cura-
„ re, & nullum majus munus eſſe poterat of-
„ ferendum Deo, quam iſta fides, & devotio
„ principum & ipſorum Reverendiſſ. D. Car-
„ dinalium, qui rejectis multis promiſſionibus,
„ ſpretiſque multis minis, & periculis poſtpo-
„ ſitis, tam ferventer, tam ſolide, hanc Dei
„ inſpiritationem ſuis actionibus adjuvabant.
„ Invocatio igitur nomine Dei omnipoten-
„ tis, iſta inſpirantis, cum auxilio Sancti
„ Spiritus, quam Dominus promiſit Eccle-
ſiæ

Digitized by Google

ſiæ aſſiſtentem, viſis prius mandatis infra- "
ſcriptorum aliorum Reverendiſſ. D. Cardi- "
nalium, ad convocationem Concilii Gene- "
ralis Univerſalis Eccleſiæ, ſub una ſchedu- "
la, quam exhibuerunt, ſuis & nomine o- "
mnium Cardinalium, quorum habentur "
mandata, aliorumque D. Cardinalium, & "
aliorum adhærere volentium, devenerunt "
ſub his verbis videlicet. "

Convocatio Generalis Concilii ex parte Cardinalium, quæ una cum ſequenti convocatione principum (ut præhabita diligenti informatione ex authenticis relationibus probatum eſt, & notorium exiſtit) per omnes quatuor nationes divulgata & publicata fuit.

TEnore præſentis ſchedulæ aut inſtru- "
menti, cunctis pateat evidenter, & ſit "
notum, quod anno à nativitate Domini M. "
D. XI. Indictione quartadecima, die vero "
Veneris XVI. menſis Maji, Pontificatus "
Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Julii, di- "
vina providentia Papæ II. anno octavo: Con- "
ſtituti coram nobis Notariis publicis, & "
teſtibus infraſcriptis, Reverendiſſimi in "
Chriſto Patres & Domini, Domini, B. E- "
piſcopus Sabinenſ. & G. Epiſcopus Præne- "
ſtinus & F. tt. Sanctorum Nerei & Achillei "
Cuſentinus, S. R. E. Cardinales, ſuis no- "
minibus, & pro ſex aliis Dominis Cardinal. "
ſufficiens mandatum habentes, pro aliis eis "

„ adhærentibus, & adhærere volentibus dixe-
„ runt, & propoſuerunt ſequentia verba, vi-
„ delicet quod conſiderantes quantam reipu-
„ blicæ Chriſtianæ utilitatem Concilia Gene-
„ ralia Univerſalis Eccleſiæ attulerint, quan-
„ tumque detrimenti ex eorum intermiſſione
„ Chriſtiana reſp. ſit paſſa, cumque impræ-
„ ſentiarum conſpiciant clare, magnam inſta-
„ re neceſſitatem Univerſalis Concilii congre-
„ gandi pro vera pace Chriſtianorum fundan-
„ da, & ſufficienti bello contra infideles ſtabi-
„ liendo: necnon potiſſime pro reformatione
„ morum Univerſalis Eccleſiæ in capite & in
„ membris pluriinum collapſorum, ac emen-
„ datione criminum graviſſimorum notorio-
„ rum, continuorum, ac incorrigibilium Uni-
„ verſalem Eccleſiam ſcandalizantium, quo-
„ rum omnium Eccleſiæ morborum ſalutaris
„ & unica medicina congregatio Univerſa-
„ lis Concilii ſemper fuit habita: quumque
„ tempus decennii poſt ultimum Univerſa-
„ le Concilium jamdudum ſit effluxum, &
„ ſaluberrima decretali Conſtantienſi conſti-
„ tutione edita, quæ incipit *Frequens*, ſingu-
„ lis decenniis univerſale Concilium congre-
„ gari debeat, & Sanctiſſimus Dominus noſter
„ Dominus Julius Papa II. cui primo curæ eſ-
„ ſe deberet illud convocandi, tanto tempore
„ hoc noglexerit, maxime cum voverit & ju-
„ raverit poſt biennium à creatione ſua illud
„ tenere, & nedum negligens in præcepto Ec-
cleſiæ

cleſiæ, & Concilii, ſed & voti, & juramen- “
ti hujuſmodi tranſgreſſor illud non tenue- “
rit, tempuſque interpellet pro homine, cum- “
que nunquam ſua authoritate aut voluntate “
futurum Concilium credatur celebrandum: “
& cum de gravibus Eccleſiæ ſcandalis in ca- “
pite agendum ſit, quo caſu, juxta patrum “
ſanctiones, & ipſius ſacri ConſtantienſisCon- “
cilii decreta, ad Summum Pontificem con- “
gregatio Concilii non attinet: ſed ſecundo “
loco, ad Reverendiſſimos D. Card. qui Pon- “
tifici, in ejuſmodi ſua negligentia non ad- “
hæſerint: in ſimilibus caſibus, convocatio “
Concilii ſpectat, non ad eos qui ſunt parti- “
cipes continuæ negligentiæ ejus: zelo do- “
mus Dei, quo nos maxime accendimur, poſt “
Miſſam Sancti Spiritus invocato, ac refor- “
mationem Eccleſiæ in capite & in membris “
vehementer efflagitantes, & depoſcentes ex “
noſtra certa ſcientia, & ſpontanea volunta- “
te, quantum jure melius poſſumus, & de- “
bemus, nomine ſacri R. D. Card. Collegii, “
quod in nobis repræſentatur, in hoc caſu ju- “
re & etiam particulariter nomine noſtro, & “
aliorum Cardinalium, quorum habemus “
mandata, & aliorum Card. & Prælatorum “
nobis adhærentium, & adhærere volentium: “
una cum Conſiliariis & Procuratoribus Sa- “
cratiſſimi Domini Maximiliani electi Ro. “
Imperatoris ſemper Auguſti; & Chriſtia- “
niſſimi Domini Ludovici Francorum Regis, “

Digitized by Google

" Ducis Mediolani, cæteriſque nobis in hoc
" adhærentibus, & adhærere volentibus, Con-
" cilium Generale Univerſalis Eccleſiæ indi-
" cimus & convocamus, & quantum in nobis
" eſt effectualiter congregari monemus, &
" hortamur futurum, in civitate Piſana, & in-
" choandum in Calendis Septemb. proxime
" futuri & ibi continuandum & terminandum
" uſque ad definitionem ſuperiorum cauſa-
" rum: niſi de conſenſu majoris partis con-
" gregandorum in Concilio aliqua legitima
" cauſa ad alium locum commodiorem trans-
" ferendum ſit. Quapropter cum omni reve-
" rentia, humilitate, ac inſtantia, Sanctiſſi-
" mum Dominum noſtrum Julium Papam ſe-
" cundum ſupplicamus, & per viſcera miſeri-
" cordiæ Dei noſtri hortamur, ac requirimus,
" ut huic congregationi Concilii, pro dictis
" cauſis, aſſentire dignetur, & illud perſona-
" liter, vel per ſuos legatos honorare & con-
" firmare: Similiter & R. D. S. R. E. Card.
" Patriarchas, Archiepiſ. Epiſ. Reges, Prin-
" cipes & Potentatus, ac communitates, &
" Collegia, univerſitateſque ſtudiorum gene-
" ralium, ac Religionum Generales, & magi-
" ſtros, necnon omnes alios Eccleſiæ Præla-
" tos, & in Conciliis generalibus, auctorita-
" tem definiendi aut conſulendi habentes, &
" ad Concilium de jure aut conſuetudine ve-
" nire ſolitos, & obligatos, convocamus & re-
" quirimus: ut per ſe, vel ſolemnes oratores,

vel,"

vel Procuratores (ſi commode, perſonaliter ”
intereſſe non poterunt ad Concilium ipſum, ”
loco & tempore quibus ſupra) accedere di- ”
gnentur, procuraturi quantum in eis erit, ut ”
Concilium ſit liberum, tutum & ſecurum, & ”
in eo juxta formam Conſtantienſis Synodi ”
procedatur ad honorem Dei, & Eccleſiæ ”
ſplendorem, pacem Chriſtianorum, & infi- ”
delium expugnationem, quod nos S. R. E. ”
Cardinales pro viribus offerimus Deo & Ec- ”
cleſiæ effectualiter procuraturos, & pro vi- ”
ribus facturos. Quare ſanctiſſimum Domi- ”
num noſtrum, & Reverendiſſimos Dominos ”
Cardinales, juxta formam aliorum Conci- ”
liorum, enixe ſupplicamus & hortamur, ut ”
à quatuor cauſis quæ maxime poſſent hujuſ- ”
modi Sanctam congregationem impedire, ”
ex nunc abſtinere dignentur, videlicet à ”
creatione novorum Cardinalium, & à pu- ”
blicatione creatorum (ſi qui forſan ſunt) & ”
proceſſu contra antiquos Cardinales, alioſ- ”
que prælatos, & perſonas ad Concilium ”
ipſum accedere volentes, & illi prout decet ”
conſentientes, necnon ab impediendo hu- ”
juſmodi convocationem Concilii directe, ”
vel indirecte, publice vel occulte, quovis ”
quæſito colore, & ab alienatione feudorum ”
ſeu terrarum S. R. E. In quibus omnibus ”
cauſis, cum omni humilitate proteſtamur ”
de nullitate actus (niſi à Sanctiſſimo Domi- ”
no noſtro in dicto Concilio hujuſmodi fieri ”
 con-

„ contingeret) & aliter facta vel facienda irri-
„ ta haberi, ac per Concilium ſeu prout juris
„ fuit annullari, & caſſari debere proteſtamur
„ & requirimus. Inſuper vos omnes R. D. Car-
„ dinales, & Prælatos, Principeſque, ac Do-
„ minos temporales, & perſonas alias, cujuſ-
„ cumque ſtatus, gradus, conditionis, vel
„ præeminentiæ exiſtant, hortamur, & mo-
„ nemus, quatenus hujuſmodi bono propoſi-
„ to noſtro annuere, opportunoſque favores
„ præbere, & à quibuſcumque moleſtationi-
„ bus, & impedimentis, ac prohibitionibus
„ contra venientes & venire volentes, ad di-
„ ctum generale Concilium, quomodocum-
„ que, & qualitercumque directe, vel indi-
„ recte, ſive alio quovis quæſito colore, vel
„ ingenio, publice vel occulte deſiſtant, at-
„ que deſiſtere velint & debeant; & ab omni-
„ bus cenſuris, cujuſcumque qualitatis (præ-
„ textu hujuſmodi congregationis ſacri Con-
„ cilii) abſtineant. Et ſi ſecus ſuper his, à quo-
„ quám quavis auctoritate ſcienter vel igno-
„ ranter fieri vel attentari contigerit, prote-
„ ſtamur de nullitate taliter gerendorum, &
„ de omni remedio habendo, in dicto genera-
„ li Concilio, ut talia irrita, & nulla decla-
„ rentur, & de omnibus aliis remediis nobis
„ competentibus, maxime ex forma dictæ
„ Synodi Conſtantienſis prout coram notabi-
„ libus perſonis, notariis, & teſtibus, etiam
„ in ſcripturis pro nobis adhærentibus, ac
volen-

Digitized by Google

volentibus adhærere proteſtati fuimus, & reclamavimus, prout etiam tenore præſentium proteſtamur, & provocamus. Et quia tutum non eſt nobis dictam convocationem Concilii, ac proteſtationem in præſentia Sanctiſſimi Domini noſtri facere, qui S.R.E. Card. fratres ſuos & Eccleſiæ univerſalis principes carceribus mancipari, & eis minari fecit, oratoreſque principum contra jus gentium detineri: Ideo decrevimus per affixionem hujuſmodi ſchedulæ, ſive inſtrumenti convocationis, monitionis, & proteſtationis, in valvis Eccleſiarum Mutinenſis Rhegienſ. & Parmenſ. (ex quibus veriſimiliter ad notitiam ſanctitatis ſuæ, & reverentiam. D. Cardinalium, ac Principum Chriſtianorum, & aliorum Prælatorum venire poterit (quam vim publici edicti habere petimus) perinde arctare ad veniendum ad Concilium ſupra requiſitos, & monitos ac ſi perſonaliter illis intimata fuiſſet ipſa convocatio, monitio, & proteſtatio: cum non ſit veriſimile, ipſis fore incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Alioquin dictis Calendis Septembris advenientibus, & etiam elapſis, in dicta Civitate Piſana, vel alio loco, in quo, ut præfertur, de conſenſu majoris partis congregandorum, transferri contigerit, ad celebrationem & perfectionem dicti generalis Concilii gradatim & ſucceſſive procedemus,

Digitized by Google

„ demus, & procedetur una cum illis reve-
„ rendiſſ. D. Cardinalibus, Patriarchis, Ar-
„ chiepiſcopis, Epiſcopis, ac Dominis, aliiſ-
„ que ut ſupra citandis, qui nobiſcum in dicto
„ generali Concilio convenerint, juxta ſtatuta
„ & decreta in dicto Concilio Conſtantienſi;
„ aliorum, ſic ut ſupra requirendorum & ci-
„ tandorum abſentia, ſeu negligentia, aut
„ contumacia, in aliquo non obſtante, eiſque
„ propter hoc ulterius non citatis vel monitis.
„ De cujus præſentis inſtrumenti, hujuſmodi
„ convocationem, monitionem, proteſtatio-
„ nem, & decreta in ſe continentis, in locis
„ prædictis & aliis ubi expediens fuerit pu-
„ blicatione, præſentatione, & in valvis præ-
„ dictis affixione, & dimiſſione cuilibet hujus
„ inſtrumenti latori, nuncio, in hac parte no-
„ ſtra, cum juramento aut inſtrumento publi-
„ co, manu Notarii publici confecto, plenam
„ dabimus fidem. Quia vero fidelibus, non eſt
„ tam de ſolicita intentione quacumque fiden-
„ dum, quam de inſtantia orationis humilis &
„ devotæ ſperandum: *cum non ſimus ſufficientes*
„ *etiam cogitare aliquid ex nobis quaſi ev nobis; ſed*
„ *ſufficientia noſtra*, juxta verbum Apoſtoli, *ex*
„ *Deo ſit*, ideo omnium veſtrum charitates
„ precamur in Domino, quatenus & per vos,
„ & per fideles veſtræ ſolicitudini commiſſos,
„ humiles preces fundantur ad dominum, &
„ devotis orationibus inſiſtatur, ut ipſe qui
„ concordiam operatur in ſublimibus, digne-
„ tur

tur efficere, ut debita hujus Sanctæ noſtræ "
deliberationis, & convocationis proviſio & "
executio, concors, & celer, ac canonica "
ſubſequatur, ut Eccleſiæ ſalus exigit, & "
totius orbis pax, & utilitas deſiderat, & ex- "
poſcit. Et noviſſime vos R. D. Archiepiſco- "
pos hortamur in Domino, ne in tempore "
hujuſmodi convocationis ſitis deficientes, "
ſed interim ſuffraganeos veſtros, exemptos, "
& non exemptos, ac alias notabiles perſo- "
nas provinciarum veſtrarum requiratis, ut "
in tempore ac loco deſignatis, abſque dila- "
tione, etiam cum deliberationibus, & aviſa- "
mentis veſtris, & ſuis circa fidem, pacem, & "
mores fidelium inſtructi compareatis, & "
compareant, quaſi coram Domino rationem "
veſtræ villicationis reddituri. De quibus o- "
mnibus prædicti R. D. S. R. E. Cardinales pe- "
tierunt à nobis notariis infraſcriptis, unum "
vel plura inſtrumentum atque inſtrumenta "
fieri, atque confici debere. Acta fuerunt hæc "
Mediolani in domo modernæ reſidentiæ "
prædicti reverendiſſimi D. Cardinalis Epiſ- "
copi Præneſtini, ſita in porta Ticinenſi, pa- "
rochiæ Sancti Georgii in palatio, ſub anno, "
indictione, die, menſe, & Pontificatu qui- "
bus ſupra, præſentibus ibidem illuſtribus "
dominis Carolo Jafredo, Præſidente reve- "
rendiſſimi Senatus Regii Mediolani, & Ga- "
leatio Vicecomite milite, & Senatore regio, "
teſtibus idoneis ad præmiſſa vocatis ſpecia- "
liter & rogatis.

Digitized by Google

Nomina autem R. D. Cardinalium, à quibus & quorum mandato hujuſmodi convocatio facta fuit ſequuntur.

Bernardinus Epiſcopus Sabinenſis, Car-
„ dinalis Sanctæ Crucis, Guillermus Epiſco-
„ pus Præneſtinus, Cardinalis Narbonenſis,
„ Philippus Epiſcopus Tuſculanus, Cardina-
„ lis Cænomanenſis, Franciſcus tt. Sancto-
„ rum Nerei & Achillei, Cuſentinus. Hadri-
„ anus tt. Sancti Chryſogoni, de Corneto:
„ Renatus tt. Sanctæ Sabinæ, Bajocenſis,
„ Carolus tt. Sancti Viti in Marcello, de Fi-
„ nario, presbyteri Cardinales, necnon Do-
„ minus Federic. Sancti Angeli de Sancto Se-
„ verino, ac Dominus Hypolitus Sanctæ Lu-
„ ciæ in ſilice Eſtenſis S. R. E. Diaconi Car-
„ dinales.

„ Ego Gentilis ex Gentilibus Fulginas,
„ publicus Apoſtolica auctoritate notarius, de
„ præmiſſis rogatus, hanc ſchedulam ſeu in-
„ ſtrumentum fideliter impreſſum ſubſcripſi
„ & publicavi ſigno meo oppoſito conſueto
„ in fidem præmiſſorum rogatus & requiſi-
„ tus.

„ Ego Petrus Rebe, Clericus Heduenſis
„ diœceſis, auctoritate Apoſtolica Nota-
„ rius publicus, de præmiſſis rogatus, hanc
„ ſchedulam ſive inſtrumentum fideliter im-
„ preſſum una cum prænominato notario
„ ſubſcripſi, & publicavi; ſignoque meo
„ manuali ſignavi, in teſtimonium præmiſ-
ſorum.

Con-

Digitized by Google

Convocatio Generalis Concilii ex parte Principum.

TEnore præſentis ſchedulæ ſeu inſtrumenti, cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno à nativitate Domini M. D. XI. indictione XIV. die vero Veneris XVI. menſis Maji, Pontificatus S. D. N. Domini Julii divina providentia Papæ II. anno VIII. conſtituti coram nobis notariis publicis, & teſtibus infraſcriptis, nobiles viri Domini, Comes Hieronymus Nogarolus, Anto. de Capitibus vaccæ, & Ludovicus Faella omnes equites Sacratiſſimi ac Sereniſſimi Domini Maximiliani Rom. electi Imperatoris ſemper Auguſti Procuratores, necnon ſpectabiles Juriſconſulti Do. Jo. Biragus, Franciſcus de Vaccis, & Balthaſar Platus Chriſtianiſſimi Domini Ludovici Francorum Regis, & ducis Mediolani ſimiliter Procuratores, & procuratoriis nominibus ad infraſcripta ſufficienti mandato ſuorum principalium muniti, propoſuerunt & dixerunt ſequentia verba, videlicet, quod cum Imperatores Romani & Francorum Reges fuerint ſemper fautores conſtantiſſimi Chriſtianæ fidei, & S. R. E. & propugnatores indefeſſi ac defenſores acerrimi contra omnia Catholicæ fidei & Eccleſiæ Romanæ obſtacula ac ſcandala, nullis laboribus, nulliſque periculis in illarum extirpatione

„ tione parcentes : & ſacratiſſimi moderni
„ Ro. Imperator, & Francorum Rex ſupra
„ nominati Domini nobis obſervandiſſimi,
„ officii ſui prædicti non immemores, ſed ma-
„ jorum ſuorum inhærendo veſtigiis, & con-
„ ſiderantes, quantam Reipublicæ Chriſtia-
„ næ utilitatem generalia Concilia univerſalis
„ Eccleſiæ attulerint, quantumque detrimen-
„ ti ex eorum intermiſſione Chriſtiana reſpu-
„ blica ſit paſſa, quamque impræſentiarum
„ clare conſpiciant, magnam inſtare neceſſi-
„ tatem univerſalis Concilii congregandi, pro
„ vera pace Chriſtianorum fundanda, & ſuf-
„ ficienti bello contra infideles ſtabiliendo, &
„ pro extirpatione hæreſeum, & errorum, in
„ diverſis mundi partibus, ſuperiorum negli-
„ gentia pullulantium : & ſimiliter ſchiſma-
„ tum ac diviſionum; nec non potiſſime, pro
„ reformatione morum univerſalis Eccleſiæ
„ in capite & in membris, plurimum colla-
„ pſorum, ac emendatione criminum graviſſi-
„ morum, notoriorum, continuorum, aut
„ incorrigibilium, univerſalem Eccleſiam
„ ſcandalizantium : quorum omnium Eccle-
„ ſiæ morborum, ſaluataris & unica medici-
„ na, congregatio univerſalis Concilii ſemper
„ eſt habita : quumque tempus decennii, poſt
„ ultimum univerſale Concilium, jamdudum
„ ſit effluxum, & ſaluberrima decretali con-
„ ſtitutione univerſalis Eccleſiæ irrevocabili
„ ac irrevocata in ſacratiſſimo Conſtantienſi
Con-

Concilio edita, quæ incipit *Frequens*, ſingulis decenniis univerſale Concilium congregari debeat: & ſummus Romanus Pontifex modernus, cui primo curæ eſſe deberet, illud convocandi, tanto tempore hoc neglexerit, maxime cum juraverit & voverit poſt biennium à creatione ſua illud tenere debere: & nedum negligens in præcepto Eccleſiæ & Concilii, ſed & voti & juramenti hujuſmodi tranſgreſſor, illud non tenuerit: tempuſque interpellet pro homine, quum nunquam ſua auctoritate aut voluntate futurum Concilium credatur celebrandum; cumque de gravibus Eccleſiæ ſcandalis in capite agendum ſit: quo caſu juxta patrum ſanctiones, & ipſius ſacri Conſtant. Concilii decreta, ad ſummum Pontificem, Concilii convocatio non attineat, & R. D. S. R. E. Cardinales, ad quos ſecundo loco in ſimilibus caſibus convocatio Concilii ſpectaret, diviſi videantur; & hi qui cum ſummo Pontifice moram trahunt, vel quia vere non ſunt liberi, aut forſan ex negligentia, vel alia ex cauſa non exiſtimentur convocationi hujuſmodi pro nunc velle aſſiſtere, ſeu aſſentire, pluresque R. D, Card. qui à Curia Romana legitimis ex cauſis ſunt abſentes, & aliqui eorum in Lombardia congregati, hujuſmodi convocationem Concilii pro ſuperioribus cauſis, ſicuti zelatores domus Dei cordialiter efflagitent, & enixe de-

„ depoſcant, quod etiam à nobis Procurato-
„ ribus inſtanter requiſiti convocaverunt, &
„ indixerunt. *Pro debito* ergo, quo principes
„ noſtri ſupradicti Chriſto Domino Creatori
„ & redemptori tenentur, ac ſplendori ſan-
„ ctiſſimæ ſponſæ ſuæ Romanæ & Univerſalis
„ Eccleſiæ, ac paci & incremento fidei o-
„ bligantur, eorum auctoritate & mandato,
„ & de eorum certa ſcientia, & ſpontanea
„ voluntate, quantum jure melius poſſumus
„ & debemus, nomine ſupradictorum domi-
„ norum Concilium Generale Univerſalis
„ Eccleſiæ indicimus, & convocamus, &
„ quantum in nobis eſt effectualiter congre-
„ gari monemus, & hortamur futurum, in
„ civitate Piſana, ad Kalendas Septembris
„ proxime futuri, inibi inchoandum, con-
„ tinuandum, ac terminandum, uſque ad
„ definitionem ſuperiorum cauſarum, niſi de
„ conſenſu majoris partis congregandorum in
„ Concilio, alia legitima cauſa ad alium lo-
„ cum commodiorem transferendum ſit. Qua-
„ propter cum omni reverentia & humilitate
„ ac inſtantia S. D. N. Julium Papam II. no-
„ mine quo ſupra, ſupplicamus, & per vi-
„ ſcera miſericordiæ Dei noſtri requirimus, ut
„ huic vocationi Concilii, pro dictis cauſis
„ aſſentire dignetur, & illud perſonaliter vel
„ per legatos ſuos honorare, & confirmare:
„ ſimiliter & R. D. S. R. E. Cardinales, Pa-
„ triarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos,
Re-

Reges, & Principes, & potentatus, necnon "
alios Eccleſiæ prælatos, communitates, & "
univerſitates ſtudiorum generalium, Colle- "
gia ac Religionum Generales, & magiſtros, "
& in Conciliis Generalibus auctoritatem de- "
finiendi aut conſulendi habentes, & ad Con- "
cilium de jure venire ſolitos, & obligatos "
convocamus; & requirimus ut per ſe, vel "
per ſolemnes oratores vel procuratores (ſi "
commode perſonaliter intereſſe non pote- "
runt) ad Concilium ipſum, loco & tempore "
quibus ſupra, accedere dignentur: pro- "
curaturi quantum in eis erit, ut Concilium "
ſit liberum, tutum, & ſecurum, & in eo "
juxta formam Conſtantienſis Synodi proce- "
datur, ad honorem Dei, & Eccleſiæ ſplen- "
dorem, pacem Chriſtianorum, & expu- "
gnationem infidelium, quod obſervandiſſimi "
ipſi noſtri principes, & Domini nobis me- "
tuendiſſimi, pro viribus ſuis offerunt Deo "
& Eccleſiæ ſe effectualiter procuraturos & "
facturos, necnon eorum nomine & aucto- "
ritate S. D. N. & R. D. Cardinalium juxta "
formam aliorum Conciliorum hortamur, & "
requirimus, ut à quatuor cauſis, quæ ma- "
xime poſſent hujuſmodi ſanctam congrega- "
tionem impedire, abſtinere etiam dignen- "
tur, videlicet à creatione novorum Cardi- "
nalium, & à publicatione creatorum (ſi qui "
forſan ſunt) & proceſſu contra antiquos Car- "
dinales, alioſque prælatos, & perſonas ad "
Con-

„ Concilium ipſum accedere volentes, & illi
„ prout decet conſentientes, necnon ab im-
„ pediendo hujuſmodi convocationem Con-
„ cilii directe vel indirecte, publice vel occul-
„ te quovis quæſito colore & ab alienatione
„ feudorum ſeu terrarum S. R. E. in quibus
„ omnibus cauſis, proteſtantur domini nobis
„ obſervandiſſimi principales, de nullitate
„ actus (niſi à S. D. N. in dicto Concilio hu-
„ juſmodi fierent) & aliter facta, vel facienda,
„ irrita haberi, ac per Concilium ipſum an-
„ nullari, & caſſari debere proteſtantur, &
„ requirunt. Et quia tutum non eſſet nobis
„ Procuratoribus dictam convocationem
„ Concilii & proteſtationem inpræſentia S. D.
„ N. facere, qui S. R. E. Card. fratres ſuos &
„ Eccleſiæ univerſalis principes carceribus
„ aliquando mancipandos minari fecit, Ora-
„ toreſque principum contra jus gentium de-
„ tineri, prout notorium eſt, & pro notorio
„ allegatur; ideo decrevimus, per affixionem
„ hujuſmodi ſchedulæ ſive inſtrumenti con-
„ vocationis, monitionis, ſeu proteſtationis
„ hujuſmodi, in valvis Eccleſiarum Mutinen-
„ ſis, Rhegienſis & Parmenſis (ex quibus veri-
„ ſimiliter ad notitiam Sanctitatis ſuæ & R.
„ D. Cardinalium ac principum Chriſtiano-
„ rum & aliorum prælatorum venire poterit
„ quam vim publici edicti habere petimus &
„ principales Domini nobis obſervantiſſimi
„ habere decreverunt & voluerunt) perinde
ar-

arctare ad veniendum ad Concilium ſupra "
requiſitos, & monitos ac ſi perſonaliter illis "
fuiſſet intimata, vel exhibita ipſa convoca- "
tio, monitio, & proteſtatio : quum non "
ſit veriſimile, ipſis fore incognitum vel "
occultum, quod tam patenter omnibus "
publicatur. De quibus omnibus dicti Do- "
mini Conſiliarii, Commiſſarii & Procura- "
tores, petierunt à nobis Notariis infraſcri- "
ptis unum vel plura inſtrumentum vel in- "
ſtrumenta fieri atque confici debere. Acta "
fuerunt hæc Mediolani in domibus habi- "
tationis modernæ reſidentiæ R. D. Domini "
G. Epiſcopi Cardinalis Præneſtini, ſitis in "
porta Ticinenſi, parochiæ S. G. in palatio, "
ſub anno indictione, die menſe & Ponti- "
ficatu quibus ſupra, præſentibus ibidem "
Illuſt. Dominis Galeatio Vicecomite mili- "
te, magnifico I. V. D. Domino Hieronymo "
Morono, filio quondam D. Jo. Re. Sena- "
toris Mediolani; magnifico D. Bernard. "
Guacio, filio quondam D. Anto. Prætor. "
Papiæ. & D. Benedicto Abriono, filio "
quondam Domini Chriſt. Vicario D. capi- "
tanei juſtitiæ Mediolani, ac Domino Prin- "
civallo de monte Regio, Secretario Me- "
diolani, teſtibus idoneis ad præmiſſa voca- "
tis, & ſpecialiter rogatis. "

Ego Gentilis ex Gentilibus Fulginas, "
publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, "
de præmiſſis rogatus, hanc ſchedulam ſeu "

„ inſtrumentum fideliter impreſſum ſubſcri-
„ pſi, & publicavi ſigno meo appoſito, con-
„ ſueto, in fidem præmiſſorum rogatus &
„ requiſitus.

„ Ego Petrus Rebe, Clericus Heduenſ.
„ Diœceſis, auctoritate Apoſtolica Notarius
„ publicus, de præmiſſis rogatus, hanc ſche-
„ dulam ſive inſtrumentum fideliter impreſ-
„ ſum, una cum prænominato Notario ſub-
„ ſcripſi, & publicavi, ſingnoque meo ma-
„ nuali ſignavi, in teſtimonium præmiſſo-
„ rum.

Sereniſſimi Romanorum Imperatoris electi Maximiliani ſemper Auguſti Epiſtolæ, quibus prælibata Generalis Concilii indictio recipitur & approbatur.

A tergo

Reverendiſſimis in Chriſto Patribus Dominis Cardinalibus Mediolani conſtitutis, amicis chariſſimis.

„ MAximilianus, divina favente clementia
„ Rom. Imperator ſemper Auguſtus, &c.
„ Reverendiſſimi patres, amici chariſſimi, ſa-
„ lutem, cum incremento omnis boni. Acce-
„ pimus complures literas V. Reverendiſſ.
„ D. quibus nobis ſignificant, quomodo una
„ cum noſtris, & Sereniſſimi Regis Franciæ
„ fratris noſtri chariſſimi procuratoribus, in-
„ dixerunt Concilium, & cum eiſdem literis
„ ſuis accepimus ſchedulas ejuſmodi denun-
cia-

ciationis: & copias literarum, ad Sere- "
niſſimum Regem Arragonum fratrem no- "
ſtrum chariſſimum, quæ omnia nobis ſum- "
mopere placuerunt, & ea approbamus, "
ſicuti aliquanto latius ſcribimus procura- "
toribus noſtris, ibidem apud D. V. Reve- "
rendiſſ. exiſtentibus, & quoniam jam pri- "
mo rediit ad nos venerabilis Mathæus Epi- "
ſcopus Gurgenſ. Princeps & Conſiliarius "
noſter devotus dilectus, intellecto ab eo "
ſucceſſu omnium rerum, latius ſcribemus D. "
V. Reverendiſſ. & eiſdem Procuratoribus "
noſtris, quibus circa omnia reſolute men- "
tem noſtram ſignificabimus, quæ erit ad o- "
mnimodam proſecutionem hujuſmodi Con- "
cilii, ad laudem Dei, & incrementum ſuæ "
ſanctæ fidei, & confuſionem hoſtium ejus, "
datum in oppido Muldorff, die quinta men- "
ſis Julii, Anno Domini M. D. XI. Regni no- "
ſtri Romani XXVI. Per Regem. Ad man- "
datum Cæſ. Majeſtatis proprium, Jacob. "
de Banniſſis.

A tergo

Nobilibus, fidelibus, nobis dilectis Conſiliariis, & Commiſſariis noſtris Mediolani.

MAximilianus, divina favente clemen- "
tia E. Ro. Imperator ſemper Augu- "
ſtus, &c. Nobiles, fideles dilecti. Accepimus "
literas veſtras, die XVI. & poſtea die XXIII. "
præteritis, & ex illis intelleximus tractata "

„ per vos nomine noſtro, cum Reverendiſſ.
„ D. Card. Mediolani exiſtentibus, ac vene-
„ rabili Epiſcopo Pariſienſi in cauſa Concilii
„ Univerſalis Eccleſiæ, cujus indictionis
„ ſchedulas ad nos tranſmiſſas, pariter perce-
„ pimus, ſimulque ordinem & modum ſer-
„ vatum ad illud indicendum, quæ nobis
„ omnia valde placuerunt, nec ſatis probare
„ & laudare poſſumus prudentiam & dexteri-
„ tatem veſtram, quam adhibuiſtis in expli-
„ cando tanto negotio, quoque in omnibus
„ ſecuti fueritis conſilium præfati Epiſcopi
„ Pariſienſis, ut vobis erat injunctum, gratum
„ habuimus.

Volumus inſuper, & ita vobis commit-
„ timus, ut à R. D. Cardinalibus præfatis, &
„ ab aliis, quibus vobis videbitur, exactam
„ capiatis informationem, & vos ipſi, judi-
„ cium veſtrum nobis præſcribatis, de omni-
„ bus quæ videntur eſſe per nos agenda in
„ proſecutione dicti Concilii, quæ & quales li-
„ teræ per orbem Chriſtianum ſcribendæ, &
„ ad quos, quove pacto ſit à nobis proceden-
„ dum, tam in hoc principio quam in pro-
„ greſſu, & quomodo cum Papa progredi
„ debeamus, redigatiſque omnium opinio-
„ nem, & conſilium de omnibus in ſcriptis,
„ per bonum ordinem, ut juxta illum proce-
„ dere habeamus, ſicut noſtra eſt intentio.
„ Literas etiam per nos ut ſupra ſcribendas,
„ curetis ab eis formari (licet nos aliquas ſcri-

pſe-

pſerimus) in eam quam voluerint ſententiam, ad noſque mittetis, ut juxta formulam expediri facere ea valeamus, ad quoſcumque opus fuerit. Sed ante omnia, agetis noſtro nomine gratias R. D. Cardinalibus, quod ad noſtram requiſitionem & exhortationem tam prompte & voluntarie reipublicæ Chriſtianæ & Univerſalis Eccleſiæ periclitantis cauſam amplexi fuerint, denuo hortando eos, ut quo animo inceperunt, ſic velint proſequi, pollicendo nos eis fautores, & auxiliatores conſtantiſſimos, uſque ad finalem Concilii terminationem, de qua, Deo dante ſperamus eos meritum apud Deum & laudem apud homines reportaturos, manebitiſque Mediolani, apud Reverendiſſ. D. eorum & præfatum Pariſienſem, quandiu ipſi neceſſe duxerint vos ibi eſſe, pro rebus dicti Concilii, quibus vos ea prudentia & fide ſemper gubernabitis, quam de vobis præſumimus: pro certo habentes nos bene meritorum veſtrorum memoriam, & rationem habituros. Agetis inſuper gratias præfato Pariſienſi Epiſcopo nomine noſtro, de bona intelligentia habita in proximo tractatu, cum venerabili Epiſcopo Gurgenſi, Principe & Conſiliario noſtro devoto dilecto, & de bonis ac ſinceris officiis & operibus quæ præſtitit in communibus rebus noſtris, & Sereniſſimi Regis ſui, reſpiciendo honorem & utilitatem noſtram

„ æque ac præfati regis ſui, ſicuti à præfato
„ Gurgenſi nobis ſcriptum eſt, & poſtea re-
„ latum, oſtendendo nos eorum memores
„ futuros, ac gratos, ubicumque contigerit
„ nos aliquid poſſe efficere, quod ad digni-
„ tatem & commodum pertineat. Rediit jam
„ ad nos idem Gurgenſis, qui inter alia retu-
„ lit nobis ſingularem prudentiam veſtram,
„ quia cum omni fide & affectu erga nos, aſti-
„ tiſtis ſibi in negotiis noſtris, quod & ſi jam-
„ pridem pro comperto habeamus, gratum
„ tamen multum fuit, id ab eodem Gurgenſi
„ intelligere, hortamurque vos ut ſicuti no-
„ bis certo perſuademus, ita continue perſi-
„ ſtere velitis in omnibus rebus noſtris, & nos
„ condignam rationem habituri ſumus vir-
„ tutum & meritorum veſtrorum Datum in
„ oppido Muldorf. V dei menſis Junii, anno
„ Domini M. D. XI. Regni noſtri Romani.
„ XXVI.

JACOBUS DE BANNISSIS.

Chriſtaniſſimi Fronçorum Regis D. Ludovici Epiſtolæ quibus eadem indictio approbatur & acceptatur.

A tergo

Reverendiſſimis in Chriſto patribus, & Dominis Sanctæ Crucis, Narbonenſi, & Cuſent. S. R. E. Cardinalibus, fratribus noſtris chariſſimis.

„ REverendiſſimi in Chriſto patres, & fra-
„ tres noſtri chariſſimi, Recepimus lite-
ras

Digitized by Google

ras quibus nos certioratis de indictione ſacri “
Concilii, facta per D. V. Reverendiſſ. una “
cum Procuratoribus Sereniſſimi Rom. Im- “
peratoris E. ſemper Auguſti, fratris & con- “
ſanguinei noſtri honorandi, & noſtris, ac- “
ceptimuſque ſchedulas dictæ indictionis, “
quas cum nobis plurimum placuerint alacri “
animo approbamus. Ut autem prælibatæ “
D. V. Reverendiſſ. intelligant quanti faci- “
mus hujuſmodi indictum Concilium, opte- “
muſque illud ad laudem & ſervitium omni- “
potentis Dei, utilitatemque reformatio- “
nem, & exaltationem Eccleſiæ Sanctæ, “
ac confuſionem inimicorum ejus, debitum “
ſortiri effectum, elegimus copioſum nu- “
merum Prælatorum, Theologorum, & “
juriſperitorum, de almis Univerſitatibus “
Galliarum, ad eumdem, & aſſiſtendum “
in ipſo Sancto Concilio nomine Gallicanæ “
Eccleſiæ. Nos quoque ipſo Sacroſancto “
Concilio, omnes neceſſarias proviſiones, “
pro virili noſtra miniſtrare curabimus, “
ſicuti à præſentium tabellario & nuncio “
noſtro diffuſius intelligere poteritis. Va- “
leant. D. V. Reverendiſſ. quas Deus omni- “
potens aſſidue cuſtodiat. Datum Valen- “
tiæ, die XVIII. Julii M. E. XI.

LOYS.

ROBERTET.

Inſtrumentum Procurationis & commiſſionis,

datæ à Reverendiſſ. Cardinalibus Sacri Piſani Concilii, indictoribus, Reverendiſſ. patribus D. Zachariæ Ferrerio, Subaſienſi, Abbati Vicentino, Sacræ Theologiæ ac U. I. Doct. Antonio de Andræa Apoſtolico Protonotario, & Jacobo Galand Locharum Archipresbytero, quatenus ob legitima impedimenta, eorundem Reverendiſſimorum Indictorum, vice & nomine acturi, quæ ad Sacri ipſius Concilii exordia pertinebant Piſis in Septembribus Calendis comparerent.

IN Nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejuſdem M. D. XI. Indictione XIII. die Lunæ XXV. menſis Auguſti, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Julii divina providentia Papæ II. anno VIII. Cum XVI. die menſis Maji proxime decurſi, Reverendiſſimi in Chriſto Patres & Domini Domini Bern. Epiſcopus Sabin. ſanctæ Crucis in Hieruſalem. Guill. Epiſc. Præneſtin. Narbonen. & Franciſcus tt. ſanctorum Nerei & Archillei Cuſantium presbyter S. R. E. Cardinalis, ex juſtiſſimis, & neceſſariis, tunc expreſſis cauſis, eorum propriis nominibus, & tanquam mandata ſufficientia habentes à nonnullis aliis R. D. ejuſdem S. R. E. Cardinalibus etiam nomine aliorum adhærere volentium, Concilium univerſale indixerint inchoandum in civitate Piſa a in Kalendis Septembris, tunc & nun proxime futuri, & ibidem con-

continuandum, uſque ad definitionem in "
ipſo Concilio proponendarum cauſarum, & "
etiam tunc expreſſarum, juxta formam "
Sacratiſſimi Conſtantienſis Concilii, prout "
publicis inſtrumentis per Notarios confe- "
ctis latius continetur. Cumque à prælibato "
S. D. N. & Apoſtolica ſede, (ut à nonnullis "
aſſeritur) quædam contra præfatum indi- "
ctum Generale Concilium emanaverint, in "
quibus tamen omnibus & ſingulis præfatos "
R. D. Cardinales adhibita fuit opportuna "
provocatio, & debita proviſio, nuperque "
& diebus proxime præteritis inſtante com- "
parendi, in prælibato Piſano Concilio, "
juxta formam indictionis & convocationis, "
quædam urguentiſſimæ cauſæ & legitima "
impedimenta de novo emerſerint, inter "
quæ nondum perfecte habitus à Florentinis "
Dominis quibus immediate ſubeſt Piſana "
civitas ſalvus conductus continebatur, ob "
quam rationem ipſius Generalis Concilii "
reſidentia libera in eadem Piſana civitate "
adhuc collocari minime poterat, præfati "
R. D. Cardinales indictores, per publicum "
inſtrumentum, proteſtati ſunt terminum "
dictæ convocationis & inchoationis tan- "
quam jure & legitime impeditis, non de- "
bere currere, quouſque eam ſecuritatem "
loci plene aſſequerentur, & memorata im- "
pedimenta ceſſarent. Hinc eſt quod præfati "
R. D. D. B. C. & F. Cardinales antedicti, "
 corum

" eorum propriis nominibus & etiam tan-
" quam Procuratores, & mandatarii quo-
" rumdam aliorum Reverendiſſ. Dominorum
" S.R.E. Cardinalium, à quibus ſufficientia
" mandata faciendi infra ſcripta habent, nec-
" non nomine & vice, & ad partem & utili-
" tatem aliorum dictæ S.R.E. Cardinalium,
" ac prælatorum, & aliarum perſonarum
" prænominato Concilio, & illius proſecu-
" tioni ac definitioni adhærere volentium
" convocati, & congregati: in mei Notarii
" perſonæ publicæ ſtipulantis nomine, quo-
" rum intereſt & teſtium infraſcriptorum, ad
" hoc vocatorum ſpecialiter, & rogatorum
" præſentia, non valentes juxta ſupraſcripta
" impedimenta de præſenti ad dictam civita-
" tem Piſanam accedere, ne ob eorum non
" acceſſum & præſentiam in dictis inſtantibus
" Kalendis Septembribus & proxime ſubſe-
" quentibus diebus de aliqua mora vel negli-
" gentia imputari poſſit, omnibus meliori-
" bus modo, jure, via, cauſa, & forma, qui-
" bus melius & validius de jure potuerunt, &
" poſſunt, etiam ad partem & utilitatem &
" pro vera directione & proſecutione præfati
" indicti Concilii Piſani, non revocando pro-
" pterea aliquos procuratores per Reveren-
" diſſ. D. S. tam ſimul quam ſeparatim ha-
" ctenus quomodolibet conſtitutos, ſed eos
" potius confirmando, voluntarie, ſponte,
" & ex eorum, cujuſlibet ſuis & dictis no-
mini-

minibus, certa ſcientia, animoque quieto, & deliberato, fecerunt, conſtituerunt, creaverunt, & ſolenniter ordinaverunt, faciuntque, conſtituunt, creant, & ſolenniter ordinant, ſuos, ſuis & dictis nominibus, certos legatos, Commiſſarios, nuncios, Procuratores, actores, factores, & negotiorum ſuorum, ac indicti Concilii Piſani ad infraſcripta geſtores ſpeciales, & generales (ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec contra) & quicquid melius dici & eſſe poteſt, ita tamen quod occupantis non ſit melior conditio, & quicquid unus eorum inceperit, alter proſequi mediare, & finire valeat, videlicet Reverendiſſimos patres Dominos Zachariam Ferrerium Subaſienſ. Abbatem Vicentinum, ſacræ Theologiæ, & geminæ cenſuræ Doctorem, Anto. de Andræa de Montepeſſulano, Protonotarium Apoſtolicum; & Jacobum Galand, Locharum Archipresbyterum in Eccleſia Turonenſi, abſentes tanquam præſentes & quemlibet eorum in ſolidum, tanquam optime inſtructos & informatos de gerendis in celebratione & proſecutione prælibati indicti Concilii, & de quorum fide, ſapientia & dexteritate explorata, probatio habetur ſpecialiter, & expreſſe ad procuratorio nomine præfatorum R. D. Cardinalium conſtituentium, & dictis nominibus immemoratis, inſtantibus Kalendis Septembri-

bus

„ bus, & poſtea ſucceſſive comparendum, &
„ ſe præſentandum in dicta civitate Piſana, &
„ hujuſmodi ſacrum Concilium præparan-
„ dum, diſponendum, atque ſi neceſſarium
„ & commodum fuerit, incipiendum cum
„ quibuſcumque prælatis, ad illud venienti-
„ bus, & præſertim cum Procuratore aut Pro-
„ curatoribus Sereniſſimi D. D. Mar. E. Ro.
„ Imperatoris ſemper Auguſti, ac Chriſtia-
„ niſſimi D. D. Ludovici Francorum Regis,
„ ipſius ſacri Concilii promotorum, & defen-
„ ſorum, ſeu alterius eorum, ad aſſiſtendum
„ eorundem ſeu alterius eorum nomine, in
„ dicto Concilio poteſtatem habentibus, ali-
„ iſque Reverendiſſimis Dominis Cardinali-
„ bus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſco-
„ pis, Abbatibus, Prælatis, Capitulis, Uni-
„ verſitatibus, Ordinibus, Collegiis, ſive
„ eorumdem & ſingulorum procuratoribus,
„ & aliis perſonis quibuſcumque, ad Genera-
„ lia Concilia accedere conſuetis, in præfato
„ indicto Piſano Concilio comparentibus, &
„ intervenientibus, ibidemq; gradatim & ſuc-
„ ceſſive, quouſque antedicti R. D. Cardinales
„ conſtituentes, realem præſentiam in eodem
„ Concilio exhibuerint, neceſſaria & utilia
„ quæcumque & qualiacumque, pro directio-
„ ne, inchoatione, proſecutione, & definitione
„ dicti Concilii præparandum, tractandum,
„ ventilandum, & concludendum, atque cau-
„ ſam dilati acceſſus, eorumdem R. D. Car-
dina-

Digitized by Google

dinalium exponendum, allegandum, & ſi "
neceſſe erit excuſandum, ibidemque ſi o- "
pus fuerit, memorata ſupplicationum,pro- "
vocationum, appellationum, & proteſta- "
tionum, ac quæcumque alia inſtrumenta, "
literas, ſcripturas & munimenta ad inchoa- "
tionem, proſecutionem & definitionem "
præfati indicti Concilii Piſani, quomodo- "
libet opportuna, & neceſſaria producen- "
dum, & exhibendum, illaque & illas, ac "
quæcumque alia,quibuſcumque perſonæ & "
perſonis, communi Collegio & Univerſita- "
ti intimandum, & notificandum, & ſi ne- "
ceſſe fuerit ſupplicationes. provocationes, "
appellationes, & proteſtationes hujuſmodi, "
de novo tam ex cauſis jam ſubortis ibidem "
expreſſis, quam ex aliis orientibus, coram "
quibuſcumque judicibus, ſeu probis & ho- "
neſtis perſonis,& alias,ubi expediens fuerit, "
& prout juris fuerit interponendum, & fa- "
ciendum, inſtrumentaque prædictæ indi- "
ctionis, & cauſas in eis inſtrumentis expreſ- "
ſas, & in dicto Concilio proponendas, vice "
& nomine præfatorum R. D. Cardinalium "
conſtituentium, & dictis nominibus, uſque "
ad eorum adventum,in eodem Concilio co- "
gnoſcendum, & tractandum dictum indu- "
ctum Concilium, ad optandum deſiderium, "
& juxta formam dicti Concilii Conſtantienſ. "
invocato auxilio Spiritus Sancti, dirigendum "
& pertractandum, alioſque ad Concilium "
ipſum, "

„ ipſum, tam de jure quam ex forma dicti
„ Concilii Conſtantienſis venire habentes,
„ cujuſcumque ſtatus, dignitatis, conditio-
„ nis, & præeminentiæ exiſtant, & quacum-
„ que præfulgeant dignitate, etiam ſub pœ-
„ nis, & cenſuris Eccleſiaſticis, & in præ-
„ ſenti negotio, quæ tam ex forma juris, quam
„ dicti Conſtantienſis Synodi, fieri & pro-
„ mulgari poterunt faciendum, & promul-
„ gandum, atque monendum & requiren-
„ dum, ad faciendum, gerendum, & exer-
„ cendum, ſibi reſpective incumbentia, uſque
„ ad ipſius indicti Concilii finalem deciſio-
„ nem incluſive: & generaliter omnia alia
„ & ſingula, præmiſſis & circa præmiſſa quo-
„ modolibet opportuna, & notoria, & quæ
„ occurrerint fienda, quantum ad præfa-
„ tos Reverendiſſimos D. Cardinales, ſuis,
„ & dictis nominibus attinet faciendum,
„ procurandum, & exercendum, etiamſi
„ talia forent, quæ mandatum exigerent
„ plus ſpeciale, quam præſentibus eſt ex-
„ preſſum. Et quæ ipſi R. D. Cardinales
„ conſtituentes, ſuis & dictis nominibus
„ facerent, & facere poſſent, ſi præmiſſis o-
„ mnibus & ſingulis ac dependentibus emer-
„ gentibus annexis & connexis ab eis per-
„ ſonaliter intereſſent. Dantes & conceden-
„ tes præfati R. D. Cardinales conſtituentes,
„ ſuis & dictis nominibus, dictis D. Procura-
„ toribus ſuis, ut ſupra conſtitutis, & cuili-
bet

bet eorum in ſolidum, plenum, liberum, “
largum, generale, ſpecialeque mandatum, “
cum plena, libera larga, generali, ſpecia- “
lique adminiſtratione, in prædictis & circa “
prædicta, & quolibet prædictorum, pro- “
mittentes præfati R. D. Cardinales conſti- “
tuentes, ſuis & dictis nominibus præfatis “
dominis procuratoribus ſuis, & cuilibet i- “
pſorum in ſolidum, ut ſupra obligando ſeſe, “
ſuis & dictis nominibus, ac omnia ſua ſuis & “
dictis nominibus, bona, & jura mobilia, & “
immobilia, præſentia & futura pignori, mi- “
hi Notario infraſcripto publicæ perſonæ “
ſtipulanti, & recipienti nomine & vice, & ad “
partem & utilitatem cujuslibet perſonæ, cu- “
jus intereſt ſeu intereſſe poteſt & poterit, “
quomodolibet in futurum ſeſe ſuis & dictis “
nominibus ſemper & omni tempore ratum, “
gratum & firmum habere, & tenere, quic- “
quid præfati Domini Procuratores ſui in ſo- “
lis ut ſupra dixerint, & geſſerint & fecerint “
in prædictis & circa prædicta quodlibet præ- “
dictorum. Et volentes præfati R. D. Cardina- “
les conſtituentes, ſuis dictis nominibus rele- “
vare præfatos Dominos Procuratores ſuos, “
ut ſupra conſtitutos, ab omni onere ſatiſda- “
tionis, caverunt de rato habendo, & judicio “
ſiſti, & judicato ſolvendo, & inde per omnia “
fidejuſſerunt ipſimet præfati R. D. Cardina- “
les conſtituentes, ſuis & dictis nominibus “
prout ſupra. Actum Mediolani in ædibus “

ha-

„ habitationis Reverendiſſ. in Chriſto Patris
„ D. D. B. Epiſcopi Sabinienſis, Cardinalis
„ ſanctæ Crucis prænominati, ſitis in parochia
„ ſancti Thomæ contratæ portæ, ſub anno,
„ indictione, menſe, die, & pontificatu qui-
„ bus ſupra, ibidem præſentibus, reverendo
„ in Chriſto patre Domino Stephano Ponche-
„ rio Pariſienſi Epiſcopo, & mag. viro D. Jaſte
„ Caroli, Delphinatus præſide, ac Mediolani
„ Vicecancellario, teſtibus idoneis, ad præ-
„ miſſa ſpecialiter vocatis & rogatis.

„ Ego Petrus Rebe, Clericus Heduenſ.
„ diœceſis publicus, Apoſtolica auctoritate
„ Notarius, de præſenti inſtrumento com-
„ miſſionis, legationis, & procurationis, ro-
„ gatus ſic ut præmittitur fieri & dici, vidi
„ præſens & audivi, ipſumque inſtrumentum
„ alterius manu ſcriptum confeci, & propria
„ manu ſubſcripſi, ſignoque meo conſueto
„ munivi, in fidem & teſtimonium omnium,
„ & ſingulorum præmiſſorum.

Inſtrumentum Comparitionis Reverendorum Patrum, Dominorum Zachariæ Ferrerii, Subaſienſ. Abbatis; Antonii de Andrea, protonotarius Apoſtolici; & Jacobi Galand, Locharum Archipresbyteri, nomine & vice Reverendiſſimorum Cardinalium in Kalendis Septembribus, in civitate Piſarum, in quo fundamenta & rationes indictionis ſacri Piſani Concilii moderni ſummarie recitantur.

In

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno à nativitate ejuſdem M. D. XI indictione quintadecima, die vero Lunæ prima menſis Septembris, Pontificatus vero Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini noſtri, Domini Julii divina providentia ſecundi, anno octavo: Piſis in Cathedrali Eccleſia, coram me Notario & teſtibus infraſcriptis, conſtituti Reverendi in Chriſto Patres Domini Zacharias Ferrerius Sacræ Theologiæ & juris utriuſque Doctor, Abbas Subaſienſis: Antonius de Andræa de Montepeſſulano Protonotarius Apoſtolicus, & Jacobus Galand Locharum Archi-presbyter in Turonenſi Eccleſia cum expreſſo ad infraſcripta mandato Reverendiſſimorum in Chriſto patrum & dominorum, Domini Bernardini Carvaïal Sabinenſis, ſanctæ Crucis in Hieruſalem; Guillelmi Præneſtini, Narbonenſ. Epiſcoporum, ac Franciſci tituli ſanctorum Nerei & Archillei Cuſentini presbyteri S. R. E. Cardinalium, aliorumque Reverendiſſimorum Cardinalium in his quæ ſequuntur procuratoria habentium; præmiſſa jam de mane Miſſa Sancti Spiritus paracleti, letaniiſque & aliis piis orationibus de eodem Sancto Spiritu pro Eccleſia Catholica, & præfato ſanctiſſimo domino Papa devotiſſime tunc peractis, de ſcabello in quo ante majus altare profundiſſime genu flexi manebant ſurrexerunt, & facies ad cir-

„ cumſtantes converterunt. PrælibatuſqueD.
„ Zacharias, duobus aliis memoratis dominis
„ Collegis annuentibus, aſſumpto themate
„ *Nova ego annuntio. Eſaiæ* 4. Sermonem edi-
„ dit, in quo infra poſita dixit & affirmavit.
„ Cum per Conſtitutionem quæ incipit *Fre-*
„ *quens*, Sacroſancti Conſtantienſis Concilii
„ approbatiſſimi, teneatur maximus Ponti-
„ fex pro extirpatione hæreſeum, errorum,
„ ac ſchiſmatum, univerſæque Eccleſiæ, tam
„ in capite quam in membris reformatione,
„ ſingulis decenniis generale celebrare Con-
„ cilium, ipſumque decennii terminum, dicta
„ conſtitutione teſte, nullatenus prorogare
„ poſſit; modernuſque Pontifex, nullum un-
„ quam (niſi à duabus dominorum Cardina-
„ lium partibus per ſecretorum ſuffragia vo-
„ torum) approbatum allegaturus impedi-
„ mentum, omnipotenti omnium authori
„ Deo, beatæ virgini, divis Petro & Paulo
„ Apoſtolis, ac univerſæ triumphanti & mili-
„ tanti Eccleſiæ, ad illud convocandum & ce-
„ lebrandum, infra biennium à ſua creatione
„ ſolemnibus voto & juramento ſe aſtrinxe-
„ rit, in negligentiamque, defectum, ac di-
„ lationem tanti negotii, totius Chriſtianæ
„ reipublicæ ſcandalizatorem, & Univerſi
„ Eccleſiaſtici ſtatus perturbatorem ſe haberi
„ debere declaraverit & obligaverit, reveren-
„ diſſimiſque dominis Cardinalibus, convo-
„ candi eo caſu quamprimum opportuna adeſ-

ſet

ſet facultas, celebrandique hujuſmodi Ge- "
nerale Concilium (quod ex tunc approba- "
bat, ejuſque ſententiæ ſe ſupponebat) ne- "
dum omnimodam conceſſerit auctoritatem, "
verum & communi eorumdem aſſenſu, ſub "
eo ipſo, & nulla expectata ſententia incur- "
rendarum pœnarum privationis Cardinala- "
tus, omniumque aliarum quarumcumque "
dignitatum, ac fructuum diſcrimine, pari- "
bus voti & juramenti vinculis (per viam con- "
tractus) eoſdem arctaverit, & de omnibus & "
ſingulis per publica inſtrumenta, & concla- "
vis Capitula, ipſius Pontificis propria manu "
ſubſcripta expreſſius conſtet: Quumque ſu- "
pra memoratæ conſtitutionis *Frequens*, abſ- "
que ullius Generalis Concilii celebratu, per "
Summorum Pontificum neglectus, à mul- "
tis annis effluxum decennium, Apoſtolicam "
Eccleſiam (quod non ſine gravi dolore re- "
coli poteſt) tam in capite quam in membris, "
in maxima conſtituerit deformationis cala- "
mitate; à præfatique moderni Pontificis "
promotione itidem, ſine aliqua Catholica "
Synodo, in divina ac continua negligentia "
(quæ etiam interpretativum contemptum "
continere videtur) per ſex fere annos tranſ- "
actum biennium, deſtitutam pene omni "
illuſtrium morum decore Chriſtianam reli- "
gionem, in id (quod fari pudet) liquenter "
adduxerit, ut jam in malorum omnium pro- "
funda trahatur. Et cum propter præſen- "

Digitized by Google

„ tium, imminentiumque inter Chriſtianos
„ Principes bellorum tumultus ſedandos, Ec-
„ cleſiaſticarum juriſdictionum adoptiones fi-
„ endas, & ſanctæ terræ, ac quatuor de infi-
„ delium manibus Patriarchalium Eccleſia-
„ rum recuperationem habendam, hæreſes,
„ errores, & ſchiſmata eliminanda, atque re-
„ formationem univerſalis Eccleſiæ in capi-
„ te & in membris prom ovendam, ejuſdem
„ Eccleſiæ ſingulare præceptum, ipſa e-
„ videns & ſumma neceſſitas, Pontificis
„ Cardinaliumque commune votum, com-
„ mune juramentum, in quibus, in eorum
„ præjudicium quibus jus acquiſitum eſt,
„ cum & caſus pœnalis exiſtat, nulla mo-
„ ræ purgatio canonica æquitate admittitur,
„ decennioque ac biennio elapſis, cæterorum
„ Dominorum Cardinalium apud eumdem
„ Pontificem exiſtentium, ſeu timor, ſeu ne-
„ gligentia, ad abſentem Reverendiſſimo-
„ rum Cardinalium portionem (quamvis mi-
„ norum) tanquam ad liberam, diligentem,
„ & ſaniorem, juxta canonicas ſanctiones,
„ convocandi Generale Concilium, plenum
„ jus & auctoritatem devolverint; prænomi-
„ natos ideo reverendiſſimos patres B. Sabin.
„ ſanctæ Crucis G. Præneſtinum Epiſcopos,
„ ac F. Cuſentium presbyterum S. R, E. Car-
„ dinales, cum nonnullorum aliorum manda-
„ tis Cardinalium, Sereniſſimo electo Rom.
„ Imperatore Maximiliano ſemper Auguſto,
Chri-

Chriſtianiſſimoque Francorum Rege Ludovico, per ſpeciales nuncios & legatos, Procuratores, ac ſingularia mandata quæ habentur, cum omni inſtantia requirentibus in menſe Maji proxime præteriti M. D. XI. Oecumenicum legitime convocaſſe Concilium præſentibus Septembris Kalendis in hac Piſarum civitate in domino inchoandum. Et cum Piſanum hoc ſit verum, unicum, ac legitimum hac acta præventione devolutaque auctoritate; Concilium (quod quidem per alterius aſſerti Concilii Lateranenſis covocationem idem Summus Pontifex juxta patrum decreta) nec diſſolvere, nec transferre, nec impedire, nec diminuere quopiam modo potuit aut poteſt; eas fore prædictorum Reverendiſſimorum Cardinalium ac ſacratiſſimorum Principum mentes, eas ſententias, ea inſtituta, ut id recte ac rite indictum & ad hanc Piſanam civitatem convocatum Generale Concilium actu congregetur, inchoëtur, & ad debitam proſecutionem ac fœlicem in domino conſummationem divinis auſpiciis deducatur. Et quoniam præfati reverendiſſimi ejuſdem ſancti Concilii indictores ſeu indictionis executores, (cum adhærentibus Reverendiſſimis Cardinalibus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prælatis, Principibuſque, ac generalibus Uni-

 ver-

„ verſitatibus, vel eorum & earum Procura-
„ toribus, divinique & humani juris Docto-
„ ribus) ob nonnullas urgentiſſimas rationa-
„ bileſque cauſas quæ de novo emèrſerunt, &
„ de quibus publicum extat inſtrumentum,
„ in præſentibus Kalendis Septembribus in
„ hac Piſana civitate (inchoandi Concilii gra-
„ tia) perſonaliter adeſſe non poterant, ad ac-
„ cipiendum tenendumque huius civitatis lo-
„ cum pro ipſo ſancto Concilio, ad venientes
„ Prælatos ſuſcipiendum, & ad alia opportu-
„ na (pro ipſius Generalis Concilii inchoatio-
„ ne eorumdem Patrum vice) exequendum,
„ ſe cum præfatis duobus dominis Collegis
„ miſſum, & ipſos duos dominos Collegas
„ cum eo miſſos omnes quidem in ſolidum à
„ dictis Reverendiſſimis Patribus & eiſdem
„ adhærentibus nuncium, procuratorem &
„ executorem, nuncioſque, procuratores &
„ executores, ſeque cum eiſdem dominis Col-
„ legis & ipſi in ſolidum eum eo ad præmiſſa
„ omnia exequendum omnibus modo & via
„ quibus melius de jure poſſunt & debent in
„ præſenti determinata Septembrium Kalen-
„ darum die, nomine & ſpeciali mandato di-
„ ctorum Reverendiſſimorum Cardinalium
„ & eiſdem in hoc adhærentium & adhærere
„ volentium perſonaliter & realiter in præ-
„ ſentibus civitate & cathedrali Eccleſia Pi-
„ ſanis comparuiſſe. Petiitque & rogavit re-
„ verendus in Chriſto Pater Dominus Zacha-
rias

Digitized by Google

rias Abbas Subaſienſis una cum ambobus "
dominis Collegis præfatis D. Anthonio de "
Andræa Apoſtolico Protonotario & Domi- "
no Jacobo Galand Locharum Archipresby- "
tero, de eorumdem præſentiali ac reali ad "
præmiſſa comparitione, & de omnibus an- "
tedictis à me Notario infraſcripto publicum "
confici inſtrumentum. Actum Piſis in Ca- "
thedrali Eccleſia, ſub anno, indictione, die, "
menſe & Pontificatu quibus ſupra, præſen- "
tibus ibidem nobilibus viris Franciſco Filio "
magnifici Petri Nero nomine excelſæ rei- "
publicæ Florentinæ Piſis Gubernatoris ac "
præfecti, Dominico de Juniis, Dominico "
Mathæi de Cariſanis, Carolo de Biliotis, & "
Alexandro Philippi de Rayneriis civibus "
Florentinis teſtibus idoneis, ad præmiſſa "
vocatis, ſpecialiterque rogatis. "

Ego Egidius Pele clericus Turonenſis "
publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, "
præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic age- "
rentur & dicerentur perſonaliter interfui, "
præſenſque inſtrumentum fideliter confe- "
ctum ſubſcripſi & publicavi conſuetumque "
ſignum meum appoſui in præmiſſorum fi- "
dem rogatus & requiſitus. "

Reverendiſſimorum Cardinalium ſacri Piſani Concilii moderni indictorum reſponſio data Reverendo Epiſcopo Alexandrino Nuncio ſacri Cardinei Collegii Romæ exiſtentis.

Digitized by Google

,, REverendiſſimi in Chriſto patres, & do-
,, mini, Domini S.R.E. Cardinales, in
,, Inſubria pro libertate ſpiritualitate & pace
,, Univerſalis Eccleſiæ congregati, Reve-
,, rend. in Chriſto patri domino Alexandro E-
,, piſcopo Alexandrino Nuncio & Commiſſà-
,, rio ſacri Collegii R.D. Cardinalium apud
,, S.D.N. reſidentium; ſalutem & proſperi-
,, tatem. Accepimus à paternitate V. literas &
,, inſtructiones ſacri Collegii reverendiſſimo-
,, rum Dominorum Cardinalium ex urbe, VI.
,, Auguſti datas, quæ quamvis multum tarde
,, nobis propter infirmitatem veſtram ſint
,, redditæ, & nunc illis propter abſentiam ali-
,, quorum dominorum cum quibus commu-
,, nicandæ erant, non poſſimus integre re-
,, ſpondere, propter temporis tamen angu-
,, ſtiam & inſtantiam tam circa Concilium Pi-
,, ſanum quam circa monitiones S.D.N. quas
,, vago relatu audivimus, ut ex nobis appa-
,, reat quod cum effectu deſideramus refor-
,, mationi, bono & paci Eccleſiæ conſulere
,, (cujus procurandæ gratia ad tempus à Rom.
,, Curia receſſimus) vobis pauca aliqua dice-
,, mus, & deinde communicato conſilio cum
,, aliis Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus,
,, & cum Sereniſſimis Dominis Principibus
,, reſpondebimus plenius Sanctiſſimo Domi-
,, no noſtro, & D. Reverendiſſimis Cardina-
,, libus, circa literas quas multimoda relatione
,, audivimus contra nos datas, cum humili-
tate

Digitized by Google

tate tamen & veritate à nobis prodibit re- "
ſponſum, "
In primis ergo commendabitis nos hu- "
millimis Dominationibus ſuis reverendiſſi- "
mis quarum conſpectu libero & tuto mirum "
in modum frui deſideramus, illis etiam ha- "
bebitis innumeras gratias pro officio chari- "
tatis ſuæ per paternitatem veſtram nobis "
oſtenſo & verbis ſignificato; quamvis mul- "
tum doluerimus Dominationes ſuas reve- "
rendiſſimas præſtitiſſe aſſenſum vel conſi- "
lium (ſi ita fuit) in tam graviſſimis monitio- "
nibus & cenſuris contra nos, ut fertur, pro- "
latis, ſignanter etiam vocando nos cum cen- "
ſuris ad locum nobis notorie non tutum, de "
quo expreſſiſſime proteſtati ſumus & prote- "
ſtamur, ut univerſus orbis iſtius rei verita- "
tem intelligat; præſertim quia ſecuritatem "
noſtram & libertatem ac ſpiritualitatem & "
reformationem Eccleſiæ (juxta ejus præce- "
ptum & votum ac juramentum commune) "
procuraverimus. Non enim aliud nos præ- "
cipue ad ſecedendum induxit. Et Deum ho- "
mineſque teſtamur, & quamvis per alteras "
literas ignis, & per alteras aqua nobis pro- "
ponantur, vivæ tamen & animatæ legi ac "
præceptioni per vos explicatæ attendentes, "
dicimus: "
In primis nos hactenus manſiſſe & mane- "
re, & ſi per errorem aliquorum non ſtat "
ſemper manere velle in ſancta & bona obe- "

Digitized by Google

„ dientia S. D. N. Papæ, & bona fraternitate
„ & filiatione reverendiſſimorum Domino-
„ rum Cardinalium, de quo proteſtamur;
„ niſi quod juxta doctrinam Innocentii IV.
„ præceptiones Apoſtolicæ, de notorio peri-
„ culo ſalutis æternæ vel corporalis aut tur-
„ bationis vel decolorationis ſtatus univerſa-
„ lis Eccleſiæ, & unde multa ventura eſſent,
„ audiri quidem poſſunt, ſicut à domino di-
„ cta, ſed non impleri vel admitti. Quini-
„ mo poſſunt & debent declinari & ab il-
„ lis provocari; qualis nobis eſt hæc præce-
„ ptio comparitionis perſonalis in urbe quæ
„ notorie nobis inducere vitæ periculum & ti-
„ morem juſtiſſimum in quoſcumque con-
„ ſtantiſſimos viros cadentem, quibuſcumque
„ ſalvis conductibus aſſocietur, juxta experta
„ ſuperiorum, & prout notorium eſt. Plures
„ ſane reverendiſſimi Domini Cardinales &
„ etiam Sanctiſſimus Dominus noſter in mi-
„ noribus multo tempore fuerunt abſentes,
„ forte minoribus de cauſis quam nos, nec ſi-
„ mile aliquid factum eſt contra eos, ſed nos
„ de bono opere gravius lapidamur: & iſte
„ aſſenſus dominationum ſuarum reverendiſ-
„ ſimarum, ſi libere præſtitus eſt, maxime
„ apud Deum & homines dolentes nos reddit,
„ quia aliquis noſtrum alio tempore num-
„ quam ſimile patrari conſenſit contra reve-
„ rendiſſimos dominos nunc in Rom. Curia
„ reſidentes, & tunc abſentes.

Item

Item ſignificabitis, quod nos pro maximis & neceſſariis cauſis ſecuritates vitæ & libertatis noſtræ ac reformatione Eccleſiæ ex Florentia diſceſſimus, non ut malum aliquod, ſed grande bonum Eccleſiæ afferremus, quod per noſtros Commiſſarios ex Florentia Sanctiſſimo D. N. & dominationibus ſuis reverendiſſimis apud Bononiam tunc reſidentibus ſignificavimus, qui Commiſſarii vel auditi non fuerunt vel territi, & re infecta male expediti ſine reſponſo receſſerunt. Nec unquam integre pauca per aliquos ex noſtris petita pro ſecuritate reſidentiæ noſtræ obtineri potuerunt.

Item ſignificabitis, nos cum multorum ſapientum conſilio pro certo tenere indictionem Concilii Piſani per nos & Principes factam ex præcepto univerſalis Eccleſiæ, voto & juramento S. D. N, & noſtro, ad veritatem non ad blanditionem intellectus, & pro ſcandalis Eccleſiæ ſedandis, & ex præterita notoria tam longa inexcuſabilique negligentia, & textu Euangelii *Dic Eccleſiæ*, juxta Synodalem interpretationem intellecto, juſtiſſimam fuiſſe & eſſe, & juriſdictionem convocandi Synodum fuiſſe & eſſe hac vice juris miniſterio devolutam ad indictores Piſani Concilii quod Principes viribus omnibus proſequi intendebant, & nunc certe proſequentur.

Nos tamen voluimus illis conjungi, ne Ec-

Digitized by Google

„ Eccleſiaſticæ Ariſtocratiæ in hujuſmodi in-
„ dictione Concilii per omnium negligen-
„ tiam jus periret; & ne ſpiritum per omnia
„ ſpiritualeſque mores videremur extingue-
„ re, & ſecularibus Principibus admonitio-
„ nem ſpiritualem ex toto relinquere, etiam
„ ut in concordando pacifico uno Concilio
„ partes noſtras melius poſſemus explicare. Et
„ credebamus certe Sanctiſſimum Dominum
„ noſtrum reverendiſſimos dominos aliter no-
„ bis reſponſuros quam fecerunt: cum noſtri
„ nos officii memores Sanctitatem ejus &
„ Cardinalium Dominationes reverendiſſi-
„ mas (ſicut Petrum Paulus de obſervatione
„ Concilii Hieroſolymitani admouerat) roga-
„ verimus: quam admonitionem libenter Pe-
„ trus admiſit, imo illas Pauli Epiſtolas in qui-
„ bus hoc contineri ſciebat, Paulumque ſuis
„ Epiſtolis canonicis commendavit. Nobis
„ tamen cum omni exprobratione reſponde-
„ tur non ſecus ac ſi jam Pontificem, quod
„ abſit, ſuſpenderimus. Illis enim verbis re-
„ ſponſiones illæ & etiam monitiones cum
„ eiſdem terminis componuntur quibus Eu-
„ genius IV. reſpondit Patribus Baſileæ poſt
„ ſententiam ſuæ privationis, & electionem
„ Fœlicis. Nos tamen nihil tale hactenus co-
„ gitavimus, ſed ſimpliciter de Concilio te-
„ nendo admonuimus. Quia tamen videmus
„ ex prima & ſimplici hujuſmodi noſtra ad-
„ monitione Concilii, plurimum commoveri
San-

Sanctiſſimum D. N. (quod certe non debe- "
ret) nos enim nullo Eccleſiam aut ſanctita- "
tem ejus damno proſequi intendimus, quin- "
imo unitatem, libertatem, & ſpirituali- "
tatem, ac utilitatem & conſervationem ju- "
rium Eccleſiæ cum bona Sanctitatis ejus & "
ſacri Collegii gratia procuravimus & pro- "
curamus pro magna in ejus Sanctitatem ve- "
neratione & reverendiſſimos dominos ob- "
ſervantia (præſertim hac charitate perſpecta "
quam erga nos dominationes ſuæ reveren- "
diſſimæ cum paternitate veſtra oſtende- "
runt) & propter juſtificationem majorem "
noſtram, ad veſtram quoque mediationem "
attendentes, in Piſano Concilio in rebus "
tangentibus S. D. N. & Ro. Curiam ad ali- "
quod tempus temperabimus, dummodo "
ipſe dominus noſter medio Sacri Collegii "
omnes has præceptiones perſonalis compa- "
ritionis & noſtræ ceſſationis auferat, vel ad "
minus ſuſpendat uſque ad tempus quo de lo- "
co tuto & neutrali Oecumenici Concilii "
cum ipſo S. D. N. & omnibus quos iſta tan- "
git materia, in brevi cum bona reſolutione "
conſulatur. Locus enim Urbis Romæ in "
hac rerum occurrentia liber & tutus non "
eſt, nobis ſignantur & aliis oratoribus Prin- "
cipum nationibus, qui hujuſmodi indictio- "
nibus promotores extiterunt, tam propter "
arces quam propter gentes & Capitaneos aſ- "
ſuetos libertatem Cardinalium & aliorum "
Præ-

„ Prælatorum facile violare. Patres enim in
„ Concilio undequaque debent eſſe liberi ad
„ hoc quod Spiritu Sancto regantur, Apoſto-
„ lo referente: *Ubi ſpiritus Domini ibi libertas*:
„ & in congregationibus Eccleſiæ Spiritum
„ Sanctum directorem eſſe Euangelii textus
„ edocet. In loco ergo communi & libero ac
„ ſecuro deputando cum quiete & pace, omni
„ paſſione remota libertati, ſpiritualitati, ac
„ reformationis Eccleſiæ & Chriſtianorum
„ paci ac infidelium bello, necnon Sanctiſſi-
„ mi D. N. gloriæ, obedientiæ, & tranquil-
„ litati, ſolide, efficaciter, & realiter cum
„ Spiritus Sancti aſſiſtentia attendetur: quod
„ univerſæ Chriſtianæ reip. gratiſſimum fu-
„ turum ſperamus. Et nos nihil aliud petivi-
„ mus unquam nec petimus. Et cum hoc be-
„ atitudini ſuæ perpetuam ſervitutem ſervie-
„ mus in debita obedientia & reverentia. Et
„ credimus reverendiſſimos Dominos Cardi-
„ nales bona mente incedentes, prorſus in
„ hoc nobiſcum conventuros, nec petituros
„ à nobis aut aſſenſuros peti quæ ſine periculo
„ interitus utriuſque vitæ præſtare non poſſu-
„ mus. Et jam neceſſe erit ex utraque indi-
„ ctione Concilii vel utrumque teneri (quod
„ hæreſim ſaperet) quum Eccleſia univerſalis
„ ſit una, vel alterum concordari. Cum enim
„ à tot annis nulla fuerint Concilia generalia,
„ & quandoque aliqua congregata fuerunt,
„ quæ à centum annis quaſi fuerunt quinque,
vide-

videlicet Piſanum, Conſtantienſe, Senen- “
ſe, Baſileenſe, & Florentinum, * multis “
tamen impedimentis & cavillationibus in “
illis procuratis, Eccleſia cum effectu refor- “
mata non fuit: & omni die ager dominicus “
ſpinis & tribulis obſitus, in immenſum ex- “
crevit, adeo ut oporteat illum neceſſario “
per Concilium purgari. Si enim cum hac “
duplici indictione Concilii, nullus effectus “
liberi & generalis Concilii ad bonum Ec- “
cleſiæ [ad minus de reformationibus, pace, “
& bello futuris] ſequeretur; populus Chri- “
ſtianus nos omnes deceptores crederet, & “
mirum in modum ſeculares Principes con- “
tra omnes nos inſurgerent. Hæc ergo eſt via “
pacis Eccleſiæ & honoris S. D. N. & Sacri “
Collegii, & noſtri, quam nos libenter of- “
ferimus & datam amplectemur, & cum aliis “
Principibus & dominis illum tractare (mo- “
do ſanctiſſimus Dominus noſter & reveren- “
diſſimi domini idem effectualiter ſentiant, “
& quæ his dicuntur adimpleantur) pro viri- “
bus pollicemur. “

Nihilominus tamen, per hanc ſedulam “
noſtram ad majorem cautelam de non tuto “
acceſſu noſtro & nimia brevitate temporis “
ac ejus cauſis notoriis, quantum de jure poſ- “
ſumus & debemus, proteſtamur & provoca- “
mus, & de nullitate aut injuſtitia dictarum “
præceptionum, (præcedente noſtra indi- “
ctione, “

* Nota quibus modis Eccleſiæ reformatio impedita fuerit.

Digitized by Google

„ verſitatibus, vel eorum & earum Procura-
„ toribus, divinique & humani juris Docto-
„ ribus) ob nonnullas urgentiſſimas rationa-
„ bileſque cauſas quæ de novo emèrſerunt, &
„ de quibus publicum extat inſtrumentum,
„ in præſentibus Kalendis Septembribus in
„ hac Piſana civitate (inchoandi Concilii gra-
„ tia) perſonaliter adeſſe non poterant, ad ac-
„ cipiendum tenendumque huius civitatis lo-
„ cum pro ipſo ſancto Concilio, ad venientes
„ Prælatos ſuſcipiendum, & ad alia opportu-
„ na (pro ipſius Generalis Concilii inchoatio-
„ ne eorumdem Patrum vice) exequendum,
„ ſe cum præfatis duobus dominis Collegis
„ miſſum, & ipſos duos dominos Collegas
„ cum eo miſſos omnes quidem in ſolidum à
„ dictis Reverendiſſimis Patribus & eiſdem
„ adhærentibus nuncium, procuratorem &
„ executorem, nunciosque, procuratores &
„ executores, ſeque cum eiſdem dominis Col-
„ legis & ipſi in ſolidum eum eo ad præmiſſa
„ omnia exequendum omnibus modo & via
„ quibus melius de jure poſſunt & debent in
„ præſenti determinata Septembrium Kalen-
„ darum die, nomine & ſpeciali mandato di-
„ ctorum Reverendiſſimorum Cardinalium
„ & eiſdem in hoc adhærentium & adhærere
„ volentium perſonaliter & realiter in præ-
„ ſentibus civitate & cathedrali Eccleſia Pi-
„ ſanis comparuiſſe. Petiitque & rogavit re-
„ verendus in Chriſto Pater Dominus Zacha-
rias

rias Abbas Subaſienſis una cum ambobus "
dominis Collegis præfatis D. Anthonio de "
Andræa Apoſtolico Protonotario & Domi- "
no Jacobo Galand Locharum Archipresby- "
tero, de eorumdem præſentiali ac reali ad "
præmiſſa comparitione, & de omnibus an- "
tedictis à me Notario infraſcripto publicum "
confici inſtrumentum. Actum Piſis in Ca- "
thedrali Eccleſia, ſub anno, indictione, die, "
menſe & Pontificatu quibus ſupra, præſen- "
tibus ibidem nobilibus viris Franciſco Filio "
magnifici Petri Nero nomine excelſæ rei- "
publicæ Florentinæ Piſis Gubernatoris ac "
præfecti, Dominico de Juniis, Dominico "
Mathæi de Cariſanis, Carolo de Biliotis, & "
Alexandro Philippi de Raynerus civibus "
Florentinis teſtibus idoneis, ad præmiſſa "
vocatis, ſpecialiterque rogatis. "

Ego Egidius Pele clericus Turonenſis "
publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, "
præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic age- "
rentur & dicerentur perſonaliter interfui, "
præſenſque inſtrumentum fideliter confe- "
ctum ſubſcripſi & publicavi conſuetumque "
ſignum meum appoſui in præmiſſorum fi- "
dem rogatus & requiſitus. "

Reverendiſſimorum Cardinalium ſacri Piſani Concilii moderni indictorum reſponſio data Reverendo Epiſcopo Alexandrino Nuncio ſacri Cardinei Collegii Romæ exiſtentis.

Digitized by Google

„ REverendiſſimi in Chriſto patres, & do-
„ mini, Domini S.R.E. Cardinales, in
„ Inſubria pro libertate ſpiritualitate & pace
„ Univerſalis Eccleſiæ congregati, Reve-
„ rend. in Chriſto patri domino Alexandro E-
„ piſcopo Alexandrino Nuncio & Commiſſa-
„ rio ſacri Collegii R. D. Cardinalium apud
„ S. D. N. reſidentium; ſalutem & proſperi-
„ tatem. Accepimus à paternitate V. literas &
„ inſtructiones ſacri Collegii reverendiſſimo-
„ rum Dominorum Cardinalium ex urbe, VI.
„ Auguſti datas, quæ quamvis multùm tarde
„ nobis propter infirmitatem veſtram ſint
„ redditæ, & nunc illis propter abſentiam ali-
„ quorum dominorum cum quibus commu-
„ nicandæ erant, non poſſimus integre re-
„ ſpondere, propter temporis tamen angu-
„ ſtiam & inſtantiam tam circa Concilium Pi-
„ ſanum quam circa monitiones S. D. N. quas
„ vago relatu audivimus, ut ex nobis appa-
„ reat quod cum effectu deſideramus refor-
„ mationi, bono & paci Eccleſiæ conſulere
„ (cujus procurandæ gratia ad tempus à Rom.
„ Curia ſeceſſimus) vobis pauca aliqua dice-
„ mus, & deinde communicato conſilio cum
„ aliis Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus,
„ & cum Sereniſſimis Dominis Principibus
„ reſpondebimus plenius Sanctiſſimo Domi-
„ no noſtro, & D. Reverendiſſimis Cardina-
„ libus, circa literas quas multimoda relatione
„ audivimus contra nos datas, cum humili-

tate

tate tamen & veritate à nobis prodibit re- “
ſponſum, “
In primis ergo commendabitis nos hu- “
millimis Dominationibus ſuis reverendiſſi- “
mis quarum conſpectu libero & tuto mirum “
in modum frui deſideramus, illis etiam ha- “
bebitis innumeras gratias pro officio chari- “
tatis ſuæ per paternitatem veſtram nobis “
oſtenſo & verbis ſignificato; quamvis mul- “
tum doluerimus Dominationes ſuas reve- “
rendiſſimas præſtitiſſe aſſenſum vel conſi- “
lium (ſi ita fuit) in tam graviſſimis monitio- “
nibus & cenſuris contra nos, ut fertur, pro- “
latis, ſignanter etiam vocando nos cum cen- “
ſuris ad locum nobis notorie non tutum, de “
quo expreſſiſſime proteſtati ſumus & prote- “
ſtamur, ut univerſus orbis iſtius rei verita- “
tem intelligat; præſertim quia ſecuritatem “
noſtram & libertatem ac ſpiritualitatem & “
reformationem Eccleſiæ (juxta ejus præce- “
ptum & votum ac juramentum commune) “
procuraverimus. Non enim aliud nos præ- “
cipue ad ſecedendum induxit. Et Deum ho- “
mineſque teſtamur, & quamvis per alteras “
literas ignis, & per alteras aqua nobis pro- “
ponantur, vivæ tamen & animatæ legi ac “
præceptioni per vos explicatæ attendentes, “
dicimus: “
In primis nos hactenus manſiſſe & mane- “
re, & ſi per errorem aliquorum non ſtat “
ſemper manere velle in ſancta & bona obe- “

Digitized by Google

„ dientia S. D. N. Papæ, & bona fraternitate
„ & filiatione reverendiſſimorum Domino-
„ rum Cardinalium, de quo proteſtamur;
„ niſi quod juxta doctrinam Innocentii IV.
„ præceptiones Apoſtolicæ, de notorio peri-
„ culo ſalutis æternæ vel corporalis aut tur-
„ bationis vel decolorationis ſtatus univerſa-
„ lis Eccleſiæ, & unde multa ventura eſſent,
„ audiri quidem poſſunt, ſicut à domino di-
„ cta, ſed non impleri vel admitti. Quini-
„ mo poſſunt & debent declinari & ab il-
„ lis provocari; qualis nobis eſt hæc præce-
„ ptio comparitionis perſonalis in urbe quæ
„ notorie nobis inducere vitæ periculum & ti-
„ morem juſtiſſimum in quoſcumque con-
„ ſtantiſſimos viros cadentem, quibuſcumque
„ ſalvis conductibus aſſocietur, juxta experta
„ ſuperiorum, & prout notorium eſt. Plures
„ ſane reverendiſſimi Domini Cardinales &
„ etiam Sanctiſſimus Dominus noſter in mi-
„ noribus multo tempore fuerunt abſentes,
„ forte minoribus de cauſis quam nos, nec ſi-
„ mile aliquid factum eſt contra eos, ſed nos
„ de bono opere gravius lapidamur: & iſte
„ aſſenſus dominationum ſuarum reverendiſ-
„ ſimarum, ſi libere præſtitus eſt, maxime
„ apud Deum & homines dolentes nos reddit,
„ quia aliquis noſtrum alio tempore num-
„ quam ſimile patrari conſenſit contra reve-
„ rendiſſimos dominos nunc in Rom. Curia
„ reſidentes, & tunc abſentes.

Item

Item ſignificabitis, quod nos pro maximis & neceſſariis cauſis ſecuritates vitæ & libertatis noſtræ ac reformatione Eccleſiæ ex Florentia diſceſſimus, non ut malum aliquod, ſed grande bonum Eccleſiæ afferremus, quod per noſtros Commiſſarios ex Florentia Sanctiſſimo D. N. & dominationibus ſuis reverendiſſimis apud Bononiam tunc reſidentibus ſignificavimus, qui Commiſſarii vel auditi non fuerunt vel territi, & re infecta male expediti ſine reſponſo receſſerunt. Nec unquam integre pauca per aliquos ex noſtris petita pro ſecuritate reſidentiæ noſtræ obtineri potuerunt.

Item ſignificabitis, nos cum multorum ſapientum conſilio pro certo tenere indictionem Concilii Piſani per nos & Principes factam ex præcepto univerſalis Eccleſiæ, voto & juramento S. D. N, & noſtro, ad veritatem non ad blanditionem intellectus, & pro ſcandalis Eccleſiæ ſedandis, & ex præterita notoria tam longa inexcuſabilique negligentia, & textu Euangelii *Dic Eccleſiæ*, juxta Synodalem interpretationem intellecto, juſtiſſimam fuiſſe & eſſe, & juriſdictionem convocandi Synodum fuiſſe & eſſe hac vice juris miniſterio devolutam ad indictores Piſani Concilii quod Principes viribus omnibus proſequi intendebant, & nunc certe proſequentur.

Nos tamen voluimus illis conjungi, ne Ec-

„ Eccleſiaſticæ Ariſtocratiæ in hujuſmodi in-
„ dictione Concilii per omnium negligen-
„ tiam jus periret; & ne ſpiritum per omnia
„ ſpiritualeſque mores videremur extingue-
„ re, & ſecularibus Principibus admonitio-
„ nem ſpiritualem ex toto relinquere, etiam
„ ut in concordando pacifico uno Concilio
„ partes noſtras melius poſſemus explicare. Et
„ credebamus certe Sanctiſſimum Dominum
„ noſtrum reverendiſſimos dominos aliter no-
„ bis reſponſuros quam fecerunt: cum noſtri
„ nos officii memores Sanctitatem ejus &
„ Cardinalium Dominationes reverendiſſi-
„ mas (ſicut Petrum Paulus de obſervatione
„ Concilii Hieroſolymitani admouerat) roga-
„ verimus: quam admonitionem libenter Pe-
„ trus admiſit, imo illas Pauli Epiſtolas in qui-
„ bus hoc contineri ſciebat, Paulumque ſuis
„ Epiſtolis canonicis commendavit. Nobis
„ tamen cum omni exprobratione reſponde-
„ tur non ſecus ac ſi jam Pontificem, quod
„ abſit, ſuſpenderimus. Illis enim verbis re-
„ ſponſiones illæ & etiam monitiones cum
„ eiſdem terminis componuntur quibus Eu-
„ genius IV. reſpondit Patribus Baſileæ poſt
„ ſententiam ſuæ privationis, & electionem
„ Fœlicis. Nos tamen nihil tale hactenus co-
„ gitavimus, ſed ſimpliciter de Concilio te-
„ nendo admonuimus. Quia tamen videmus
„ ex prima & ſimplici hujuſmodi noſtra ad-
„ monitione Concilii, plurimum commoveri
San-

Sanctiſſimum D. N. (quod certe non deberet) nos enim nullo Eccleſiam aut ſanctitatem ejus damno proſequi intendimus, quinimo unitatem, libertatem, & ſpiritualitatem, ac utilitatem & conſervationem jurium Eccleſiæ cum bona Sanctitatis ejus & ſacri Collegii gratia procuravimus & procuramus pro magna in ejus Sanctitatem veneratione & reverendiſſimos dominos obſervantia (præſertim hac charitate perſpecta quam erga nos dominationes ſuæ reverendiſſimæ cum paternitate veſtra oſtenderunt) & propter juſtificationem majorem noſtram, ad veſtram quoque mediationem attendentes, in Piſano Concilio in rebus tangentibus S. D. N. & Ro. Curiam ad aliquod tempus temperabimus, dummodo ipſe dominus noſter medio Sacri Collegii omnes has præceptiones perſonalis comparitionis & noſtræ ceſſationis auferat, vel ad minus ſuſpendat uſque ad tempus quo de loco tuto & neutrali Oecumenici Concilii cum ipſo S. D. N. & omnibus quos iſta tangit materia, in brevi cum bona reſolutione conſulatur. Locus enim Urbis Romæ in hac rerum occurrentia liber & tutus non eſt, nobis ſignantur & aliis oratoribus Principum nationibus, qui hujuſmodi indictionibus promotores extiterunt, tam propter arces quam propter gentes & Capitaneos aſſuetos libertatem Cardinalium & aliorum Præ-

videlicet Piſanum, Conſtantienſe, Senen- "
ſe, Baſileenſe, & Florentinum, * multis "
tamen impedimentis & cavillationibus in "
illis procuratis, Eccleſia cum effectu refor- "
mata non fuit: & omni die ager dominicus "
ſpinis & tribulis obſitus, in immenſum ex- "
crevit, adeo ut oporteat illum neceſſario "
per Concilium purgari. Si enim cum hac "
duplici indictione Concilii, nullus effectus "
liberi & generalis Concilii ad bonum Ec- "
cleſiæ [ad minus de reformationibus, pace, "
& bello futuris] ſequeretur; populus Chri- "
ſtianus nos omnes deceptores crederet, & "
mirum in modum ſeculares Principes con- "
tra omnes nos inſurgerent. Hæc ergo eſt via "
pacis Eccleſiæ & honoris S. D. N. & Sacri "
Collegii, & noſtri, quam nos libenter of- "
ferimus & datam amplectemur, & cum aliis "
Principibus & dominis illum tractare (mo- "
do ſanctiſſimus Dominus noſter & reveren- "
diſſimi domini idem effectualiter ſentiant, "
& quæ his dicuntur adimpleantur) pro viri- "
bus pollicemur. "

Nihilominus tamen, per hanc ſedulam "
noſtram ad majorem cautelam de non tuto "
acceſſu noſtro & nimia brevitate temporis "
ac ejus cauſis notoriis, quantum de jure poſ- "
ſumus & debemus proteſtamur & provoca- "
mus, & de nullitate aut injuſtitia dictarum "
præceptionum, (præcedente noſtra indi- "
ctione, "

* Nota quibus modis Eccleſiæ reformatio impedita fuerit.

„ ctione, & aliis provocationibus legalibus
„ quas pro repetitis habemus & quas diverſis
„ locis & temporibus fecimus & nunc faci-
„ mus) reclamamus in his ſcriptis.
„ Reliqua prudentiæ veſtræ relinquentur
„ & Domino Joan. Baptiſtæ de Theodoricis
„ Doctori, ac Franciſco de Treio Commiſſa-
„ riis noſtris, quos ad conſpectum prædicto-
„ rum Reverendiſſ. D. Cardinalium ſimul vo-
„ biſcum vel cum Secretario veſtro & noſtris
„ reſponſis tranſmittimus, ut intellecto re-
„ ſponſeo, juſdem Collegii ſecundum illud
„ nos dirigamus. Datum in Burgo Sancti Don-
„ nini nullius diœceſis die XI. menſis Septem-
„ bris, anno à Nativitate Domini M.D.XI.
„ Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Pa-
„ pæ Julii II. anno octavo.

B. Cardinalis Sanctæ Crucis. G. Card. Narbonenſ. F. Card. Cuſentinus, Sigillum ſanctæ Crucis, Sigillum Narbonenſ. Sigillum Cuſentini.

Copia Mandati D. Johan. Baptiſtæ de Thedoricis & Franciſco de Treio Romam proficiſcentibus à reverendiſſimis Dominis Cardinalibus in Inſubria pro bono Eccleſiæ congregatis traditi.

„ IN nomine Domini Amen. Per hoc præ-
„ ſens publicum inſtrumentum cunctis pa-
„ teat evidenter & ſit notum, quod anno à Na-
„ tivitate ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti
M.D.XI.

Digitized by Google

M.D.XI.IndictioneXV. die vero XII. men- “
ſis Sept. Pontificatus Sanctiſſimi in Chri- “
ſto Patris ac Domini noſtri Domini Julii Di- “
vina providentia Papæ II. anno VIII. In mei “
Notarii publici & teſtium infra ſcriptorum “
ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogotarum “
præſentia perſonaliter conſtituti, Reve- “
rendiſſimi in Chriſto Patres ac Domini D. “
Bernardinus Sabinenſ. Guliel. Præneſtinus “
Epiſcopi, & F. tt. Sanctorum Nerei & Ar- “
chillei presbyter, S.R.E. Cardinales prin- “
cipales & principaliter pro ſeipſis (citra ta- “
men revocationem quorumcumque procu- “
ratorum ſuorum per eos quomodolibet ha- “
ctenus conſtitutorum) omnibus melioribus “
modo, via, jure, cauſa, & formâ quibus “
magis & melius potuerunt & debuerunt, fe- “
cerunt, conſtituerunt & ſolenniter ordina- “
runt ſuos veros, certos, & indubitatos Pro- “
curatores, factores, actores, & negotio- “
rum ſuorum infraſcriptorum geſtores ac “
nuncios ſpeciales & generales (ita tamen “
quod ſpecialitas generalitati non deroget, “
nec è contra, & quod unus incœperit alter “
mediare, terminare, & finire poſſit & va- “
leat) & quemlibet eorum in ſolidum, vide- “
licet egregios viros D. Joan. Baptiſtam de “
Theodoricis medicum civem Rom. & Fran- “
ciſcum de Treio Clericum Placentinum “
præſentes, & onus procurationis hujuſmo- “
di in ſe ſponte ſuſcipientes, ad ipſorum R.D. “

„ Cardinalium conſtituentium nomine, &
„ pro eis coram S. D. N. Julio Papa ſecundo,
„ aut ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-
„ nalium collegio & eorum quolibet de per ſe:
„ ac coram quocunque alio judice ſeu Com-
„ miſſario Eccleſiaſtico vel ſeculari dato ſeu
„ dando, & quacunque alia perſona quavis
„ dignitate & facultate munita comparendum
„ & excuſandum eos, ac proteſtandum de
„ non tuto eorum acceſſu pro nunc ad Rom.
„ Curam ex cauſis evidentiſſimis ac notoriis,
„ & à præcepto comparitionis perſonalis ſeu
„ ceſſationis à Concilio, provocandum ſeu
„ ſupplicandum ad eundem S. D. N. melius
„ informandum, & Sacrum Collegium R.D.
„ Cardinalium conſilia, juxta vota & jura-
„ menta conclavis per ballotas in ſimilibus
„ cauſis dare debentium: & ad eum vel ad
„ eos ad quos de jure melius poſſunt & de-
„ bent, & cum inſtantia rogandum & procu-
„ randum, ut hujuſmodi præcepta compari-
„ tionis perſonalis in Urbe & dictæ ceſſationis
„ à proſecutione Concilii pro bono ac pace &
„ Reformatione univerſalis Eccleſiæ tollan-
„ tur aut ſuſpendantur uſque ad tempus unius
„ neutralis & pacifici loci pro Conſilio Oecu-
„ menico celebrando deſignandi & commu-
„ niter acceptandi, necnon ad tractandum de
„ ipſo loco (ipſis tamen conſtituentibus reſer-
„ vata concluſione) & quidquid circa hujuſ-
„ modi ſuſpenſionem quacumque via facere
ipſimet

Digitized by Google

ipſimet Cardinales poſſent & deberent, omne id dictis Commiſſariis & procuratoribus committunt & concedunt atque mandant. In quorum omnium & ſingulorum fidem præſentes litteras inſtrumentum publicum in ſe continentes fieri fecerunt, & per me infraſcriptum Notarium ſubſcribi & ſignari juſſerunt. Actum in Burgo Sancti Donnini nullius diæc. anno, die, menſe, Indictione, Pontificatu, quibus ibidem Domino Martio Ahnaleu Clerico Cæſar-Auguſtenſ. Dio. & Gundiſalvo de Montalvo Clerico Salamantium Dio. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Ego Paulus de Citadinis Civis & Clericus Mediolanen. I. V. D. & Apoſtolica Imperialique actoritate Notarius de præſenti inſtrumento procuræ rogatus fui: eaque die fieri, vidi & audivi ac in notam ſumpſi. Ideo hoc præſens publicum inſtrumentum manu alterius fideliter ſcriptum ſubſcripſi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum requiſitus.

Acceſſus Procuratorum ad Urbem & tradita ab Sacro Collegio eiſdem reſponſio.

II. ANtedicti vero Procuratores Romam accedentes S. D. N. & Sacro reverendiſſimorum Cardinalium Collegio, nomine prælibatorum reverendiſſimorum Cardina-

„ dinalium Sacri Piſani Concilii Indictorum,
„ omnimodam concordiam, unionem & obe-
„ dientiam ampliſſime obtulerunt (dum ta-
„ men de loco communi, neutrali & ſecuro
„ pro generali celebrando Concilio ageretur)
„ quoniam abſque ipſius celebratu, juxta ſe-
„ mel omnipotenti Domino una cum Ipſo
„ Pontifice emiſſa vota in conclavi & exhibi-
„ ta juramenta Catholicæque Eccleſiæ præ-
„ ceptum & evidentiſſimam neceſſitatem, ad
„ Pontificis mentem reduci cum ſerenitate
„ conſcientiæ nullo modo poterant. Romana
„ enim urbs eiſdem & complurimis aliis ſu-
„ ſpectiſſima habetur. Verum ab eodem Do-
„ mino noſtro tam humilibus propoſitione &
„ oblatione rejectis, eiſdem procuratoribus
„ ab Sacro Reverendiſſimorum Cardinalium
„ Collegio reſponſum eſt, nihil aliud potuiſſe
„ in fulminato proceſſu indicti Concilii occa-
„ ſione ipſorum & interventu ab ipſo Ponti-
„ fice maximo obtineri, niſi ſupra aſſignatum
„ terminum octo dierum dilationem: roga-
„ bantque ut à dicto Concilio celebrando ipſi
„ reverendiſſimi indictores omnino deſiſte-
„ rent. Eam ob cauſam prælibati reverendiſſ.
„ Domini Cardinales Sacri Concilii indicto-
„ res operæ pretium exiſtimantes magis obe-
„ dire Deo quam hominibus, ad Sanctum Sy-
„ nodale eis ab eodem altiſſimo inſpiratum, à
„ Divinoque & humano jure demandatum o-
„ pus exequendum ſe accinxere, & priuſ-
quam

quam è Sancti Donnini burgo Piſas pergerent, communicato Conſilio paſſim divulgatis ſanctiſſimi domini noſtri contra ipſum Sacroſanctum Piſanum Concilium literis per viam Apologiæ ſapienter & copioſe reſponderunt.

Acta & Decreta Sacroſanctæ ſecundæ generalis Piſanæ Synodi: prout per Protonotarios & Notarios ſummarie ſcripta reperiuntur.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Anno à Nativitate ejuſdem M.D. XI. Indictione XV. die Sabbathi prima menſis Novembris, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Julii divina providentia Papæ II. anno VIII. inchoatum eſt Sacrum Piſanum Concilium ſecundum.

SAne eo anno à nonullis reverendiſſimis religioſiſſimiſque dominis Cardinalibus ob Eccleſiaſtica præcepta, ob una cum præfato Pontifice maximo emiſſa vota & præſtita juramenta, ob denique ſummam & evidentem deformationem & Eccleſiæ neceſſitatem Sereniſſimo Domino Maximiliano electo Rom. Imperatore ſemper Auguſto: & Chriſtianiſſimo Francorum Rege Domino Ludovico requirentibus ad Piſanam civitatem Calend. Septemb. congregandi Oecumenici Concilii die Veneris XVI. Maii Mediolani eſt promulgata indi-

„ ctio. Cum vero legitimis urgentioribuſque
„ cauſis præpediti cogerentur prælibati Do-
„ mini Cardinales Piſas protelare acceſſum,
„ ſpeciales eo nuncios &procuratores deſtina-
„ runtReverendos patresDominosZacharium
„ FerreriumAbbatem Subaſienſ. divini & hu-
„ mani juris Doct. Antonium de Andræa A-
„ poſtol. Protonotarium, & Jacobum Galand
„ Locharum Archipresbyterum religione &
„ providentia inſignes viros, qui eorumdem
„ vice ſtatuto termino comparerent, oppor-
„ tuna Synodo præpararent, adventanteſque
„ Conciliares Patres grate & ſtudioſe collige-
„ rent. Die Jovis demum XXX. Octobris
„ inchoandi ejus Concilii gratia ingreſſi ſunt
„ Piſas Reverendiſſimi in Chriſto patres do-
„ mini BernardinusCarvaïal Epiſcopus Sabin.
„ S. R. E. Cardinalis Sanctæ CrucisPatriarcha
„ Hieroſolymitanus,& Guillelmus Biſſonetus
„ Epiſcopus Præneſtinus S. R. E. Card. Nar-
„ bonenſis,& Renatus de Prie. S. R. E.tt.San-
„ ctæSabinæ presbyter Cardinalis Baiocenſ.&
„ Amanæus Sancti Nicolai in carcere Tullia-
„ no. S. R. E. Diaconus Cardinalis de Albreto
„ cum mandatis ad hoc procuratoriis aliquo-
„ rum Reverendiſſimorum Cardinalium ab-
„ ſentium,videlicet Reverendiſſimi inChriſto
„ patris Domini Philippi de Lucemburgo E-
„ piſcopiTuſculaniCardinalis Cænomanenſis,
„ & Reverendiſſimi in Chriſto patris Domini
„ Franciſci Borgia titulo Sanctorum Nerei &
Ar-

Archilei Presbyteri Cardinalis Cuſentini, ac Reverendiſſimi in Chriſto patris Domini Federici Sancti Angeli Diaconi Cardinalis Sanſeverini: Item & nonnulli reverendi Domini Prælati, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, videlicet Domini Franciſcus de Rohano Archiepiſcopus Lugdunenſis & Galliarum Primas: Triſtandus Salazar, Archiepiſcopus Senonenſis: Guillelmus Briſſonetus Lodovenſ. Joannes de Veſee Agatenſ. Petrus de Saſſierges Lucionenſ. Franciſcus de Stagno Ruthenenſ. Guillelmus Pelœni Magalonenſ. Joannes de Venur Lexiovienſis, Franciſcus Halimite Ambianenſis, Joannes de Popeto Cabilonenſis, Antonius de Stagno Engoliſmenſ. Dionyſius Briſſonetus Tholonenſ. Petrus Raymundus de Guercio Electenſ. Ludovicus Hebert Abrincenſ. Claudius de Longovico Matiſconenſ. Focaldus de Bonavalle Lemovicenſ. Epiſcopi: Jacobus de Ponteſciſſo Ciſtercienſis Generalis, Petrus Gouffier ſancti Dionyſii in Francia, Joannes Oliverius ſancti Medardi Sueſſionenſ. Zacharias Ferrerius Subaſienſ. Jacobus de Bachimont ſancti Evodii de Arana Præmonſtratenſ. Abbates: Philippus, Decius Hieronymus Buticella, Franciſcus Bultraſius, & Amuroſius Zancha Doctores juris & Chriſtianiſſimi Francorum Regis ad dictam Piſanam Synodum deſtinati Procuratores: Gotofredus

„ Bouſſard Concellarius Pariſienſis, Guillel-
„ mus de Quercu, Martialis Gallicerus Ar-
„ chidiaconus Meldenſis, Simon Jaqueti
„ Magiſtri & Doctores, Oratores, & Pro-
„ curatores almæ Univerſitatis Pariſienſis.
„ Joannes de Fraxino J. utriuſque Doctor,
„ Archidiaconus Tholoſanus & Orator ac
„ Procurator Tholoſanæ Univerſitatis: Nico-
„ laus Chalmot utriuſque juris Doctor, Orator
„ & Vicecancellarius Univerſitatis Pictavien-
„ ſis. Joannes de Rebiaco Decretorum Doctor
„ Vicarius & Procurator Abbatis & totius
„ Cluniacenſis ordinis. Nicolaus Clerici, An-
„ tonius Seurre, & Robertus de Orto Theo-
„ logiæ Doctores Pariſienſes. Nicolaus de
„ Noſſay Archidiaconus Lexovienſis utriuſ-
„ que juris Doctor, aliique divinarum & hu-
„ manarum rerum viri peritiſſimi in copioſo
„ numero, qui ſuis & principalium ſuorum
„ ac aliorum eiſdem adhærentium ſeu adhæ-
„ rere volentium nominibus, omnibus modo,
„ jure & forma quibus melius potuerunt &
„ debuerunt in domino congregati, pro fœ-
„ lici exordio dicti ſacri & Oecumenici Con-
„ cilii in die feſto omnium Sanctorum in divi
„ Archangeli Michaëlis templo ordinis Ca-
„ maldulenſis, ubi Reverendiſſ. D. Cardi-
„ nalis Sanctæ Crucis hoſpitabatur, divina
„ celebrari ſtatuerunt; ibique pro extirpa-
„ tione hæreſeum, ſchiſmatum, & errorum,
„ reformationeque Univerſalis Eccleſiæ, ac

pace

pace fidelium, belloque contra infideles diſponendo pro recuperatione quoque Patriarchalium quatuor Eccleſiarum promovenda (juxta Eccleſiæ præcepta, votaque & juramenta præfata, ingentemque ac imminentem Concilii neceſſitatem) ipſam Sacroſanctam Piſanam Univerſalem Synodum ad laudem ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ſolenniter inchoarunt.

Modus ſervatus in initio Sancti Piſani Concilii ſecundi.

OB ipſum autem omnium Sanctorum diem feſtum divina diſpenſatione tunc occurrentem, ut quando incipiebant Patres ſanctificare militantis Eccleſiæ membra, memoriam triumphantis recolerent concionis, illique tantum operis commiſſum exhiberent, quod & in initio Conſtantienſis Synodi legitur divina providentia contigiſſe: Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus, Reverendis Archipieſcopis Abbatibus, Prælatis, aliiſque Procuratoribus, Religioſiſque & ſecularibus viris in copioſo numero devote aſtantibus, Reverendiſſimus in Chriſto pater Dominus Dominus Denatus de Prie tt. ſanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis Bajocenſis de eodem die Miſſarum ſolennia celebravit, prælibatuſque reverendus pater Dominus Zacharias Abbas Subaſienſis divini &

„ humani juris Doctor inter ipſa Miſſarum ſo-
„ lennia aſſumpto themata, *Beati qui eſuriunt &*
„ *ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur*. Mat.
„ 5. de materia Generalis Concilii ad ipſam
„ Sacroſanctam Synodum ſermonem habuit,
„ inquo omne ſancti operis initium graviſſimis
„ ſemper difficultatibus variiſque impugna-
„ tionibus concuti neceſſe fore, omneſque
„ qui pie in Chriſto vivere ſatagunt, juxta
„ Apoſtoli dicta, perſecutiones perpeti ma-
„ nifeſſimis rationibus diviniſque auctoritati-
„ bus demonſtravit: Inter cætera proponebat
„ Chriſtianæ Religionis ortum à paucis pro-
„ ceſſiſſe, à multis (præſertim à ſacerdotibus
„ & mundi potentatibus) adverſa pertuliſſe,
„ tantoque majori cremento ad inſtar palmæ
„ ſurrexiſſe, & tanquam parvum lapidem in
„ montem magnum evaſiſſe: quanto majora
„ expertus eſt bellorum certamina. Idemque
„ antiquis Conciliis Univerſalibus quæ ad
„ Eccleſiæ Reformationem ſunt introducta
„ ſemper accidiſſe exploratum iri comme-
„ morabat, ut tanquam aurum in fornace
„ probarentur, & eſſent uti argentum exa-
„ minatum & purgatum ſeptuplum. Sicque
„ omnes octo beatitudines quæ in eodem
„ Euangelio recitantur, ad ejuſdem ſacri
„ Concilii indictores reducens, ſermonem
„ in eis concluſit verbis: *Gaudete & exultate*,
„ *quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis*, Ex-
„ pletis divinis, productæ ſunt literæ edicti
con-

convocationis ipſius ſacri Concilii, à Reverendiſſimis Cardinalibus alias emanatæ. Convocatæ quoque ſunt relationes, executiones, proteſtationes, & appellationes per publica inſtrumenta, ad juſtificationem indictionis & convocationis præfati ſacri Concilii Piſani. His autem, ut præmittitur, exactis, Reverendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Franciſcus de Rohano Archiepiſcopus Lugdunenſis in eminenti ſuggeſto reſidens; alta & intelligibili voce legit ſchedulam intimationis primæ futuræ Seſſionis in hæc verba.

Schedula intimationis primæ Seſſionis.

AD laudem Omnipotentis Dei, exaltationemque Catholicæ fidei, tranquillitatem & pacem Chriſtianæ religionis, reformationemque Univerſalis Eccleſiæ Sanctæ Dei, de mandato Patrum Sacro-ſanctæ hujus Piſanæ Synodi, intimatur omnibus & ſingulis ipſi ſacro Concilio intereſſe debentibus, quod die Mercurii proxime futuri, qui erit quintus ipſius menſis Novembris hora tertiarum, in Cathedrali Piſana Eccleſia celebrabitur prima ſeſſio generalis iſtius ſanctæ Synodi. Quare debentes comparere, niſi legitimo impediti, ſub pœnis juris compareant. Datum Piſis die Sabbathi prima Novembris, anno à Nativitate Domini M.D.XI. indictione XV. Pontificatus San-

ctis

Digitized by Google

„ ctiſſimi in Chriſto Patris Domini Julii Papæ „ II. anno octavo, ſub ſigillis quatuor Cardi- „ nalium quibus nunc Synodus pro ſuo ſigillo „ utitur. Præſens vero ſchedula poſtea affixa „ fuit valvis dicti templi ſancti Michaëlis.

„ Hæc autem geſta ſunt in præſentia Illu- „ ſtriſſ. Dom. Odeti de Fuxo, Dom. de Lau- „ trech, pro Sereniſſ. Dom. Ludovico Franc. „ Rege Chriſt. locum tenentis, & magnifico- „ rum Dominorum Philippi Decii, Franciſci „ Pultraſii, Ambroſii Zanchæ Juriſconſulto- „ rum, ejuſdemque Chriſt. Regis in eodem „ Concilio Procuratorum, nobiliumque ac „ ſtrenuorum equeſtris ordinis virorum Jaco- „ bi de Colindi Pariſienſis Præpoſiti, Antonii „ de Foyeta aliorumque plurimorum domi- „ norum: de & ſuper quibus omnibus & ſin- „ gulis ſupraſcriptis Joannes Ambroſius Bul- „ traſius juris utriuſque Doctor præpoſitus „ Sancti Salvatoris de Berzanore Mediola- „ nenſis diœceſ. ipſius ſacri Concilii Fiſcalis „ Procurator, alta & intelligibili voce per Pro- „ tonotarios & Notarios petiit & rogavit fieri „ publicum inſtrumentum, ſeu inſtrumenta „ ad perpetuam rei memoriam.

PRIMA SESSIO.

„ IN nomine Sanctæ & individuæ Trinita- „ tis Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Amen. „ Die Mercurii quinta, menſis Novembr. „ Anno, Indictione & Pontificatu quibus ſu-

pra

Digitized by Google

pra, hora tertiarum, pro prima Seſſione “
aſſignata & per ſuperius poſitam ſchedulam “
intimata, ut per Dominum Paulum de Ci- “
tadinis juris utriuſque Doctorem expreſſius “
conſtat, Reverendiſſimi in Chriſto Patres “
Domini Cardinales, & Reverendi Domini “
Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Præ- “
lati, Regiique ac Prælatorum ac Univerſi- “
tatum Procuratores antedicti, in Sacroſan- “
cta Piſana Synodo memorata congregati, in “
cathedrali dictæ civitatis Eccleſiæ ad infra- “
ſcripta concorditer convenerunt. Ibique “
per Reverendiſſimum in Chriſto patrem ac “
Dominum Dominum Bernardinum Car- “
vaïal Epiſcopum Sabinenſem S. R. E. Car- “
dinalem Sanctæ Crucis, Patriarcham Jero- “
ſolymitanum celebrata Miſſa ſolenni de Spi- “
ritu Sancto, cantatiſque letaniis, & præmiſ- “
ſis aliis devotis Orationibus, prout in ordi- “
natione ſacri Conſtantienſis Concilii, Seſſio- “
ne ultima, continetur, pronunciato quoque “
Euangelio: *Vos eſtis ſal terræ.* Math. 5. quod “
in Officio Confeſſoris Pontificis legi conſue- “
vit, ſedentibus omnibus præfatis Reveren- “
diſſimis Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epi- “
ſcopis, Abbatibus in Pontificalibus indu- “
mentis, habitus eſt ſermo per eundem Re- “
verendiſſimum Dominum Cardinalem San- “
ctæ Crucis celebrantem, aſſumpto thema- “
te: *Deus qui glorificatur in Concilio Sanctorum* “
magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu “
ejus

„ *ejus ſunt.* Pſal. 88. à quo expoſitum eſt eum-
„ dem verſiculum, omnes cauſas, ſubſtantiam
„ & definitionem Generalium Conciliorum
„ in ſe divinitus continere: efficientem vide-
„ licet, quum dicit *Deus*: finalem, cum dicit
„ *glorificatur*: formalem, cum dicit *in Concilio*
„ *Sanctorum*: materialem & objectivam in ver-
„ bis *magnus & terribilis*: ut ſit magnus in vir-
„ tutibus, pace & Reformatione; quas me-
„ diante Synodo inducit: terribilis in expur-
„ gatione hæreſeum & errorum, in ultione
„ criminum & ſcandalorum, in infidelium
„ profligatione, quæ per Synodos & Genera-
„ lia Concilia ipſe Summus opifex mirifice
„ operatur. Hæc enim ſunt & eſſe debent far-
„ rago, materia & objectum cujuſlibet Oecu-
„ menici Concilii. Tangebatur etiam pro-
„ prietas Concilii quæ eſt veritas infallibilis
„ ſententiarum in fide & neceſſariis humanæ
„ ſaluti, ibi *circuitu ejus*. Quod & ſequens ver-
„ ſus magis explicat dicens: *Et veritas tua in*
„ *circuitu tuo.* Exhortatus eſt omnes Conci-
„ liares patres ad mentis munditiam & carnis
„ continentiam, ad aſſiduas Orationes, ad di-
„ vinum cultum propenſius exolvendum: ad
„ inſiſtendumque doctrinæ & meditationi
„ ſuper his, quæ fidem, pacem & mores Ec-
„ cleſiæ concernunt. Admonuit quoque Præ-
„ latos omnes & Sacerdotes ad Miſſarum fre-
„ quentem celebrationem, cæteroſque uni-
„ verſos qui Chriſti nomine cenſentur, ut ad
obti-

Digitized by Google

obtinendam optatam tantæ rei conſumma- “
tionem jejuniis, eleemoſynis, aliiſque piis “
operibus diligenter inſiſterent, quatenus ex “
eorumdem devoto affectu, veraque animi “
humilitate placatus omnipotens author, “
fœlicem exitum huic ſanctæ congregationi “
concedere dignaretur. Obſecravit inſuper “
omnes in Domino ad manſuetudinem, pa- “
cem, & concordiam ſervandam. Finito au- “
tem ſermone cantatoque Hymno: *Veni crea-* “
tor Spiritus, ab omnibus Prælatis, reveren- “
dus in Chriſto Pater Dominus Guilelmus “
Lodovenſ. Epiſcopus, ex mandato Patrum “
eminentem umbonem conſcendit, altaque “
& intelligibili voce diſtincte & aperte pro- “
nunciavit infraſcripta decreta, Canones, ſeu “
conſtitutiones ad perpetuam rei memo- “
riam: quorum tenor eſt talis. “

Decreta Primæ Seſſionis Sacroſanctæ Piſanæ Synodi.

SAcroſancta Generalis Synodus Piſana ad “
Reformationem Catholicæ Eccleſiæ “
tam in Capite quam in membris, pacem o- “
mnium Chriſtianorum, bellum contra in- “
fideles aſſumendum, extinguendaque ſchi- “
ſmata, hæreſes & errores, in Spiritu Sancto “
legitime congregata, Univerſalem Eccle- “
ſiam repræſentans, omnibus modo, via, & “
forma, quibus melius potuit & poteſt, de- “
cernit, ordinat, definit & declarat infra- “
ſcripta.

Primo

Digitized by Google

„ Primo indictionem præſentis Concilii
„ Piſani, literaſque & ſchedulas de ipſius con-
„ vocatione ob generalis Reformationis Ec-
„ cleſiæ Dei tam in capite quam in membris
„ evidentiſſimam neceſſitatem, & alias cauſas
„ eis contentas rite & recte ac legitime pro-
„ ceſſiſſe: ipſamque civitatem Piſarum ad
„ ipſum ſacrum Concilium celebrandum plu-
„ rimis ex cauſis legitime fore delectam, com-
„ modam, & aptam, niſi poſtquam Piſas ad-
„ venerunt Patres (ob Romanæ propinquita-
„ tem urbis) cœperunt non ab re ſuſpicari ab
„ his qui ſacro Concilio non favent (potiſſi-
„ mumque rem Conciliarem præ omnibus tu-
„ tari tenerentur) extrinſece perturbationis
„ moleſtias excitari, ſuppletque hæc ſancta
„ Synodus & certa ſcientia & juris auctoritate
„ omnem defectum, ſi quis forte in prædictis
„ fuiſſe aut eſſe videatur.

„ Decernit quoque & declarat omnia & ſin-
„ gula tam per Sanctiſſimum Dominum Pa-
„ pam quam per alios quoſvis prætextu con-
„ vocationis dicti Concilii dependentiumque
„ & connexorum facta, ordinata, attentata,
„ & attentanda, ſive per interdicta aliaſve
„ cenſuras & privationes vel inhabilitationes
„ etiam Conſiſtoriales, de perſonis Reveren-
„ diſſimorum Dominorum Cardinalium, di-
„ gnitatibus, Eccleſiis, monaſteriis, benefi-
„ ciis, penſionibuſque, ac juribus eorumdem,
„ ſive aliter quomodocumque in præjudicium
„ dictæ

dictæ ſanctæ Synodi omniumque & ſingulorum ejuſdem indictorum, ſuppoſitorum, fautorum, auxiliatorum; & quovis modo adhærentium, ac quandocumque adhæſurorum, nulla irrita & inania fuiſſe ac fore; illiſque uti notorie nullis, irritis, & erroneis nullatenus deferendum. Nam ut Urbanus Pontifex reſcripſit, *quod Dominus, vel Apoſtoli, vel ſancti Patres ſtatuerunt, debet Romanus Pontifex ad animam uſque & ſanguinem confirmare. Alioquin non ſententiam dare ſed errare convincitur*: quæ tamen, quatenus de facto proceſſerunt, vel poſtmodum proceſſerint ex nunc, caſſat, irritat, & revocat.

Beneficiati in Concilio exiſtentes recipiant fructus beneficiorum.

LAudabilibus prætera antiquorum Conciliorum conſtitutionibus adhærendo, decretum Conſtantienſis Concilii in decima nona Seſſione ad eorum favorem qui Generalibus Conciliis vacant, editum, ad unguem ut jacet approbat, & confirmat, ac ut confirmationis vis manifeſtior fiat, decreti ipſius tenorem ſubjici juſſit de verbo ad verbum, & eſt talis.

Quum abſentes, cauſa reipublicæ Eccleſiaſticæ, perſonæ in Eccleſiis in quibus beneficiatæ ſunt præſentes merito reputentur, ideo ut omnes & ſinguli beneficiati huic ſacro Concilio præſentes, & qui ad illud pro tem-

„ tempore acceſſerint, commodius ipſi Con-
„ cilio intereſſe & in illo uſque ad finem vale-
„ ant remanere, dictum Concilium ſtatuit &
„ decernit, quod ipſi omnes & ſinguli pro re-
„ ſidentibus ſive præſentibus interim in ſuis
„ beneficiis ſint habendi: ita quod omnes & ſin-
„ gulos redditus, fructus, & proventus ſuorum
„ beneficiorum ac reſidentiæ perſona lis in ip-
„ ſis beneficiis in quibus reſidebant, aut in qui-
„ bus reſiderent ſi ejuſdem Concilii proſecu-
„ tio, ſeu intereſſentia eis non obſtaret: ac alii
„ etiam Curiales beneficiati qui de ſuis benefi-
„ ciis ad præfatum Concilium, recta via non
„ acceſſerunt, alias tamen præſentes in Curia
„ pro eodem Concilio laborarunt, etiamſi pri-
„ mam non fecerint reſidentiam perſonalem
„ conſuetam unius tantum beneficii pro quo-
„ libet eorum, vigore hujus decreti, eorum-
„ dem beneficiatorum abſentiis, de aliis ſuis
„ beneficiis, de jure & conſuetudine, privi-
„ legio aut licentia ſuorum ſuperiorum ſem-
„ per ſalvis: etiamſi Canonicatus aut præ-
„ bendæ, aut dignitates, aut perſonatus, vel
„ officia in Cathedralibus & Metropolitanis
„ majores poſt Pontificales, ſeu Collegiatis
„ Eccleſiis hujuſmodi principales fuerint,
„ durante ipſo Concilio, eiſdemque in eodem
„ Concilio perdurantibus, etiam à tempore
„ hujuſmodi itineris arrepti ad præfatum con-
„ cilium, quouſque ad eadem iſta beneficia
„ ipſo Concilio, finito commode redire po-
tue-

Digitized by Google

tuerint: aut quamdiu Curiales prædicti " in eodem Concilio laboraverint cum ea in- " tegritate percipere valeant & debeant, " cum qua illos perciperent, ſi in ſuis bene- " ficiis prædictis interim præſentialiter per- " ſonaliterque reſiderent & adminiſtrarent " ejuſdem (quotidianis diſtributionibus dun- " taxat exceptis) contrariis non obſtantibus " quibuſcumque & cum executionibus ex- " primendis in Cancellaria, ſi fuerit oppor- " tunum.

Creatur Præſidens Concilii.

QUia vero ad proſecutionem hujus ſacri " Concilii pro incumbentibus rebus re- " quiruntur principalia & minora officia, " ſtatuit & ordinat ipſa ſancta Synodus ac " decerint Reverendiſſimum in Chriſto pa- " trem & Dominum, Dominum Bernadi- " num Carvajalum Epiſcopum Sabinenſ. " Cardinalem ſanctæ Crucis, officium Præ- " ſidentiæ ipſo ſacro Concilio exercere de- " bere.

Deputatur cuſtos Concilii.

ITem quod Illuſtris Dominus Odetus de " Fuxo, Dominus de Lautrech, Officium " cuſtodiæ & gardiæ hujus ſanctæ Synodi, " quouſque aliud fuerit per Conciliares patres " & principes concorditer deliberatum velit " exercere & tenere.

Digitized by Google

Eliguntur & creantur Protonotarii ac Notarii Concilii.

„ ITem quod Domini Zacharias Ferrerius „ Abbas Subaſienſis, Opicinus de Rotariis, „ Antonius de Andræa, & Claudius Chovre „ Protonotarii Apoſtolici ſint principales ad „ ordinandum & revidendum ſcripturas & „ decreta hujus ſacræ Synodi una cum Am- „ broſio Zancha & Franſciſco Bultraſio Juriſ- „ conſultis, quibus ad dicta ſcribenda decre- „ ta deputat & aſſignat Paulum de Citadinis „ Juris utriuſque Doctorem Gentilem Ro- „ manum, & Brutum Ricium pro natione „ Italica; Sigiſmundum Pindarum pro na- „ tione Germanica; Guilelmum de Noſſay, „ & Nicolaum Chelmot, Juris utriuſque „ Doctores, Jacobum Galand Locharum „ Archipresbyterum, Joannem de Alvernia, „ Philippum Prevoſt, & Petrum Verneti „ pro natione Gallicana; Baltazarem Por- „ tellum & Villaſayas pro natione Hiſpanica „ Notarios & Tabelliones; quorum publicis „ inſtrumentis bene, ut præfertur, ordina- „ tis & reviſis ſupradicti Protonotarii & Re- „ viſores ſe ſubſcribere poſſint & debeant.

„ ITem, deputat & ordinat Advocatus „ ſacri Concilii præfatos Jureconſultos „ Dominos Philippum Decium, & Hie- „ ronymum Buticellam Papienſis Legum „ Doctores inſignes.

Item,

ITem, decernit ſeſſionarios fore in ipſa Synodo dictum Paulum de Citadinis, & Joannem de Leſquoet Decretorum Doctorem & Canonicum Coriſopitenſem. "

ITem, conſtituit hujus ſacri Concilii Promotores & fiſcales Procuratores Franciſcum Bezarillum, & Joannem Ambroſium Bultraſium juris utriuſque Doctores, declaratque hæc ſancta Synodus alios officiales in dictis & aliis officiis, prout expediens fuerit, in generalibus congregationibus & publicis ſeſſionibus futuris ſe fore ordinaturam & promulgaturam. "

PUblicatis decretis prælibatus Dominus Zacharias Abbas Subaſienſis ex patrum mandato interrogavit omnes & ſingulos Synodi Patres, utrum omnia & ſingula in dicta ſchedula contenta placerent, qui nemine diſcrepante reſponderunt, *placet*. His actis, intonante Reverendiſſimo Domino Præſidente, cantores modulati ſunt uſque in finem, *Te Deum laudamus*. "

PRomotores vero & fiſcales Procuratores antedicti, accuſarunt contumaciam vocatorum & aliquandiu expectatorum ad ipſum ſacrum Concilium non venientium ſtatuto, termino ac legitimis ex cauſis continuato, quatenuſque continuari poterit, commode veniendo juxta aliorum formam Conciliorum (præſertim attentis inſtrumentis prote-

„ teſtationum impedimenti, de quibus in „ actis & proceſſibus hujus Concilii latius „ conſtat) petieruntque eam admitti. Quare „ SynodalesPatres eam contumaciam admiſe-„ re quatenus de jure (ſervata tamen facultate „ admittendi quoſcunque ad ipſum ſacrum „ Concilium venientes, prout juris fuerit) „ reſervatoque jure deputandi & creandi „ alios ex ſupervenientibus neceſſarios & „ opportunos Officiales. Notificatum quo-„ que eſt per Organum prælibati Domini „ Zachariæ Abbatis Subaſienſ. ſecundam „ hujus ſacri Concilii ſeſſionem futuram die „ Veneris ſeptima die menſis Novembris.

„ PRædictis autem omnibus & ſingulis „ interfuerunt prædicti Domini Odentus „ de Fuxo, Dominus de Lautrech, & „ Procuratores præfati Chriſtianiſſimi Regis „ teſtes rogati, ſuper quibus omnibus & ſin-„ gulis Fiſcales Procuratores, & Promotores „ petierunt & rogaverunt per Protonotarios „ & Notarios ad hoc ſpecialiter deputatos „ publicum& publica inſtrumenta confici ad „ perpetuam rei memoriam.

SECUNDA SESSIO.

„ DIe Veneris ſeptima ejuſdem menſis „ Novembris fuit habita generalis & pu-„ blica Seſſio in dicta Cathedrali Piſana Ec-„ cleſia, Præſidente præfato Reverendiſſimo „ Domino Bernardino Sabinenſi Epiſcopo Car-

Digitized by Google

Cardinale ſanctæ Crucis, in qua celebrata Miſſa ſecundæ feriæ Pentecoſtes ſolenni cultu per Reverendiſſimum Patrem & Dominum Dominum Guilelmum Epiſcopum Præneſtinum Cardinalem Narbonenſem, conſedentibus, ut ſupra, in pontificalibus indumentis Reverendiſſimis Cardinalibus, Archiepiſcopis, Fpiſcopis, & Abbatibus, decantatoque de more Euangelio : *Homo quidam fecit cœnam magnam & miſit dicere invitatis, ut venirent.* Luc. 14. quod recitatur ſecundum Romanum ordinem ſecunda Dominica poſt Pentecoſtem, prælibatus Reverendus Pater Dominus Zacharias Ferrerius Abbas Subaſienſ. concionatus eſt, aſſumpto themate occurrentis tunc in Miſſa Euangelii : *Lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Joan. 3. ubi de Reformatione ſui ipſius primo in particulari, deinde de Reformatione Eccleſiæ in generali tractavit. Eo finito cantatoque conſueto Hymno de Spiritu Sancto, Reverendus Pater Jacobus Heduenſis Epiſcopus apud Florentinos Chriſtianiſſimi Francorum Regis Orator, aſcendens pulpitum pronunciavit articulos & conſtitutiones ſequentes.

DECRETA SECUNDÆ SESSIONIS.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

„ SAcroſancta Generalis Synodus Piſana in „ Spiritu Sancto legitime congregata Ge„ nerale Concilium faciens & Univerſalem „ Dei Eccleſiam repræſentans, decernit or„ dinata in Toletano Concilio, ſuper modo „ ſedendi & loquendi in ea fore obſervanda: „ Proinde Canonem ſuper hoc editum de ver„ bo ad verbum ſubjiciens approbat & confir„ mat.

Canon Toletanus de geſtu & moribus in Concilio.

„ IN loco benedictionis conſidentes Domi„ ni Sacerdotes nullus debet aut indiſcretis „ vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tu„ multibus quempiam perturbare. Nullus „ etiam vanis fabulis vel riſibus, vel quod de„ terius eſt, obſtinatis diſceptationibus tu„ multuoſas voces audeat effundere. Si quis „ enim, ut ait Apoſtolus, *putat ſe religioſum non* „ *refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum* „ *hujus vana eſt religio.* Cultum enim juſtitiæ „ perdit, cum ſilentium judicii obſtrepen„ tium perturbatio confundit, dicente Pro„ pheta: *Erit enim cultus juſtitiæ ſilentium.* De„ bet ergo quicquid conſedentium conſulta„ tionibus agitur, aut ab accuſantium parte

pro-

proponitur, ſic mitiſſima verborum relatione proferri, ut nec contentioſis vocibus ſenſus audientium conturbentur, nec judicii rigorem de tumultu enuncient. Quicumque ergo in conventu Concilii hæc quæ præmiſſa ſunt violanda crediderit, & contra hoc interdictum aut tumultu, aut contumeliis vel riſibus Concilium perturbaverit, juxta divinæ legis edictum quo præcipitur: *Ejice deriſorem & exibit cum eo jurgium*, cum omni dedecore ac confuſione abſtractus à communi cœtu recedat, & trium dierum excommunicationis ſententiam ferat.

Nulli in ſedendi aut dicendi ordine præjudicium fieri cenſeatur.

ITem, quoniam communiter contingere poteſt, quod aliqui ex conſedentibus non erunt in debitis ſedibus & dicendi ordine collocati, eodem ſacro approbante Concilio decernitur ex ſeſſione hujuſmodi & loquendi ordine, nulli Eccleſiæ, vel perſonæ præjudicium generari, juxta ſacræ Conſtantienſis Synodi ſanctionem.

Ex diſceſſu Prælatorum Concilium non cenſeatur diſſolutum.

ITem, ſtatuit & declarat hæc ſancta Synodus, quod per receſſum quorumvis Prælatorum præſenti Concilio, non cenſeatur Concilium diſſolutum, ſed remaneat

„ in ſua auctoritate & integritate, quoad
„ ejuſdemmet Concilii auctoritate diſſolva-
„ tur.

Deputantur Judices ad audiendas cauſas in Concilio.

„ ITem, conſtituit & deputat Judices ad
„ audiendum cauſas fidei, ſchiſmatis & Re-
„ formationis Univerſalis Eccleſiæ & aliarum
„ rerum ad hoc ſacrum Concilium pertinen-
„ tium Reverendos Patres Dominos Guilel-
„ mum Lodovenſ. Petrum Lucionenſ. Fran-
„ ciſcum Ruthenenſ. & Anthonium Engo-
„ liſmenſ. Epiſcopos, qui in hujuſmodi cauſis
„ per Præſidentem Concilii eiſdem delegatis,
„ & delegandis, quarum delegandarum po-
„ teſtatem hæc Sancta Synodus eidem Præ-
„ ſidenti tribuit & concedit, poſſint & valeant
„ citare, audire, & cognoſcere, teſtes reci-
„ pere, & compellere, omniaque & ſingula
„ ac opportuna uſque ad definitivam ſenten-
„ tiam excluſive facere: de quibus demum in
„ Synodo referre debeant, cujus arbitrium
„ & poteſtas ſit determinandi ac definiendi.
„ Et ut facilius dictæ cauſæ terminentur, ſta-
„ tuit ut prædicti Judices, aut duo ex eis, ad
„ minus, occurrentes, terminos tenere & ob-
„ ſervare, in iiſque ſimpliciter, ſummarie &
„ de plano abſque ſtrepitu & figura judicii
„ procedere poſſint & valeant.

Digitized by Google

Incorporati Concilio ad aliquam Curiam (etiam Romanam) in cauſis trahi non poſſunt.

ITem, juxta ſacrorum Conciliorum cenſuram ſtatuit & definit, quod nemo ex hujus Sacri Concilii incorporatis aut incorporandis, à tempore arrepti itineris ſine fraude ad illud continuati, ob quamvis cauſam, litem, quæſtionem, & controverſiam motam vel movendam, quavis occaſione ad Romanam ſeu aliam Curiam, coram quocumque ordinario vel delegato judice, extra Concilii locum, illo durante, invitus trahi ſeu vocari aut quoquo modo turbari vel inquietari poſſit: decernitque & declarat prædicta omnia & ſingula, hoc ſacro durante Concilio, pendere ac ſuſpenſa ſtare. Si quid vero in contrarium attentatum fuerit quovis modo per quemcumque quavis auctoritate, determinat irritum & inane fore: nulliuſque roboris ac momenti. Offert nihilominus hæc Sacroſancta Synodus ſeparatam conquerentibus de ejuſdem ſuppoſitis, prout ad eam pertinebit, juſtitiæ miniſtrare complementum.

Deputantur votorum ſcrutatores.

ITem deputat in generalibus congregationibus ac publicis ſeſſionibus votorum ſcrutatores dominos Zachariam Abbatem Subaſienſ. & Claudium Choure, hu-

Digitized by Google

„ hujus Sacri Concilii Protonotarios Apoſto-
„ licos.

Aſſignantur Curſores.

„ ITem deputat Gometium Garcia, Juſtum
„ Peres Hiſpanos, Jacobum Merbolth
„ Alemanum, Gobertum Barentum Lau-
„ dunenſ. Clericum, Henricum de Criſco
„ Geben. Joannem de Ruffis, & Joannem
„ Vaſconem Curſores, gratia intimandi di-
„ vina officia, deputationes generales, con-
„ gregationes, ac publicas ſeſſiones, citan-
„ dique qui fuerint citandi ad cauſas in hoc Sa-
„ cro Concilio pro tempore pendentes, atque
„ alia peragendi, quæ ad officium Curſorum
„ pertinere noſcuntur.

Ordinatur ſigillum Concilii.

„ ITem, ordinat fieri hujus Sacræ Synodi
„ Sigillum in figura emiſſionis Sancti Spi-
„ ritus in ſpeci columbæ literis in circuitu
„ exiſtentibus, Sacroſancta generalis Synodus
„ Piſana.
„ His recitatis, interrogati ſunt omnes per
„ antedictos ſcrutatores, an omnia & ſingula
„ in ipſa ſchedula contenta & promulgata pla-
„ cerent, qui nemine diſcrepante reſponde-
„ runt *Placet*. Prælibatus vero Reverendus
„ Pater Dominus Zacharias Abbas Subaſiens.
„ patrum juſſu intimavit tertiam publicam
„ ſeſſionem futuram die Veneris XIV. ſupra-
ſcri-

ſcripti menſis Novembris. Omnibus autem & ſingulis Illuſtris Dominus Odetus de Fuxo, Dominus de Lautrech, ac cæteri Procuratores Regii teſtes rogati interfuerunt, fiſcaleſque Procuratores & Promotores petierunt, atque rogaverunt per memoratos Protonotarios & Notarios de eiſdem ad futuram rei memoriam publicum & publica fieri inſtrumenta.

Seſſio anticipatur ex Cauſis Urgentibus.

DEinde, die Lunæ ejuſdem menſis in civitate Piſana habita eſt generalis congregatio Patrum in domo habitationis Reverend. D. Cardinalis de Albreto, & ibi propter neceſſarias cauſas communi conſenſu Patrum deliberatum eſt, quod ſeſſio tertia, quæ teneri debuit die Veneris XIV. Novembris anticiparetur, & teneretur die Mercurii XII. inſtantis, fuitque per ſchedulam affixam in valvis Eccleſiæ Cathedralis intimatum.

Die Mercurii XII. Novemb. anno, Indictione, & Pontificatu quibus ſupra, habita eſt generalis Seſſio in Cathedrali Piſana Eccleſia, præſidente Reverend. Domino Cardinale Sanctæ Crucis; Reverendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Cardinalis Bajocenſis celebravit de Sancto Spiritu ſolemnem Miſſam, quæ tertia feria Pentecoſtes recolitur. Dicta Letania conſuetiſque obſervatis

Digitized by Google

„ vatis ceremoniis ac pronunciato Euangelio :
” *Ecce mitto ad vos prophetas & ſapientes*. Math.
” 23. quod legitur in die feſto Divi Protomar-
” tyris Stephani, Dominus Robertus de Or-
” to Theologus Pariſienſis, aſſumpto themate
” & Euangelio Miſſæ : *Qui non intrat per o-*
” *ſtium in Ovile ovium, ſed aſcendit aliunde, ille*
” *fur eſt & latro*. Joan. 10. Sermonem edidit
” de animi ſinceritate : quam nullo habito
” perſonarum reſpectu Conciliares viri pro
” Eccleſiæ inſtauratione habere tenentur. De-
” inde Reverendus Pater Dominus Guilel-
” mus Epiſcopus Lodovenſis legit ſequentia
” Decreta.

DECRETA TERTIÆ SESSIONIS.

Quod Synodus non poſſit diſſolvi quouſque Eccleſia reformetur.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

“ SAcroſancta Generalis Synodus Piſana in
Spiritu Sancto legitime congregata Ge-
” nerale Concilium faciens, & Catholicam
” Eccleſiam repræſentans definit & declarat,
” ut ſequitur.

” Primò, quod ipſa ſancta Synodus non diſ-
” ſolvatur, nec diſſolvi poſſit quouſque Uni-
” verſalis Eccleſia in fide & moribus tam in
” capite quam in membris ſit reformata, hæ-

re-

reſeſque ac ſurgentia ſchiſmata extinguan- “
tur, & imminentia bella inter Chriſtianos “
ſopiantur. Poſſit tamen communi patrum “
conſenſu (præſertim ſi cum ſanctiſſimo do- “
mino Papa conveniant) ad locum ſecurum “
omnibus & tutum qualem minime eſſe Ur- “
bem Romam Notorium eſt, continuando “
transferri.

Synodus Generalis auctoritatem habet immediate à Chriſto.

STatuit quoque & ordinat infraſcriptos “
canones ſacri Conſtantienſis Concilii, in “
V. Seſſione editos, ut in ea jacent, ad un- “
guem obſervari debere, & eorum tenorem “
in hoc decreto inſeri, ac pro conſtantiſſi- “
ma veritate ab omnibus teneri qui ſequun- “
tur. “

Primo, quod ſacroſancta Synodus in Spi- “
ritu Sancto legitime congregata Concilium “
Generale faciens & Eccleſiam Catholicam “
repræſentans poteſtatem à Chriſto immedi- “
ate habet; Cui quilibet cujuſcunque ſtatus “
vel dignitatis (etiamſi Papalis exiſtat) obe- “
dire tenetur, in iis quæ pertinent ad fidem, “
extirpationem ſchiſmatum, & Reformatio- “
nem Eccleſiæ in capite & in membris.

Quilibet (etiam Papa) Generalium Conciliorum decretis obedire tenetur.

Item,

„ ITem, ſecundo declarat, quod quicumque cujuſcunque conditionis, ſtatus, & dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus aut præceptis hujus ſacræ Synodi & cujuſcunque alterius Generalis Concilii legitime congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus factis, vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrendo.

„ ITem, quoniam in ſecunda Seſſione per hanc Sacroſanctam Synodum eſt decretum & ordinatum; ne Prælati & alii qui ipſi Concilio intereſſe debent recedant ante finitum Concilium (niſi ex rationali cauſa per deputatos examinanda) ideo deputat ſuper cauſis diſcedere volentium Judices & Commiſſarios Reverendiſſimos in Chriſto Patres Dominos Bernardinum Sabinenſem ſanctæ Crucis ipſius Concilii Præſidentem, Guilelmum Præneſtinum Epiſcopos, Renatum Sanctæ Sabinæ Bajocenſem Presbyterum: Et Amanæum ſancti Nicolai in carcere Tulliano de Albreto Diaconum S. R. E. Cardinales: necnon Reverendos patres, Franciſcum Archiepiſcopum Lugdunenſem, & Triſtandum Archiepiſcopum Senonenſem, & Guilel. Ludovenſ. Petrum Lucionenſ. Franciſcum Ruthenenſ. & An-

to-

tonium Angoliſmen. Epiſcopos, qui Ju- "
dices & commiſſarii ipſorum volentium di- "
ſcedere cauſis diligenter inſpectis, ſic licen- "
tiam diſcedendi impartiri valeant, quod "
nullum huic ſacro Concilio ſaltem grave de- "
trimentum ex eorum diſceſſu proveniat: & "
duo ad minus de ipſorum quatuor Reveren- "
diſſ. dominorum Cardinalium, quoque de "
eorumdem ſex dominorum Prælatorum "
numero in hoc conſentiant.

Concilium ad tempus Mediolanum è Piſis tranſfertur.

III. ITem, quia ex nuperrime emerſis ac "
intellectis indieſque emergentibus "
cauſis juſtiſſimis quidem urgentiſſi- "
mis ac evidentiſſimis ab his qui præſertim "
huic ſacro Concilio favere debuiſſent ſu- "
ſcitatis, locum ipſum Concilii transferri "
oportere ſancta hæc Synodus animadver- "
tit, nec pro temporis anguſtia facile oc- "
currat quis potiſſimum locus deligendus vi- "
deatur, conſilio enim opus eſt, præcipiti- "
que ſententia tanta res minime eſt conclu- "
denda, præcipue cum ex hujus ſanctæ Sy- "
nodi communi voto ad omnem diſſentio- "
nis & ſchiſmatis materiam repellendam de- "
cretum ſit ad Sanctiſſimum Dominum Pa- "
pam Oratores mitti debere, qui de accom- "
modo omnibuſque communiter tuto ac "
idoneo loco, juxta tradenda mandata per- "

Digitized by Google

„ ITem, ſecundo declarat, quod quicum-
„ que cujuſcunque conditionis, ſtatus, &
„ dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, qui
„ mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus aut
„ præceptis hujus ſacræ Synodi & cujuſcun-
„ que alterius Generalis Concilii legitime
„ congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea per-
„ tinentibus factis, vel faciendis, obedire
„ contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit,
„ condignæ pœnitentiæ ſubjiciatur, & debi-
„ te puniatur, etiam ad alia juris ſubſidia, ſi
„ opus fuerit, recurrendo.
„ ITem, quoniam in ſecunda Seſſione per
„ hanc Sacroſanctam Synodum eſt decre-
„ tum & ordinatum; ne Prælati & alii qui
„ ipſi Concilio intereſſe debent recedant ante
„ finitum Concilium (niſi ex rationali cauſa
„ per deputatos examinanda) ideo deputat ſu-
„ per cauſis diſcedere volentium Judices &
„ Commiſſarios Reverendiſſimos in Chriſto
„ Patres Dominos Bernardinum Sabinenſem
„ ſanctæ Crucis ipſius Concilii Præſidentem,
„ Guilelmum Præneſtinum Epiſcopos, Re-
„ natum Sanctæ Sabinæ Bajocenſem Presby-
„ terum: Et Amanæum ſancti Nicolai in
„ carcere Tulliano de Albreto Diaconum S.
„ R. E. Cardinales: necnon Reverendos pa-
„ tres, Franciſcum Archiepiſcopum Lugdu-
„ nenſem, & Triſtandum Archiepiſcopum Se-
„ nonenſem, & Guilel. Ludovenſ. Petrum
„ Lucionenſ. Franciſcum Ruthenenſ. & An-

to-

tonium Angoliſmen. Epiſcopos, qui Ju- "
dices & commiſſarii ipſorum volentium di- "
ſcedere cauſis diligenter inſpectis, ſic licen- "
tiam diſcedendi impartiri valeant, quod "
nullum huic ſacro Concilio ſaltem grave de- "
trimentum ex eorum diſceſſu proveniat: & "
duo ad minus de ipſorum quatuor Reveren- "
diſſ. dominorum Cardinalium, quoque de "
eorumdem ſex dominorum Prælatorum "
numero in hoc conſentiant.

Concilium ad tempus Mediolanum è Piſis tranſfertur.

III. ITem, quia ex nuperrime emerſis ac "
intellectis indieſque emergentibus "
cauſis juſtiſſimis quidem urgentiſſi- "
mis ac evidentiſſimis ab his qui præſertim "
huic ſacro Concilio favere debuiſſent ſu- "
ſcitatis, locum ipſum Concilii transferri "
oportere ſancta hæc Synodus animadver- "
tit, nec pro temporis anguſtia facile oc- "
currat quis potiſſimum locus deligendus vi- "
deatur, conſilio enim opus eſt, præcipiti- "
que ſententia tanta res minime eſt conclu- "
denda, præcipue cum ex hujus ſanctæ Sy- "
nodi communi voto ad omnem diſſentio- "
nis & ſchiſmatis materiam repellendam de- "
cretum ſit ad Sanctiſſimum Dominum Pa- "
pam Oratores mitti debere, qui de accom- "
modo omnibuſque communiter tuto ac "
idoneo loco, juxta tradenda mandata per- "

Digitized by Google

„ tractent, ac dum ab æquo juſtoque ejus
„ Sanctitas non declinet in commiſſis con-
„ veniant & concludant, ſtatuit & decernit
„ abſque ulla ſui diſſolutione ipſam ſanctam
„ Synodum ad inclytam Mediolani civitatem
„ interim in aſſidua continuatione ad tempus
„ transferri, prout ex nunc Sancto Spiritu
„ auctore transfertur. Ubi vero tandiu per-
„ maneat, quandiu vel cum eodem Sanctiſſi-
„ mo Papa (quod utinam ſuccedat) de com-
„ muni locō concordi aſſenſu concludatur:
„ vel ſi (quod abſit ſecus) accidat, gravius
„ maturiuſque quorſum navandum ſit ab
„ ipſa ſancta Synodo definiatur. Præſentis
„ itaque decreti tenore, omnibus & ſingnlis
„ conciliaribus Patribus, membris officia-
„ libus, ac ſuppoſitis, poſt hanc expletam
„ ſeſſionem ab hac Piſana civitate diſcedendi
„ ipſa Synodus licentiam impartitur. Mandat
„ verum iiſdem, ac ſub juridicis aliiſque pœ-
„ nis ejus arbitrio infligendis diſtricte præci-
„ pit, ut omni exceptione remota curent effi-
„ ciantque intra octavam diem proximi
„ menſis Decembris, legitimis ceſſantibus
„ impedimentis, in antedicta Mediolani
„ civitate convenire. Ipſa quoque die hora xx.
„ in ædibus habitationis Reverendiſſimi Do-
„ mini Cardinalis ſanctæ Crucis ſacræ hujus
„ Synodi Præſidentis, ad tractandum, con-
„ ſulendum & concludendum quæ in quarta
„ futura ſeſſione videbuntur definienda com-

Digitized by Google

pareant. Eam vero ſeſſionem in die feſto divæ Lucæ 13. dicti menſis in cathedrali ejuſdem civitatis templo celebrandum pronunciat. Datum Piſis XII. die menſis Novembris. M.D.XI.

Interrogati mox à ſcrutatoribus omnes & ſinguli Patres, ſi prælibata decreta placerent, annuerunt. Quibus omnibus & ſingulis teſtes rogati interfuerunt, memorati Domini de Fuxo ac Regii Procuratores; Fiſcaleſque Procuratores ac Promotores petierunt & rogarunt de iiſdem ad futuram rei memoriam à Protonotariis & Notariis publicum & publica fieri inſtrumenta.

Acceſſus Patrum è Piſis Mediolanum.

PRofecti è Piſis Patres inclytam Mediolani civitatem die VII. ſupradicti menſis Decembris, præcedente Synodali cruce, ingreſſi ſunt. Agebatur ea die Divi Eccleſiæ Doctoris ejuſdemque Civitatis Archipræſulis Ambroſii ſolennitas: univerſuſque Clericorum & regularium virorum cœtus, cum vexillis ac ſacris Hymnorum modulationibus, regiuſque Senatus, Magiſtratus, Collegia, Patricii, peneque innumerabilis populus magno & exquiſito apparatu ſanctæ Synodo obviam ad eam Civitatis portam, quæ Romana dicitur, occurrerunt ad ſum-

„ mum uſque templum campanis undique
„ reſonantibus, tecto pannis itinere: clan-
„ gentibus tubis aliiſque muſicis inſtrumen-
„ tis, aures & aura mulcentibus devotius ſunt
„ proſecuti : decantata demum Antiphona
„ & collecta de Sancto Spiritu ſolennique
„ per Præſidentem Concilii benedictione
„ exhibita, ni propria ſinguli hoſpitia ſe con-
„ tulerunt.

„ . Octava ſupradicti menſis die, generali
„ congregatione facta in ædibus Reveren-
„ diſſimi Domini Cardinalis ſanctæ Crucis in
„ Concilio Præſidentis, ob juſtam & neceſ-
„ ſariam rationem, ſignanter propter Helve-
„ tiorum incurſum, & civitatis turbationem
„ ex communi Patrum aſſenſu decretum eſt
„ generalem ſeſſionem quæ ſervari debuit
„ præfata Sanctæ Luciæ die XIII. Decem-
„ bris ad quartam ſequentis anni Milleſimi
„ quingenteſimi duodecimi Januarii diem
„ juxta ſubinſertam ſchedulam transferri.

S C H E D U L A.

„ AD laudem Omnipotentis Dei, exal-
„ tationemque Catholicæ fidei, tran-
„ quillitatem & pacem Chriſtianæ Religio-
„ nis, reformationemque Univerſalis Ec-
„ cleſiæ ſanctæ Dei, mandato Patrum Sacro-
„ ſanctæ Piſanæ Synodi in inclytam hanc
„ Mediolani civitatem per continuationem
„ ad tempus tranſlatæ, intimatur omnibus
& ſin-

& ſingulis ipſi ſacro Concilio intereſſe de- “
bentibus, quod quarta ipſius ſanctæ Syno- “
di Seſſio quam die divæ Luciæ XIII. præ- “
ſentis menſis Decembris futuram eorum- “
dem Patrum decreto Piſis ſancitum erat, “
ex juſtis & urgentibus cauſis ad quartam “
proximi Januarii diem ſequentis anni “
M. D. XII. ipſorummet Patrum communi “
conſilio transfertur. Quare debentes com- “
parere niſi legitime impediti ſub pœnis “
juris appareant. Datum Mediolani in ge- “
nerali Congregatione habita in ædibus “
Reverendiſſimi Domini Præſidentis in “
Concilio, die lunæ octavo Decembris, “
Anno à Nativitate Domini M. D. XI. Pon- “
tificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris Do- “
mini Julii Papæ II. anno nono, ſub ſigillis “
quinque Cardinalium quibus ipſa Synodus “
in præſentiarum utitur. “

Præſens vero ſchedula per Curſores Con- “
cilii affixa eſt Cathedralis Eccleſiæ valvis “
& de affixione facta eſt per eoſdem relatio.

QUARTA SESSIO.

VI. DIe Dominico quarto Januarii “
M. D. XII. indictione XV. Pon- “
tificatu quo ſupra generalis Seſſio in Cathe- “
drali Mediolanenſi Eccleſiæ Præſidente “
Reverendiſſimo Domino Sanctæ Crucis “
Cardinale, aſtantibus Reverendiſſimis “
Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, “

Digitized by Google

„ Abbatibus, Procuratoribus & Doctoribus
„ qui & Piſis aſtiterunt, additis quoque (qui
„ ſupervenerant) Reverendiſſimo in Chriſto
„ patre Domino Domino Federico Sancti
„ Angeli, S.R.E. Diacono Cardinale Sanſe-
„ verino, & Reverendis Patribus Egidio de
„ Lucemburgo, Pare Franciæ Cathelanenſ.
„ Antonio de Baſco Bitarrenſ. Gaſpare de
„ Turnone Valentium, & Dien. Antonio
„ Trivultio Haſtenſ. Baptiſta Bonjoanne de
„ Rachanatis Lentienſ. & Ludovico de Gau-
„ dioſa Sancti Florii Epiſcopis, Theodoro
„ de Sancto Chiamundo Sancti Antonii
„ Vienenſ. ſupremo ordinis, & Auguſti-
„ no de Sanſonibus Clarevallenſ. Abbati-
„ bus, Reverendiſſimo in Chriſto pater Do-
„ minus Renatus de Prie Cardinalis Bajocen-
„ ſis Miſſam de Sancto Spiritu ſolenni appa-
„ ratu celebravit. Decantatis vero letaniis
„ præmiſſiſque conſuetis orationibus ac per
„ Reverendum patrem Dominum Zachariam
„ Subaſienſ. Abbatem pronunciato Euange-
„ lio, *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit*
„ *me ſpernit*, quod in communi Martyris offi-
„ cio recolitur Reverendus Pater Dominus
„ Jacobus de Bachimont Abbas Sancti Euodii
„ de Brana totius Præmonſtratenſis ordinis
„ generalis procurator, & Pariſienſis doctor
„ Theologiæ, aſſumpto themate *Deus ſtetit in*
„ *Synagoga deorum*: in medio autem deos diju-
„ dicat pſal. LXXXI. ob Octavam quæ age-
„ batur

batur beatorum Innocentium diem, de iiſdem concionem habuit. In qua de generalis Concilii maniſeſtiſſima & inevitabili neceſſitate de ſummoque in collabentis Eccleſiæ reparationem fervore habendo copioſe diſſeruit. Narrabat evidentiſſimorum criminum ſentes, qui modernis temporibus vineam Domini (præſertim Eccleſiaſticum ſtatum) undique circumvallant & occupant, nonniſi Oecumenicæ Synodi falce ac cenſura eradicari poſſe. Impleto autem ſermone Reverendus pater Dominus Guillelmus Lodovenſis Epiſcopus aſcendit Ambonem, & infraſcripta decreta diſtincte promulgavit.

Decreta Quartæ Seſſionis Mediolani habitæ.

Opera ſumma, impenſa à Synodo, pro habenda Papæ concordia.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Sacroſancta generalis Synodus Piſana ad hæreſeum, errorum, & ſchiſmatum extirpationem ac reformationem Eccleſiæ in capite & in membris, pacemque Chriſtianorum & contra Infideles expeditionem divinitus inſpirata in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans & ad inclytam hanc Mediolani civitatem ad tempus tranſlata eodem inſpirante, de-

Digitized by Google

„ decernit, ſtatuit, definit, ordinat, & declarat, prout ſequitur.
„ In primis quoniam ipſa Sacroſancta Synodus plurimum deſiderat omnes fideles paſſim intelligere quanta divini luminis irradiatione ſit indicta & incepta, quantoque juſtitiæ & pietatis zelo progredi intendat, ad veram Eccleſiæ pacem & reformationem cum unione & corcordia ſanctiſſimi Domini Julii Papæ II. (ſi per ejus ſanctitatem non ſteterit) ita ut cum ea aut legatorum ipſius præſentia continuari debeat & terminari: ob eam cauſam & Piſis in Seſſione tertia quatuor oratores ad ejuſdem Sanctitatem, Sacrumque Collegium Reverendiſſimorum dominorum Cardinalium Romæ exiſtentium deſtinavit cum inſtructionibus, quarum tenorem de verbo ad verbum inſerendum eſſe decrevit.
„ Inſtructio data venerabilibus & nobilibus viris, Dominis Joanni de Rebiaco, Abbati & totius ordinis Cluniacenſis Vicario: Ambroſio Zanchæ, Joanni de Fraxino Tholoſanæ Eccleſiæ Archidiacono, & ejuſdem Univerſitatis oratori, ac Nicolao Chelmot Univerſitatis Pictavienſis oratori ſacri Concilii Piſani moderni, oratoribus ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam & ſacrum Collegium Reverendiſſ. Dominorum Cardinalium.

Offer-

Digitized by Google

Offertur à Synodo Papæ facultas eligendi communem locum pro Concilio.

PRimo ex Florentia cum ordinatione Domini Epiſcopi Heduenſis mittetis ad Romanam Curiam pro opportuno ſalvo conductu obtinendo, eoque obtento ad ſanctiſſimum dominum Papam accedetis: ejuſque Sanctitati poſt humilem ac devotam commendationem & reverentiam hæc exponetis.

Primo, quod licet Patres Piſani Concilii ſolo puroque juſtitiæ & religionis zelo moti, ac ut Conſtantienſi conſtitutioni quæ incipit *Frequens*, votoque & juramento tandem ſatis facerent, Piſanum Concilium jure optimo indixerint & poſtea auctore Deo congregaverint: ne tamen (quantum per eos fieri poſſet) diſſentionis, ſchiſmatiſque (quod abſit) in Eccleſia Dei occaſio pararetur, imo omni conatu auferretur, eos miſiſſe ſuperioribus diebus ſpeciales nuncios ad ſacrum Collegium Reverendiſſimorum dominorum Cardinalium Romæ degentium, quoſque eorumdem nomine omnibus perſuaſionibus præcipue rogarent, ut apud Sanctiſſimum dominum Papam intercedere dignarentur: quatenus ejus Sanctitas per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, tandem ſe exorari ſineret ad locum aliquem communem atque omnibus tutum ac ſecurum, qualem mini-

Digitized by Google

“ me nunc eſſe urbem Romanam omnibus
“ notorium eſt, pro celebrando univerſali
“ Concilio deligendum & concedendum: qui
“ tamen poſt multa ſuper hoc pertractata ni-
“ hil prorſus obtinere potuerunt. Qua ex re
“ tametſi palam effectum ſit Sanctitatem ejus
“ ab hujuſmodi concordia prorſus alienam
“ eſſe: quod poſtea longe manifeſtius appa-
“ ruit ex injuſta & illegitima (pace Sanctitatis
“ ſuæ dictum ſit) privationis & exauthoratio-
“ nis ſententia, contra quatuor ex Patribus
“ indictoribus dicti Concilii lata, à qua antea
“ & poſt Patres ipſi ad nos appellarunt: ut ta-
“ men notum omnibus fiat ſanctam ipſam Sy-
“ nodum in omnibus cum benignitate, humi-
“ litate, & pace ambulare, debitamque reve-
“ rentiam nunquam denegare recta via ad
“ ipſum Sanctiſſimum Dominum Papam vos
“ Oratores mittendos duxit cum mandato &
“ ſpeciali poteſtate expreſſa: quod ipſius Sy-
“ nodi nomine ejus Sanctitati offerantur in-
“ fraſcriptæ civitates fere omnes Imperiales
“ videlicet in Italis Vercellæ, Taurinum, Ca-
“ ſale montis Ferrati, & Verona: extra Ita-
“ liam vero Gebenna, Conſtantia, Biſuntium,
“ Metis, Avinio, & Lugdunum, in optio-
“ nem & liberum arbitrium ac beneplacitum
“ eam quam maluerit pro loco univerſalis
“ Concilii deligendi: quam electionem ubi
“ fecerit, Synodus ipſa libentiſſime accepta-
“ bit, eoque protinus ſe transfert communi

con-

Digitized by Google

concordique conſenſu ea quæ ad commune bonum (præſertim ad bonorum S. R. E. defenſionem & recuperationem, pacemque Chriſtianorum, & Infidelium expugnationem) pertinebunt, omni cum alacritate & jucunditate, una cum ipſo ſanctiſſimo domino Papa vel ejus Legatis aliiſque Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus & Prælatis, qui convenient, tractatura.

Datur Papæ Facultas nominandi decem loca pro Concilio celebrando, quæ ſi Papa eligere recuſarit, Synodus ad ulteriora procedet.

DEinde ſi ex prædictis locis nullum Sanctitas ejus acceptandum duxerit, ad majorem rurſus optimæ ejuſdem Synodi intentionis evidentiam, clariuſque reverentiam erga Pontificem demonſtrandam offeratur ei facultas nominandi totidem civitates Imperiales in Italia, quæ nec ſub temporali ipſius, nec ſub Venetorum juriſdictione exiſtant: qua nominatione habita, & ad patres ipſius Synodi tranſmiſſa, paucos intra dies curabitur per patres ipſos commode reſponderi.

Quod ſi nec hoc Sanctitas ejus facere voluerit, Synodus ipſa tot honeſtiſſimis & humaniſſimis conditionibus toties rejectis ad ulteriora procedendum apertiſſime excitatam ſe intelliget & propterea intra quadraginta dies à data præſentium quod juris & ratio-

„ rationis fuerit providebit, & cum Deo efficiet in Civitate Mediolani. Ad quam juſtiſſimis ex cauſis ex ordinatione ejuſdem, in tertia Seſſione Concilium ipſum ad tempus tranſlatum extitit.

Petit Synodus Res Bononienſium & Ferrarienſium abſque Chriſtiani ſanguinis effuſione tractari.

„ PRæterea, dicetis ejus Beatitudini & reverendiſſimis Dominis Cardinalibus, quod deſiderat Sancta Synodus res Bononienſes & Ferrarienſes & alias quaſlibet ad S.R.E. attinentes, ſine armis & effuſione Chriſtiani ſanguinis tractari, & proinde quod in iis ipſa Synodus omni auctoritate, favore, & diligentia, quantum cum Deo poterit, aſſiſtet ejus Sanctitati dummodo deponantur arma & intermittantur bella: vel ſuper eis amicabiliter tranſigatur, & abſtineatur, quouſque per generale Concilium hujuſmodi cauſarum judicem competentem quid juris ſit definiatur. Sic enim parcetur Chriſtiano ſanguini, nec ſpes pacis in Eccleſia, concordiæ fidelium, & expugnationis Infidelium prorſus evertetur. Reliqua veſtræ ſolitæ prudentiæ relinquuntur: Ita ut mandata præſcripta, prout certo confidimus non excedantur. Datum Piſis in monaſterio Sancti Michaëlis, in generali congregatione noſtra XII. Novemb. M.D.XI.

M.D.XI. ſub ſigillis quatuor Cardinalium, “
quibus pro ſuo Synodus ipſa inpræſentia- “
rum utitur. “

Datur Adhuc XXX. Dierum ſpatium Papæ ad eligendum locum ſeu nominandum.

ET quoniam dicti Oratores accedentes “
Florentiam ac deinde fidelem ac lega- “
lem Florentinæ Reip. Curſorem ad Roma- “
nam Curiam mittentes ut ſalvum condu- “
ctum à ſummo Pontifice implorarent, non “
modo non obtinuerunt, ſed etiam ipſi ta- “
bellario adeo graves minæ illatæ fuerunt, “
quod timore carceris & vitæ, ut ſaluti ſuæ “
conſuleret, re infecta fugam arripere coa- “
ctus fuerit, & ad eoſdem Oratores redierit, “
prout ex inſtrumento ſuper hoc confecto “
latius conſtat: & quamvis clare & eviden- “
ter ex his pateat ejus Sanctitatem pacem & “
reformationem Eccleſiæ denegare & tam “
honeſtas ac humiles oblationes contemne- “
re, ut tamen Sancta Synodus magis apud “
Deum & homines officio ſuo ſatisfaciat, & “
per eam non videatur ſtare, quin pax & re- “
formatio prædictæ & expeditio contra In- “
fideles (quod ab ea ſemper optatum eſt) effi- “
caciter perſuadeantur & inducantur, & ut “
unio Eccleſiæ cui maxime ſtudet, conſer- “
vetur, Sancta hæc Synodus ad majorem a- “
bundantiam ſtatuit & concedit pro omni & “
peremptorio termino alium terminum tri- “

ginta

„ ginta dierum à die præſentis ſeſſionis (quæ
„ quarta Januarii anno domini milleſimo quin-
„ genteſimo duodecimo Mediolani celebrata
„ eſt) currentium ad reſpondendum & acce-
„ ptandum vel nominandum aliqua loca juxta
„ inſtructionem præinſertam. Quod ſi San-
„ ctitas ejus tantam hujus Sanctæ Synodi ob-
„ ſervantiam & benignitatem non audiverit
„ ſed contempſerit, quod de ejus beatitudi-
„ ne minime credendum eſt, & in ſententia
„ hanc Synodum impediendi permanſerit:
„ Synodus ipſa elapſo dicto termino, prout
„ juris fuerit & rationis, ad fines congrega-
„ tionis ſuæ effectualiter procedet. Nihilo-
„ minus tamen dicto termino pendente prout
„ rerum neceſſitas ſuadebit & qualitas agen-
„ dorum requiret, in ulteriori proſecutione
„ Concilii & agendis in eo procedere inten-
„ dit ordinate, debite, & mature, nec pro-
„ pterea aliqualiter ſuperſedere. Et quia ad
„ ſummum Pontificem ſuper hujuſmodi cau-
„ ſa Concilii notorie non eſt tutus acceſ-
„ ſus, vult ipſa ſancta Synodus & decer-
„ nit, quod hujuſmodi decretum de præ-
„ dictis terminis præfixione per illius af-
„ fixionem Sanctitati ejus publicetur & in-
„ timetur ſi commodo fieri poteſt, in locis
„ contiguis & vicinis ex quibus veriſimiliter
„ ad notitiam ipſius Papæ pervenire poſſit,
„ vel ad minus in Civitatibus Mediolanenſi
„ & Florentina. Decernit inſuper affixionem
ejuſ-

Digitized by Google

ejuſmodi vim publici edicti habere, Sanctitatemque ejus perinde monitam & requiſitam, ac ſi perſonaliter illi fuiſſet decretum hoc intimatum vel exhibitum, quum non ſit veriſimile ipſi Pontifici fore incognitum & occultum quod tam patenter omnibus publicatur.

Monentur Papa & Chriſtiani Principes ad bella intermittenda.

ITem, ne bellorum turbines Reformationi Eccleſiæ, & contra infideles expeditioni momoratæ impedimenta ſubminiſtrent, rogat & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri monet, ac exhortatur omnes tam Sanctiſſimum Dominum Papam quam Sereniſſimum Romanorum imperatorem electum, & Chriſtianiſſimum Francorum, ac Catholicum Arragonum & Siciliæ, cæteroſque Reges & Principes, nec non illuſtres Duces, & Senatum Venetorum ac Ferrariæ, Rectoreſque Bononienſis Civitatis & alios Civitatum Magiſtratus, ac quoſcumque fideles, inter quos bellum de proxime & præſenti formidatur, ut velint & debeant ab armis deſiſtere, ab inchotiſque & imminentibus bellis ceſſare, cauſaſque ipſorum bellorum huic ſacroſancto Concilio remittere, à quo diligentiſſime via juris vel amicabilis compoſitionis, aut ad idoneos arbitros remiſſionis par-

„ partibus gratos & fidos, omni conatu pro-
„ curabitur juſta, grata & cęleris expeditio
“ omnium differentiarum & altercationum,
„ ut hac via parcatur Chriſtiano ſanguini, pax
„ inter fideles reintegretur, ſchiſmatici ad
„ unitatem Eccleſiæ Dei reducantur, juſtitia
„ unicuique reddatur, pacatiſque fidelium
„ animis certior, ſolidior, atque celerior
„ contra Infideles expeditio aſſumatur. Obe-
„ dientes autem huic decreto ſancta Synodus
„ gratiſſime excipiet & tractabit. Contra
„ vero alios pacis fœdera non acceptantes,
„ prout juris fuerit & rationis procedet, di-
„ cens cum Regio Propheta *Diſſipa gentes quæ*
„ *bella volunt.*

Admittuntur Prælati qui poſt inchoatum Concilium ad illud venerunt.

Item admittendos ducit in hujuſmodi
„ Concilio prout admittit omnes Cardina-
„ nales & Prælatos, alioſque quoſcumque
„ de jure vel conſuetudine Conciliis genera-
„ libus intereſſe debentes, qui poſt inchoa-
„ tum Concilium ad illud venerint & conve-
„ rint: ita tamen quod ad inſtar aliorum
„ Conciliarium juramentum incorporationis
„ in reliquis Conciliis conſuetum realiter ex-
„ hibeant.

Irri-

Irritantur Juramenta eorum qui ad Concilium non venire jurarunt.

ITem, ne vi juramenti aut promiſſionis alicui factæ aliqui aſtrictos ſe putent, ut ad hoc ſacrum Concilium venire non poſſint, aut debeant ſancta Synodus ordinat, ſtatuit, decernit, & declarat quod quicumque & ſinguli Reverendiſſimi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Prælati, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Communitates, Comites, Barones, Vicarii Romanæ Eccleſiæ, Vaſſalli Romanæ Curiæ, Officiales, Summi Pontificis familiares, ſive alii cujuſcumque conditionis exiſtant, aut quibuſcumque nominibus cenſeantur, per juramenta, promiſſiones, vel quaſlibet alias obligationes præfato ſummo Pontifici ſeu alteri ad hoc ejus mandato deputato aut deputando ſeu quibuſvis aliis quomodolibet ſuper quacumque re vel cauſa & ſub quacumque verborum forma præſtita ſeu præſtanda nullatenus obligentur, aſtringentur aut ſe impeditos à tam ſancto & neceſſario opere reformationis & pacis Eccleſiæ, ac expeditionis contra Infideles occaſione dictorum juramentorum, promiſſorum aut obligationum prætendere poſſint, etiam in futurum. Quinimo abſque perjurii & infamiæ nota qua de jure aut conſuetudine ſunt aſtri-

„ cti aut vocati & requiſiti & omnium prædi-
„ ctorum Procuratores adhærere obedire ipſi
„ Sacroſancto Concilio, & ad illud libere ac-
„ cedere in eoque intereſſe poſſint & tenean-
„ tur, Præcepta vero quæcumque, proceſ-
„ ſuſque, & ſuſpenſionis, excommunicatio-
„ nis, aggravationis, reaggravationis & in-
„ terdicti, necnon privationis dignitatum,
„ beneficiorum ſeu officiorum quorumcum-
„ que & Commendarum, revocationis ac in-
„ habilitationis, perjurii, & infamiæ ſenten-
„ tias, aliaſque pœnas, mulctas, cenſuras, in
„ ſe continentes contra Reverendiſſimos Car-
„ dinales, Patriarchas, Primates, Archie-
„ piſcopos, Epiſcopos, Protonotarios, Ab-
„ bates, Præpoſitos, Decanos, Archidiaco-
„ nos, Archipresbyteros, Beneficiatos, Do-
„ ctores, Magiſtros, Conſultores, & alios
„ quoſcumque Officiales huic ſacro Concilio
„ adhærentes & adhæſuros, eorumdemque
„ omnium & ſingulorum familiares factores,
„ & defenſores, ac quoſvis alios dicto ſacro
„ Concilio adhærentiam & favorem exhiben-
„ tes, aut ab eo & eiſdem dependentes occa-
„ ſione ipſius ſacri Concilii & præmiſſorum
„ per ipſum Summum Pontificem vel quem-
„ cumque alium quavis etiam ipſius Romani
„ Pontificis auctoritate fulminata & fulmi-
„ nanda, cum omnibus & ſingulis inde ſecu-
„ tis & ſecuturis eadem Sacroſancta Synodus
„ nulla, caſſa, irrita, ac penitus nullius robo-
ris

ris & momenti exiſtere pronunciat, de- “
finit, & declarat, quatenuſque de facto “
proceſſerunt ſeu proceſſerint revocat, “
caſſat, irritat, & annullat, ac pro caſ- “
ſis, irritis & nullis habenda determi- “
nat. “

Nemo impetret aut acceptet Beneficia Concilliarium.

ITem prohibet ſub excommunicationis “
& Anathematis pœna, ne quis Eccleſias, “
monaſteria, dignitates, officia, & bene- “
ficia quæcumque, ac penſiones, obedien- “
tiam & jura quæcumque debita huic ſanctæ “
Synodo incorporatorum & incorporando- “
rum, ſeu eorumdem familiarium, ipſis vi- “
ventibus (per privationes aut alios proceſ- “
ſus, prætextu dicti ſacri Concilii à Sanctiſ- “
ſimo Domino Papa fulminatos aut fulmi- “
nandos) impetrare & obtinere procuret: aut “
aliquo modo acceptet, etiam ſi motu pro- “
prio de illis per prælibatum Dominum Pa- “
pam provideatur, nec talibus proviſionibus “
factis vel faciendis ſe ingerat. Quod ſi poſt “
hujuſmodi promulgationem contra fecerit, “
ultra prænominatam pænam, ſit quoque “
ipſo facto perpetuo privatus Eccleſiis, mo- “
naſteriis, dignitatibus, Commendis, Of- “
ficiis, beneficiis ac penſionibus quibuſ- “
cumque Eccleſiaſticis inhabiliſque penitus “
ad illa & alia obtinenda & habenda de qui- “

Digitized by Google

„ bus per hujuſmodi genus vacationis per
„ eos ad quos pertinet provideri poſſit & de-
„ beat.

Literis Concilii plena fides exhibeatur.

„ ITem ſtatuit, decernit & ordinat, quod
„ quibuſcumque veris literis ſub ſigillo i-
„ pſius ſacri Concilii confectis & confici-
„ endis, in quibuſcumque cauſis & negotiis
„ firmiter ſtetur in judicio & extra: eiſque
„ ubicumque exhibitæ fuerint vel oſtenſæ
„ plena fides exhibeatur committenteſque
„ falſitatem in ipſis illas Eccleſiaſticas cenſu-
„ ras & pœnas incurrant; quæ falſificatores
„ literarum Apoſtolicarum incurrunt.

Prætextus Monitorii Papæ, domeſtici & familiares Patrum Concilii non diſcedant abſque licentia dominorum ſuorum.

„ ITem quoniam ad aures hujus ſanctæ Sy-
„ nodi pervenit S. D. Papam, vigore cujuſ-
„ dam monitorii ſub graviſſimis & crude-
„ liſſimis cenſuris ac pœnis (præſertim priva-
„ tionibus omnium & ſingulorum quorum-
„ cumq; officiorum & beneficiorum Eccleſi-
„ aſticorum) requirere vel requiſiviſſe aut re-
„ quiſiturum fore omnes & ſingulos Prælatos
„ domeſticos ac familiares Reverendiſſimo-
„ rum Cardinalium, & aliorum dominorum
„ præſenti ſacro Concilio adhærentium & ad-
„ hæſurorum, quatenus à dicto Concilio &

ab

ab eiſdem Reverendiſſ. D. Cardinalibus & aliis Patribus Conciliaribus ac eorundem obſequiis infra certum terminum protinus & penitus diſcedere debeant & teneantur, cum prælibatum monitorium de directo proceſſerit & procedat contra ipſum ſacrum Concilium & ejus ſuppoſita, jamque per ſancta Conſtantienſe, Baſileenſe & præſens Piſanum Concilia definitum ſit & declaratum, hujuſmodi pœnas, cenſuras, proceſſus, & monitoria nullius fore roboris & momenti: eiſque uti nullis & erroneis nullatenus obediendum, ordinat, ſtatuit, determinat, definit & declarat, necnon in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis latæ ſententiæ perpetuæque privationis omnium & ſingulorum quorumcumque Officiorum & beneficiorum Eccleſiaſticorum, aliis quoque gravioribus arbitrariis pœnis rigoroſiſſime cum auxilio etiam brachii ſecularis infligendis (ut quos Dei timor ſanctus non movet, pœnarum ſaltem terror impellat) præcipit & mandat ipſa Sacroſancta Synodus quatenus prædictorum domeſticorum Prælatorum ac familiarum nullus à prælibatis Reverendiſſ. Dominis Cardinalibus aliiſque patribus Conciliaribus niſi de eorum licentia, prætextu dicti monitorii, diſcedere poſſit & valeat. Datum Mediolani in publica Synodali Seſſione IV. die Jan. anno à Nativit. Domini M.D.XII.

" Scrutatores vero interrogarunt omnes &
" ſingulos patres ſi promulgata placerent, qui
" reſponderunt, *placent*. His quidem omni-
" bus & ſingulis interfuerunt Illuſtris Domi-
" nis Jacobus Trivultius Viglevani Marchio
" & magnus Franciæ Mareſcallus, magni-
" ficique D. Jacobus Oliverius Regius Me-
" diolani Cancellarius & Thomas Bohierus
" regius Generalis Normandiæ Quæſtor te-
" ſtes rogati: Promotoreſque ac fiſcales Pro-
" curatores petierunt ſuper præmiſſis publi-
" cum & publica à Protonotariis & Notariis
" confici inſtrumenta duo quoque hujus ſeſ-
" ſionis priora decreta, quæ Sanctiſſimum Ju-
" lium modernum Pontificem ſuper concor-
" dia communis loci, omneſque & ſingulos
" Chriſtianæ religionis Principes, ſuper de-
" ponendis armis & à Chriſtiano bello ceſſan-
" do tangunt & concernunt, affixa ſunt val-
" vis cathedralis Mediolanenſis Eccleſiæ per
" Curſores Sanctæ Synodi, ac per eoſdem de
" affixione eſt data relatio: itidem & in val-
" vis Florentinæ Eccleſiæ majoris, & in aliis
" ejus Civitatis publicis locis, ut per teſtes
" & legales Tabelliones aperte conſtare di-
" gnoſcitur.

QUINTA SESSIO.

" DIe Mercurii undecima Februarii an-
" no Domini M. D. XII. indictionem
" quintadecima, Pontificatus Sactiſſimi in
Chri-

Chriſto patris Domini Julii Papæ ſecundi anno nono, celebrata eſt quinta Seſſio in ſummo Mediolanenſi templo, Præſidente Reverendiſſimo Cardinale ſanctæ Crucis qui & Miſſarum ſolennem ritum de Sancto Spiritu devotiſſime perſolvit. Factis letaniis & Cleri proceſſionibus, per Reverendumque Patrem Dominum Zachariam Abbatem Subaſienſem pronunciato Euangelio *Reſpiciens Jeſus in Diſcipulos ſuos dixit Simoni Petro, Si peccaverit in te frater tuus corripe eum.* Math. 18. quod legi conſuevit Romano more Feria tertia tertiæ quadrageſimalis hebdomadæ: prælibatus Reverendiſſimus Pater commendans ipſam Euangelicam lectionem quam dicebat galeatum prologum omniumque Synodalium Seſſionum egregiam præfationem: quibus luculentiſſime conſtabat quorumcumque fidelium reformationem ad Catholicæ Eccleſiæ officium potiſſimum pertinere: totiuſque Eccleſiaſticæ reparationis fundamentum liquenter in ea conſiſtere ſibi à Chriſto clavium poteſtate ibi: *Quorum remiſeritis peccata, &c.* & divina aſſiſtentia in executione ſignantur in ejus nomine congregatis repromiſſa ibi: *Ubi duo vel tres congregati, &c.* aſſumpto themate: *Lex domini immaculata convertens animas, teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtans parvulis* Pſal. 18. de ſacrarum Scripturarum mirabili concordia ac

„ novæ legis ſumma excellentia ſermonem
„ edidit in Synodo elegantem. Metrum quip-
„ pe ipſum 18. Pſalmi in quo thema colloca-
„ verat, plenam ferme fraternæ correptionis
„ legem à Domino Chriſto 18. Math. capite
„ deſcriptam implicite & biſariam continere
„ demonſtravit. Primam profecto partem ad
„ actum Charitatis pertinentem docuit in ejus
„ verſiculi anteriori ſerie, videlicet, *Lex Do-*
„ *mini immaculata convertens animas*. Lex ſcili-
„ cet correptionis, propter enim tranſgreſſio
„ nem poſita eſt. Galat. 3. & non juſtis ſed in-
„ juſtis 1. Theſſ. 1. Domini id eſt Chriſti Pſal.
„ 119. *Dixit Dominus Domino meo.* Immacu-
„ lata quæ etiam occulta corripit & emendat.
„ *Si peccaverit in te, id eſt* te ſolo ſciente vel ſo-
„ lum contra te frater tuus, *corripe eum inter*
„ *te & ipſum ſolum* : *Convertens animas*: quo-
„ niam ſi te audiverit lucratus es fratrem
„ tuum. Secundam vero partem ad actum ju-
„ ſtitiæ, ſcilicet de adhibendis teſtibus : ſi
„ correptus non convertitur frater de dicen-
„ do Eccleſiæ : de puniendo per excluſio-
„ nem, ut veluti ethnicus habeatur & publi-
„ canus, & ad inſtar ſcandalizantis oculi erua-
„ tur & projiciatur, cui reſpondent poſte-
„ riora thematis verba illa : *Teſtimonium Do-*
„ *mini fidele*. Id eſt verum quale duorum vel
„ trium, quale potiſſimum habetur Eccle-
„ ſiæ.

„ Hoc quippe teſtimonium ac judicium ex-
clu-

cludendo à myſtico corpore errantem in- "
corrigibilem præſtat parvulis in merito vir- "
tutum ſapientiam : vel quoniam vexatio "
dat intellectum auditui. Iſai. 38. Eoſdem "
parvulos ſapere efficit quæ Dei ſunt, vel "
quod juxta Apoſtolicum dictum. 1. Timot. "
5. hujuſce generis peccantes coram omnibus "
arguti cæteros omnes in metu ita conſti- "
tuunt ut ſapientes effecti eorum non imi- "
tentur deteſtanda facinora, quos in facie "
ipſius Eccleſiæ confuſos aſpiciunt. Juxta "
enim ſapientis vocem Eccleſ. 8. *Quia non* "
profertur cito ſententia contra malos, filii homi- "
num abſque timore ullo perpetrant mala. De le- "
ge itaque Euangelica ad literam intelligen- "
da fore thematis verba idem Reverendiſſi- "
mus Pater apertiſſimis conprobavit rationi- "
bus, & ex Pſalmo, & quod à Paulo Rom. "
10. pro lege Euangelica inde ſumitur argu- "
mentum eamque ſolam Autonomaſtice ſex "
illis nominibus Davidico ore conteſtatus eſt "
appellatam, videlicet lex & Domini & im- "
maculata & convertens animas, & fidelis, & "
ſapiens, hæcque eminentiſſime huic legi "
reformationis & correctionis examuſſim "
convenire. Multa hoc in loco difficilia eno- "
davit myſteria, variaque ad morum cenſu- "
ram proficua & notatu digna elucidavit, ſi- "
gnanter Synodales congregationes ad hoc "
potiſſimum fore compertas : ut fideles ad "
Euangelicæ legis quam profitentur confor- "

 mita-

"mitatem deducantur, ne videlicet ſint ex-leges, ne inimici Domini. ne maculati, ne in delictis obdurati, ne infideles, ne inſipientes; quæ omnia & in ſententiæ ſubſtantia & in accidente numeri circa Pſalmi & Euangelii capita utrobique XVIII. omnium arbitrio perſpicue quadrabant, ac ſi egregius Prophetarum David legem hanc correptionis & reformationis illuminata mentis acie prævidiſſet.

"Patefecit inſuper, evidentiſſimis rationibus exemplis, ſimilitudinibus, ac divinis auctoritatibus nuſquam ab naſcentis Eccleſiæ exordio ad hanc uſque tempeſtatem tantam congregandæ Eccleſiæ per generale Concilium affuiſſe neceſſitatem, quanta modo incumbit.

"Adduxit quoque cauſas quibus ab Apoſtolis quatuor Concilia in Apoſtolicis Actibus I. VI. XV. & XXI. capitibus celebrata leguntur, & quatuor illa prima poſt Apoſtolicos Concilia Orientalia (quæ Magnus Gregorius veluti quatuor Euangelii libros ſe venerari fatetur) habuere exordia atque exitus celebratiſſimos, Nicænum videlicet primum ſub Sylveſtro & Conſtantino, Conſtantinopolitanum primum ſub Damaſo & Theodoſio Seniore, Epheſinum primum ſub Cæleſtino & Theodoſio Juniore: & Chalcedonenſe ſub Leone primo & Martiano. Cauſas eorum octo Conciliorum in

genere

genere ſaltem, & multo majores (peccatis "
exigentibus plurimorum) hodie concurrere "
luce clarius demonſtravit. Non enim (aje- "
bat idem Reverendiſſimus Pater) deeſt mo- "
do occaſio damnandi Judam venditorem "
Salvatoris, pertractandique in Apoſtolico "
primatu melioris ſanctioriſque electionis "
formam, quod primæ Hieroſolymitanæ Sy- "
nodo congregandæ materiam tradidit op- "
portunam. Non deeſt de commendabili ac "
fideli menſurarum adminiſtratione tractan- "
di occaſio, cum Eccleſiæ temporalis ſub- "
ſtantia deteſtandæ dilapidationi, peſſimæ- "
que diſtributioni jamdudum ſubjaceat: quod "
ſecundum Hieroſolymitanum promovit "
Concilium. Non deſunt enucleandarum le- "
galium quæſtionum detegendorumque er- "
rorum potiſſimæ cauſæ, ſicuti de virgineo "
conceptu & magna inde fidelium diſcordia, "
de exceſſu Eccleſiaſtici Calendarii, & com- "
pluribus aliis divinæ legis queſtionibus, quæ "
non niſi in Oecumenica Synodi ubi dicendi "
copia & libertate in pertinentibus ad fidem "
& ſalutem ex multis ratiocinationibus & "
ſententiis ac divini Spiritus affluentia veri- "
tatis judicium colligitur, commode tute- "
que expediri poſſunt, ad quæ reſpondet "
Hieroſolymitanum tertium Concilium "
quod circa legalia coactum eſt. Non deeſt "
præterea dimicantes invicem Chriſtianos "
Principes pacificandi evidens ratio, quæ "
quartum

„ quartum Apoſtolicum Concilium olim ex-
„ citavit, ut cum fidelibus ſanctæ legis æmu-
„ latoribus Paulus pacifice converſaretur.
„ Quot hodie ſanguinolentis peſſumdata Ita-
„ lia bellis (ab eis præſertim ſuſcitatis quibus
„ præcipua pacis cura ineſſe cordi deberet)
„ Chriſtiani ſanguinis detrimenta ſuſtineat,
„ nemo eſt qui ignoret. Quæ contra imma-
„ culatæ fidei hoſtes aſſumendi forent, in no-
„ ſtrates, in confratres, & cohæredes (quod
„ fari pudet) truculenta arma ſuſcipiuntur:
„ quæ pro eximendo à diuturno Sarraceno-
„ rum prohanatu Salvatoris ſepulchro, redi-
„ mendiſque è longæva temeratione ac ſervi-
„ tute Orientalibus Eccleſiis exponendæ ſunt
„ (pro ſacri & innocui effuſione cruoris, pro-
„ que diruenda religione) Romanæ opes, è
„ Chriſti patrimonio, & Petri ærario diſper-
„ guntur ac diſſipantur. Si quoque noſtræ æ-
„ tatis varios errores antiquorum falſis do-
„ gmatibus comparemus inſpiciemus procul-
„ dubio longe urgentiores cauſas Nicæna
„ congregatione, hodie ſubſiſtere, quia gra-
„ vius quam Arrius & Mahometes à vero de-
„ viavit. Is enim circa Chriſti divinitatem &
„ humanitatem prophana dogmatizavit. Iti-
„ dem Bohemi, Valdenſes, & Wiclevitæ
„ graviſſimos errores proferre & tutari non
„ ceſſant. Macedonius, propter cujus erro-
„ rem Eccleſia primum Conſtantinopoli con-
„ gregata eſt, minus pernicioſe de Spiritu
Sancto

Sancto ſenſiſſe videtur (ut Auguſtino curialiter & acute placuit) quam Simoniaci : ille enim dixit Spiritum Sanctum ſervum eſſe Filii, ſed Simon pecuniæ ſervum factis ipſis quibus tota mens explicatur, oſtendit. Ad excludendum errorem Neſtorii de duobus ſuppoſitis in Chriſto convenit prima Epheſina Synodus, nonne & ad excludendum duo Conciliorum ſuppoſita, quæ quaſi Chriſtum duas perſonas habentem & duas Eccleſias deſponſantem oſtendunt, pacifice, tute ac univerſaliter convenire Eccleſiam Dei decuit ? Sic enim iniqua hac via celerius abolebitur, qua verorum Conciliorum ritus excludi cœpit & annullari. Si glorioſæ Virgini unquam theotocon illud quod Epheſina prælibata Synodus definivit, complacuit: graviſſimum hoc profecto futurum eſt quo de ipſius fœlici conceptu cum omnium pace & amore præclara elucidari ita poſſunt ut diverſa pene Eccleſiæ ſuppoſita circa id vario opinatu diviſa in unius cum antiquorum & modernorum honore pariter & amore conveniant ſententiæ conformitatem. Chalcedonenſi Synodo congregandæ ob eum de unica Chriſti natura errorem Eutiches Conſtantinopolitanus Abbas occaſionem præbuit : Nunquid & myſticæ unicam naturam Eccleſiæ, id eſt, unicam communem viam & conſuetudinem peſſimæ promotionis fidelium non excludemus ? Simonem videli-

cet,

„ cet, ut ſit & natura & conſuetudo promo-
„ tionis in Eccleſiaſtica Hierarchia per illas
„ virtutes primis tribus illis ordinibus ſignifi-
„ catas Charitatem videlicet per Seraphin,
„ ſcientiam per Cherubin, ac per Thronos
„ prudentiam & morum gravitatem, ne divi-
„ na cœlis chariſmata ſola poſſideat ex ecran-
„ da fames auri. Quadruplici etiam lege
„ Piſanum præſens conſtare Concilium do-
„ cuit, naturali videlicet æquitatis neceſſitate
„ in abigendo ſcilicet ab Eccleſia vitiorum
„ ſquallore ac fœtore propulſando, quæ &
„ ſine macula & ſine ruga eſſe debuit, juxta
„ Apoſt. Epheſ. 5. & divina Chriſti in Euan-
„ gelio, de quo ſermo, auctoritate, ibi *Dic
„ Eccleſiæ*. Quando ſcandalum capitis extat in-
„ corrigibile, cum omnis Communitas electi-
„ va de jure naturæ habeat (cum caput ægro-
„ tat incorrigibiliter) poſſe & debere illud li-
„ gare, curare atque ſanare, id Eccleſiæ ex
„ Conſtantienſi & Baſileenſi ordinationibus
„ ſub ea ſignanter Baſileenſi Synodi parte, cui
„ etiam Eugunius Pontifex adhæſit. Humana
„ ipſius proculdubio D. Julii Papæ moderni fa-
„ cultate Cardinalibus conceſſa, in eventum
„ quod intra biennium à ſui creatione gene-
„ rale non celebraret Concilium, cujus Pon-
„ tificis & complurium Dominorum Cardi-
„ nalium neglectu, ad eos Patres eſt tranſlata
„ facultas, qui ut Oecumenicum Concilium
„ indicerent, à Romana Curia Catholicæ
pro-

proviſuri Eccleſiæ ad tempus receſſere, ſe-
que in Sancti Spiritus libertate conſtituere.
Multa ſub brevi compendio de fidelium
fraternitate diſſeruit : & recreatione &
redemptione divina & fidei communi par-
ticipatione, quæ Dei filios & cohæredes
regni facit Joan. 1. ſummumque etiam Pon-
tificem legi fraternæ correptionis ſubeſſe
clariſſime demonſtravit: ac Hoſtienſis (erga
ſummos Pontifices in Eccleſiæ univerſalis
evidens detrimentum circa ſecundam par-
tem ipſius fraternæ correptionis) palpantia
blandimenta liquidiſſime confutavit. Nam
alias Euangelium non extaret, quum Pe-
trum dominus remitteret ad Eccleſiam, nec
tunc Prælatus aliquis accipiendus eſt cum
nullus ſit Petro ſuperior, ſed congregatio
ipſa univerſalis Eccleſiæ cui capite 18.
Matth. quo explicatur contentio de majo-
ritate Apoſtolorum, claves regni cœlorum
primum datæ cernuntur, & prout Hiero-
nymus & Auguſtinus conſtantiſſime aſſe-
verant, & Petrum fuiſſe Eccleſiæ miniſtrum
& executorem, & ejus nomine claves ac-
cepiſſe definiunt. Nec illæ etiam exiſtunt
ſolum claves ordinis, ſed & contentioſæ
Juriſdictionis; quum ad cauſam excluſionis
capitis miniſterialis ab Eccleſia, vel aliorum
membrorum (cum in corrigibiliter ſcanda-
lizant) dari referantur, *Amen dico vobis quo-
rum remiſeritis, &c.* Sacri quoque authori-
tate

tate Conſtantienſis Concilii, quod ad inſtar Nicæni in Eccleſia eſt venerabile quo potiſſimum illud *Dic Eccleſiæ* ad Concilium in reformatione etiam capitis referendum eſſe decernitur. Alias ipſius Sacri Concilii vigor penitus enervaretur. Poſtquam vero de ipſa materia ſumma cum temperantia ac prudentia pulchra admodum explicuiſſet, hortatus eſt omnes ut Orationibus, Jejuniis & Eleemoſinis apud Omnipotentem dominum inſtarent, apudque Principes, Potentatus, & populos curarent, ut in ſancta Chriſti fidelium unitate, & Eccleſiæ reformationi, & Chriſtianorum perpetuæ paci ac contra Infideles gentium populos aſſumendo bello, hæc Sacroſancta Synodus recte ac libere conſulere poſſet. Concione expleta Reverendus Pater Dominus Jacobus de Bachimont, Abbas Sancti Evodii de Brana Præmonſtratenſis Ordinis generalis procurator, ſuggeſtum aſcendens infra poſitam decretorum ſchedulam mandato Patrum promulgavit.

Sacroſancta Generalis Synodus Piſana in Spiritu Sancto legitime congregata Univerſalem Eccleſiam repræſentans, & Mediolanum ad tempus tranſlata, ſtatuit, decernit, & declarat prout ſequitur. Primo Conſtantienſis decreti Seſſione XV. commendabili ac neceſſariæ ſanctioni inhærendo excommunicat & interdicit omnes & ſin-

Digitized by Google

ſingulos cujuſlibet ſtatus, conditionis, gra- "
dus, & dignitatis exiſtant, qui hoc ſanctum "
Concilium ſeu ad illud adventantes, venire "
volentes, in eo perſiſtentes, & ab eo tem- "
pore diſcedentes, directe vel indirecte, fa- "
ctis, ſcriptis, aut verbis impedierint, vel "
moleſtaverint, ipſiuſque decreti ſeu pro- "
ceſſus tenorem de verbo ad verbum inſe- "
rendum eſſe determinat, qui eſt talis.

Conſtitutio Conſtantienſis contra invaſores ſeu ſpoliatores accedentium & recedentium à Concilio.

SAcroſancta Generalis Synodus Conſtan- "
tienſ. Univerſalem Eccleſiam repræſen- "
tans in Spiritu Sancto ad extirpationem "
ſchiſmatis hæreſumque, & errorum, nec- "
non ipſius Eccleſiæ in capite & in membris "
debitam reformationem legitime congre- "
gata, ad futuram rei memoriam, juſtitiam, "
& æquitatem exerceri non dubitatur, ſi "
quos noxiæ voluntatis adeo captivat perver- "
ſa intentio, quod proceſſibus Apoſtolicis "
imprudenter obviare auctoritatem ſanctio- "
nis Canonicæ contemnentes, in aliorum "
prolabuntur injurias & offenſas Eccleſiaſti- "
ca cenſura percellat, & pro demerito culpæ "
rigorem adjiciat judiciariæ poteſtatis. Nam "
ſi quilibet per campum licentiæ freno de- "
poſito modeſtiæ vagaretur impune, facile "

„ quiſquis ſæviret in proximum & nervus di-
» ſciplinantis juſtitiæ rumperetur. Sane licet
» nonnulli Roman. Pontifices antiquum Ro-
» manæ Eccleſiæ morem & conſuetudinem
» obſervantes, prout ad eos ex debito Apo-
» ſtolatus ſibi injuncti officii pertinebat, per
» certos proceſſus in die Cœnæ Domini annis
» ſingulis ſolenniter publicantes, inter alios
» omnes & ſingulos qui ad Sedem Apoſtoli-
» cam venientes vel recedentes ab ea, necnon
» in illos omnes & ſingulos qui per ſe vel a-
» lium ſeu alias quaſcumque perſonas Eccleſi-
» aſticas vel ſeculares ad Romanam Curiam ſu-
» per eorum cauſis & negotii accedentes illa-
» que in eadem Curia proſequentes, aut Pro-
» curatores, geſtores, Advocatos, & Promoto-
» res ipſorum ac etiam Auditores ſive judices
» qui ſuper dictis cauſis ſeu negotiis deputan-
» tur, occaſione cauſarum emergentium
» hujuſmodi verberant, mutilant, vel oc-
» cidunt, cujuſcumque dignitatis, ordinis,
» conditionis aut ſtatus forent: prædicta vel
» eorum aliqua committentes excommuni-
» cationis, & Anathematizationis ſententias
» à quibus nullus per alium quàm per Roma-
» num Pontificem poſſet (præterquam in
» mortis articulo conſtitutus) abſolvi, nec
» etiam tunc niſi de ſtando mandatis Eccleſiæ
» & ſatisfactione præſtanda ſufficienti cau-
» tione præmiſſa, candelis accenſis & ad ter-
» ram projectis promulgaverant, & eos qui
taliter

taliter excommunicatis & Anathematiza- "
tis, vel eorum alicui præſumerent benefi- "
cium abſolutionis impendere, ſimilibus "
ſententiis innodaverunt: eiſque prædica- "
tionis, lectionis, adminiſtrationis ſacra- "
mentorum Eccleſiaſticorum, & confeſſio- "
nes audiendi interdixerunt officium, nec- "
non quicumque injuriatores quorumlibet "
ad ſacra Concilia venientium ſeu ſtantium "
in ipſis aut recedentium ab eiſdem diverſas "
cenſuras Eccleſiaſticas & pœnas tam ex ca- "
nonis quam divini juris diſpoſitione incur- "
rant: tamen ſicut ad noſtram fide digno- "
rum multitudine valida inſinuatione per- "
venit notitiam, nonnulli iniquitatis filii, "
perditionis alumni hujuſmodi cenſuras vili- "
pendentes, ac hujuſmodi Concilii extir- "
pationis, ſchiſmatis, hæreſum, & erro- "
rum, ipſiuſque Eccleſiæ Reformationis "
perturbatores diabolico ſpiritu inſtigante, "
nec dignitati nec ordini deferentes, Dei "
timore poſtpoſito nefariis & ſacrilegis auſi- "
bus nonnullas Eccleſiaſticas perſonas & ſe- "
culares etiam Pontificali dignitate prædi- "
tas, ad Sedem Apoſtolicam vel Romanam "
Curiam, ſeu præſens Generale Concilium "
in civitate Conſtantienſi Provinciæ Ma- "
guntinæ, ubi nunc Romana Curia exiſtit "
in Spiritu Sancto legitime congregata, ve- "
nientes aut recedentes ab eiſdem, invadere "
capere, arreſtare, detinere, incarcerare, "

 muti-

Digitized by Google

„ mutilare, occidere, ac ſpoliare bonis ſuis,
„ vel injuriis affligere quamplurimis, & alias
„ male tractare temeritate propria præſum-
„ pſerunt & dietim præſumunt in Apoſtoli-
„ cæ ſedis & ſacri Concilii vilipendium &
„ contemptum, & errorum prædictorum ex-
„ tirpationis diſturbium, ſuarum animarum
„ periculum plurimorum. Nos igitur volen-
„ tes in præmiſſis necnon adverſus quoſcum-
„ que ad ipſum Concilium & quælibet alia
„ futura Generalia Concilia accedentes &
„ ſtantes in ipſis ſeu recedentes ab eiſdem, ne
„ ab aliis Deum non timentibus temerariis
„ injuriis infeſtentur & opprimantur violen-
„ tiis, & ne quibuſvis delinquendi aut exceſ-
„ ſus committendi pateat audacia, de oppor-
„ tuno & ſalubri remedio providere hujuſ-
„ modi necnon omnes alios & ſingulos alios
„ proceſſus, ſententias, & cenſuras adverſus
„ quarumlibet perſonarum Eccleſiaſticarum
„ vel ſecularium ad ſacra Generalia Concilia
„ venientium aut ſtantium in ipſis ſeu rece-
„ dentium ab eiſdem moleſtatores, pertur-
„ batores vel injuriatores authoritate Dei O-
„ mnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti
„ extendentes, omnes & ſingulos cujuſcum-
„ que dignitatis, gradus, ſtatus, vel condi-
„ tionis fuerint etiamſi Pontificali, Impe-
„ riali, Regali vel alia quacumque Eccleſia-
„ ſtica vel mundana præfulgeant dignitate,
„ quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas vel ſe-
culares

culares quæ ad hujuſmodi ſedem Apoſtoli- "
cam, Romanam Curiam hoc præſenti du- "
rante Concilio, vel ad ipſum, & quæcum- "
que alia Generalia Concilia venientes & "
ſtantes, in ipſis aut ab eis recedentes; te- "
meritate propria per ſe vel alium ſeu alios "
arreſtare, invadere, capere, detinere, in- "
carcerare, mutilare, occidere, aut bonis "
ſuis ſpoliare, vel injuriis affligere, ſeu ipſos "
ſic delinquentes, receptare, aut alias quo- "
modolibet impedire, ſeu ea perpetrantium "
facta & commiſſa, rata & grata habere vel "
eis dare auxilium, conſilium vel favorem "
publice vel occulte, directe vel indirecte "
præſumpſerint, in futurum ſimilibus ex- "
communicationis & Anathematizationis "
ſententiis innodamus, eo ipſo terras quo- "
que ipſorum & cujuſlibet qui in præmiſſis "
vel eorum aliquo tranſgreſſor vel contem- "
ptor fuerit, dum tamen uniuſcujuſque ſic "
tranſgreſſorum vel contemptorum ultra u- "
nam diœceſim non contineat, nec non o- "
mnia, civitates, villas, caſtra, oppida & quæ- "
libet alia loca in quibus hujuſmodi exceſſum "
patratores ſeu eorum receptatores vel ipſis "
conſentientes, faventes, aut dantes auxilium, "
conſilium vel favorem publice morabun- "
tur, nec non illa in quibus hujuſmodi perſo- "
næ quæ ſic temeritate propria detentæ fue- "
rint quamdiu extiterint in eiſdem memo- "
rata auctoritate Eccleſiaſtico ſupponimus "

Digitized by Google

„ interdicto. Quod ſi terra ejuſdem duas diœ-
„ ceſes vel amplius contineat, dominum do-
„ micilii principalis ipſius & illam etiam in
„ qua fuerit delictum commiſſum ſi ſua ſit,
„ & duas alias quæ ſub ipſo ſunt eidem loco
„ magis vicinæ interdicto ſubjacere volumus
„ ſupradicto, ac etiam omnes & ſingulos hu-
„ juſmodi excommunicationis & Anathema-
„ tizationis ſententiis ligatos in quibuſlibet
„ Eccleſiis in loco ubi tale delictum fuerit
„ perpetratum vel terris & locis propter hoc
„ interdictis magis convicinis ubilibet exi-
„ ſtentibus, omnibus diebus dominicalibus
„ & feſtivis pulſatis campanis & candelis ac-
„ cenſis publice nunciari, ac terras, civitates,
„ villas, caſtra, oppida, & loca Eccleſiaſtico
„ interdicto ſuppoſita, donec ipſi excommu-
„ nicati meruerint ab hujuſmodi ſententiis
„ beneficium abſolutionis obtinere, dictum-
„ que interdictum debuerit relaxari. Ita ta-
„ men quod nullis ex tranſgreſſoribus ac con-
„ temptoribus hujuſmodi, per alium quam
„ Romanum Pontificem vel ſacra Concilii
„ auctoritate poſſit (niſi duntaxat in mortis
„ articulo conſtitutus nec etiam tunc niſi de
„ ſtando mandatis Eccleſiæ ſatisfactione vel
„ ſufficienti cautione, ſi hæc commode face-
„ re poteſt, primitus præſtita) abſolvi, vel
„ interdictum hujuſmodi relaxari non poſſit.
„ Eos vero cujuſcumque dignitatis, ordinis,
„ ſtatus, aut conditionis fuerint, etiamſi Pon-
tificali

tificali dignitate præfulgeant, qui contra tenorem præſentium proceſſuum talibus vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere præſumpſerint, volumus, ſtatuimus, & decernimus ſimilibus excommunicationis & anathematizationis ſententiis fore innodatos eo ipſo: ipſiſque prædicationis, lectionis adminiſtrationis Sacramentorum & audiendi confeſſiones officium auctoritate interdicimus ſupradicta, inſinuantes tranſgreſſoribus & contemptoribus in prædictis, quod ſpiritualiter & temporaliter prout eorum requirent exceſſus & demerita gravius procedetur, non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus Apoſtolicis & quibuſlibet privilegiis, Indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, eiſdem tranſgreſſoribus & contemptoribus vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim à dicta ſede conceſſis, etiam quod ſuſpendi vel communicari aut eorum terræ dominia, civitates, villæ, caſtra, oppida, & alia loca interdici non poſſint, etiamſi de ipſis & eorum tenoribus eſſet in ipſis noſtris proceſſibus mentio ſpecialis facienda, quæ ne contra hujuſmodi ſententias & proceſſus quominus includantur in eis per ea valeant ſe terras, dominia, civitates, villas, caſtra, oppida & loca hujuſmodi tueri, quo ad hoc tollimus & penitus revocamus. In-

„ ſuper mandamus ut hujuſmodi præſens pro-
„ ceſſus ad communem omnium notitiam de-
„ ducatur, chartas ſive membranas proceſſus
„ continentes eoſdem in majori & S. Stepha-
„ ni Conſtant. Eccleſiarum valvis affigi, quæ
„ proceſſus ipſos ſuo quaſi ſonoro præconio &
„ patulo judicio publicabunt, ut prædicti
„ quos proceſſus concernent nullam poſſint
„ excuſationem prætendere, vel ignoran-
„ tiam allegare, quod ad eos proceſſus hujuſ-
„ modi non pervenerint vel ignoraverint eoſ-
„ dem, cum non ſit veriſimile remanere in-
„ cognitum quo ad ipſos, quod tamen paten-
„ ter fuit publicatum. Cæterum omnibus &
„ ſingulis Dominis Patriarchis, Primatibus,
„ Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæterorumque
„ locorum ordinariis præcipimus & manda-
„ mus, ut ipſi & eorum quilibet per ſe vel
„ alium ſeu alios ſub pœna excommunicatio-
„ nis, in quam ipſorum quemlibet qui man-
„ datorum noſtrorum hujuſmodi tranſgreſſor
„ & contemptor fuerit incurrere volumus ipſo
„ facto, præſentes noſtros proceſſus per eorum
„ aut chartarum vel membranarum ſeu tranſ-
„ ſumptorum continentium eoſdem, quibus
„ ſicuti noſtris proceſſibus tantam volumus fi-
„ dem adhiberi, in Eccleſiarum valvis ſeu aliis
„ locis affixionem publicent, & præfatos tranſ-
„ greſſores & contemptores hujuſmodi ex-
„ communicationis & Anathematizationis
„ ſententia legatos ac terras, civitates, villas
caſtra,

Digitized by Google

caſtra, oppida, & loca præfata hujuſmodi "
Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita, quam- "
primum ipſis vel eorum alicui de hoc legiti- "
me conſtiterit, tamdiu in Eccleſiis Domi- "
nicis, & aliis feſtivis diebus dum inibi ma- "
jor fuerit populi multitudo campanis pulſa- "
tis ac candelis accenſis & extinctis denun- "
cient, & interdictum hujuſmodi inviolabi- "
liter faciant obſervari per cenſuras Eccle- "
ſiaſticas, aut alia juris remedia, invocato "
ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecula- "
ris, donec ipſi tranſgreſſores & contempto- "
res meruerint ab hujuſmodi excommunica- "
tionis & Anathematizationis ſententiis ab- "
ſolutionis beneficium obtinere, dictumque "
interdictum merito debuerit relaxari, non "
obſtantibus omnibus ſupradictis ſeu ſi ali- "
quibus conjunctim vel diviſim à ſede prædi- "
cta indultum exiſtat, quod interdici, ſu- "
ſpendi vel excommunicari non poſſint per "
litteras Apoſtolicas non facientes plenam & "
expreſſam ac de verbo ad verbum de indul- "
to hujuſmodi mentionem. Datum Con- "
ſtant. pridie nonas Julii, Anno à Nativitate "
Domini M.D.XV. ſede Apoſtolica vacan- "
te, regnorum Sereniſſimi Principis D. Si- "
giſmundi Romanorum & Hung. Regis, "
videlicet Electionis quinto, Coronationis "
primo, Hungariæ vero XXIX. "

(ac ſi Apoſtolicarum litterarum) falſificato- “
res ſeu in falſificatione coadjutores, vel ſic “
falſificatis ſcienter utentes, ut in ſecunda “
hujus Sancti Concilii ſeſſione definitum eſt, “
debere per omnia puniri. “

Creatur Legatus Bononiæ.

ITem, quoniam urgens neceſſitas necdum “
perſuadet, verum & ob plurimas, legiti- “
mas & approbatiſſimas urget rationes, poſt “
crebras & maturas diſcuſſiones ſtatuit & de- “
clarat ad Civitatem Bononiæ Apoſtolicæ “
ſedis Legatum & Eccleſiæ Vicarium, fore “
tranſmittendum dilectum Eccleſiæ filium “
Federicum, Sancti Angeli Diaconum, Car- “
dinalem Sanſeverinum, juxta infraſcripta- “
rum Synodalium litterarum formam & te- “
norem qui in his ſequitur. “

Litteræ Bononienſis legationis.

SAcroſancta Generalis Synodus Piſana U- “
niverſalem Eccleſiam repræſentans, ad “
extirpationem hæreſum & errorum, nec- “
non ad ipſius Univerſalis Eccleſiæ in capite “
& in membris debitam reformationem pa- “
cemque & concordiam Chriſtianorum, bel- “
lumque contra Infideles pro recuperatione “
quatuor Eccleſiarum Patriarchalium in- “
ſtaurandum, in Spiritu Sancto legitime “
congregata, & ad tempus Mediolanum “
tranſlata, dilecto Eccleſiæ filio Federico “
Sancti “

Digitized by Google

,, Sancti Angeli, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
,, Diacono, Cardinali Sanſeverino, Apoſto-
,, licæ ſedis Legato, Civitatis Bononienſis,
,, in ſpiritualibus, & temporalibus nomine
,, noſtro, & Sanctæ Matris Eccleſiæ Vicario
,, generali, ad infraſcripta Commiſſario de-
,, putato, Salutem & Omnipotentis Dei be-
,, nedictionem. In pacis auctore hæc Sancta
,, Synodus congregata cum univerſi populi
,, Chriſtiani pacem, & tranquillitatem exo-
,, ptans, per diverſas mundi partes ad procu-
,, randum ea quæ pacis ſunt ſcandalis obvian-
,, dum ſuæ ſolicitudinis opus impendere deſi-
,, deret, Eccleſiæ proprium patrimonium ob
,, hoc procurandæ pacis & tranquillitatis ſtu-
,, dio expers nullatenus eſſe decuit: quinimo
,, ipſum debet ſpecialis intuitus cura favere.
,, Cum itaque ad ipſius ſacræ Synodi notitiam
,, Civium Bononienſium, & aliorum fide di-
,, gnorum ſit relatione deductum, quod Ci-
,, vitas ipſa Bononienſis, quæ Sanctæ Roma-
,, næ Eccleſiæ ſemper fidelis, & obſequens
,, fuit reperta, certis tamen urgentibus ratio-
,, nibus & cauſis neceſſariis Legatum, aut Vi-
,, carium, per Summum Pontificem ad ipſius
4 regimen, conſtitutum excluſerit, & alium
,, denuo deſtinatum recuſaverit & recuſet ad-
,, mittere & recipere, ob crudelitatem & ſæ-
,, vitiam aliorum Legatorum à quibus Civitas
,, ipſa, prout aſſeruerunt, injuſte & immani-
,, ter regebatur: ſit tamen & ſemper fuerit
inten-

Digitized by Google

intentio Civitatis & populi Bononienſis, "
ipſam Eccleſiam Roman. & Sedem Apo- "
ſtolicam recognoſcere , debitamque obe- "
dientiam & ſubjectionem ei tam in tempo- "
ralibus, quam in ſpiritualibus præſtare vel- "
le: ob tamen dictam recuſationem, quam "
juſtiſſimam aſſeruerunt, Pontifex ipſe gra- "
viore ira commotus nullo juris aut æquita- "
tis ordine ſervato clavibus Sanctæ Matris "
Eccleſiæ, iracundiæ calore abutendo præ- "
dictam civitatem inſolito more Eccleſiaſti- "
co ſuppoſuit interdicto, cum interminatio- "
nibus, & maledictionibus ab Eccleſia inſo- "
litis & execrabilibus, nullo nocentium & "
innocentium habito diſcrimine multos di- "
ctæ civitatis, ſine cauſæ cognitione excom- "
municatione, & aliis infinitis cenſuris illa- "
queando: dictam civitatem & populum e- "
juſdem multipliciter gravando, & de his "
non contentus eandem civitatem dura obſi- "
dione cum maxima armatorum copia vallari "
faciendo, totumque Bononienſe territo- "
rium acerrimis opprimendo & devaſtando. "
Ad hanc igitur ſanctam Synodum tanquam "
ad ubera piæ Matris Eccleſiæ conqueren- "
tes & vehementer querelantes, juxta ipſius "
præceptum & doctrinam de ſcandalis gra- "
vioribus dandis Eccleſiæ recurſum habue- "
runt, humiliter ſupplicantes de remedio ſi- "
bi provideri opportuno, offerentes nihilo- "
minus debitam & ſolitam in temporalibus "
&

„ & Spiritualibus Romanæ Eccleſiæ obedi-
„ entiam, huic ſacro Concilio nomine ipſius
„ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præſtituros eam-
„ dem Sanctam Synodum enixe & per viſcera
„ miſericordiæ Domini noſtri ſupplices oran-
„ tes, ut dignaretur in filios obſequentes Ec-
„ cleſiæ ipſos ſuſcipere & Sanctiſſimum Do-
„ minum noſtrum ut ab armis deſiſtat ſuade-
„ re, & eoſdem charitativa in domino dile-
„ ctione tractare, & quo d nihilominus place
„ ret dictæ Sanctæ Synodo de beneficio re-
„ laxationis dictarum gravium cenſurarum ad
„ conſolationem animarum interim ad tem-
„ pus providere: nec non legatum pro re-
„ gimine & conſervatione Civitatis & lega-
„ tionis ejuſdem tranſmittere, offerentes
„ cum deputatum à Pontifice omnino recu-
„ ſent, eumdem more ſolito interim tam in
„ temporalibus quam in ſpiritualibus recipe-
„ re. Cum igitur Sancta Mater Eccleſia nulli
„ claudat gremium redeunti, nimia ſeveritas
„ & excedens rigor ſæpius in regimine Civi-
„ tatum plus officiat quam proficiat (quoniam
„ qui nimium emungit, ut inquit ſapiens,
„ elicit ſanguinem) officiique hujus Sactæ
„ Synodi Univerſalem Eccleſiam repræſen-
„ tantis ſit bella, diſcordias & imminentia
„ pericula & ſcandala ſcuto Sanctæ Eccleſiæ
„ propulſare, inordinatoſque, ſi qui ſint, ſu-
„ periorum affectus reprimere: poſſitque Sy-
„ nodus ipſa etiam de reſervatis ſummo Pon-
tifici

tifici in caſu neceſſitatis,& præcipue quando periculum ſit in mora, & per eum commode provideri non poſſit, maxime ad honorem & ſecuritatem Eccleſiæ conſulere & providere, & quum acceperit à viris fide dignis, notoriumque exiſtat præſidia dictæ civitatis ad reſiſtendum uſque ad ſanguinem ipſi Pontifici & legato ejus, nec non in dicti Pontificis armigeros ad arma & effuſionem ſanguinis Chriſtiani velle prorumpere, ex quo poſſent ingentia mala (prout & grandia imminent ipſi Civitati & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ pericula) provenire, ſi Civitas ipſa expugnaretur, vi caperetur, & conquaſſaretur aut ſi abſque obedientia legati Sedis Apoſtolicæ ſeipſam tueretur & in milites Pontificis cum Chriſtiani ſanguinis effuſione atrociter procederet, poſſentque fortaſſis jura Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ex dictis occaſionibus deperire. Igitur ex his & aliis neceſſariis & urgentiſſimis rationibus, juſtiſque qualitatibus & circumſtantiis, (quæ ipſam Synodum poſt longas juris & movent, paciſque univerſalis & conſervationis ſanguinis Chriſtiani tollenda obſtacula & pericula ac ſcandala evitanda) quibus Synodus ipſa maxime inſiſtere intendit, & ad hoc pro magna parte congregata exiſtit, prout ejus officium poſtulat, habita diligenti informatione ſuper præmiſſis & facti notorietate attentâ,

veri-

„ veriſimilibuſque rationibus conſideratis,
„ dubitandumque ſit nimis grave diſpendium
„ ſi forte (quod avertere dignetur Altiſſimus)
„ Eccleſia perderet illud tam nobile patrimo-
„ nii ſui membrum aut guerrarum inquietu-
„ dine turbaretur : hæc Sancta Synodus hu-
„ juſmodi periculis & ſcandalis imminentibus
„ cupiens obviare, Civitatemque ipſam ac le-
„ gationem Bononienſem in pace ac quiete
„ pro ſtatu Romanæ Eccleſiæ conſervare at-
„ que favere, uſquequo cum ſummo Pontifi-
„ ce per ipſam Sanctam Synodum, vel aliquem
„ ejus nomine habito pleniori tractatu fuerit
„ aliter ordinatum (attenta maxime quod
„ propter locorum diſtantiam & diſcrimina
„ viarum non poteſt facile haberi tutus recur-
„ ſus ad dictum Summum Pontificem & peri-
„ culum ſit in mora & alias patres in Conciliis,
„ ut minori ſcandalo obviarent, ſimilia feciſſe
„ legantur) eamdem civitatem nec non omnia
„ jura Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in dicta Ci-
„ vitate & legatione Bononienſi ad manus
„ Concilii pro pace & jurium Sanctæ Roma-
„ næ Eccleſiæ conſervatione (quouſque cum
„ Pontifice Civitas ipſa concordetur) redegit
„ atque reduxit, prout tenore præſentium
„ redigit & reducit : exhortando per viſcera
„ miſericordiæ Dei noſtri Sanctiſſimum Do-
„ minum noſtrum Papam & omnes alios ei-
„ dem in hoc adhærentes, ſimiliter & ipſos
„ Bononienſes & illis faventes & nihilominus
præ-

prædictis auctoritatibus monendo, ut ab “
armis deſiſtant, & concordia vel juſtitia fi- “
nem ſuis controverſiis imponant: offerens “
Sancta Synodus quacumque via concordiæ “
vel juſtitiæ omnes ſuas partes pro viribus in- “
terponere. Te igitur Federicum, dilectum “
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ filium, Sancti “
Angeli Diaconum; Cardinalem Sanſeve- “
rinum, nobilitate generis præditum, in “
arduis Romanæ Eccleſiæ negotiis diuturna “
experientia comprobatum, & alias per A- “
poſtolicam Sedem ad hoc legationis offi- “
cium deputatum, ejus Sanctæ Sedis Apo- “
ſtolicæ legatum, pro Sancta Synodo ac U- “
niverſali Eccleſia Vicarium ad honorem Dei “
& Sanctæ ipſius Matris Eccleſiæ ad dictam “
Civitatem & legationem Bononienſem, il- “
liuſque regimen, & adminiſtrationem, ad “
beneplacitum Sanctæ Synodi, vel quouſque “
cum ſummo Pontifice fuerit aliter concor- “
datum, duxit creandum, nominandum, “
deputandum, & publicandum, prout te- “
nore præſentium creat, nominat, deputat, “
& publicat, omnemque in eiſdem juriſdi- “
ctionem, merum & mixtum Imperium per “
te vel alium ſeu alios exercendi, officiales “
amovendi, etiamſi Pontificali præfulgeant “
dignitate, & alios vel eoſdem inſtituendi; “
juramenta ſeu promiſſiones recipiendi, quaſ- “
cumque pecunias, fructus, proventus, red- “
ditus, & emolumenta in ipſis civitate & le- “

„ gatione ratione juris Papalis, vel Sanctæ Ro-
„ manæ Eccleſiæ, aut quocumque jure vel ti-
„ tulo pro tempore præterito, præſenti & futu-
„ ro Cameræ Apoſtolicæ debitas & debita aut
„ debenda recipiendi & exigendi, ac recipi
„ & exigi & faciendi : de quorum tamen per-
„ ceptione compotum & reliqua tempore &
„ loco reddere tenearis, ſtipendiis Bononien-
„ ſib. Legatis ac aliis Officialibus & impenſis
„ neceſſariis dari & percipi ſolitis deductis,
„ reſiduo vero quod Cameræ Apoſtolicæ ad
„ partem aſſignari conſuevit, quouſque cum
„ ſummo Pontifice concordetur, reſervato :
„ contradictores quoſlibet vel inobedientes
„ cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis compeſcendo
„ remediis opportunis, & ſpecialiter cum po-
„ teſtate admittendi & ſuſcipiendi ſubjectio-
„ nem & obedientiam tam in temporalibus,
„ quam in ſpiritualibus, ex parte hujus Sacri
„ Generalis Concilii Piſani, Mediolanum ad
„ tempus tranſlati nomine S. R. E. prout Bo-
„ nonienſes tempore ſuperiorum Romano-
„ rum Pontificum de jure vel conſuetudine
„ exhibere conſueverunt & debuerunt : &
„ cum ſpeciali poteſtate ut hac obedientia
„ præſtita & factis aliis de jure requiſitis rela-
„ xandi vel ſuſpendendi interdictum ad tem-
„ pus & quaſlibet cenſuras ſecundum quod de
„ jure fieri vel æquitas tibi ſuadere videbitur :
„ & generaliter ad præmiſſa omnia & ſingula
„ omnimodam facultatem & poteſtatem,
quam

Digitized by Google

quam Sacroſancta Synodus in præmiſſis habere dignoſcitur tibi conceſſit conceditque ſerie præſentium & impartitur (licet hic ſpecifice non exprimantur) mandans tibi in virtute ſanctæ obedientiæ quatenus curam & regimen prædictum humeris tuis impoſitum reverenter ſuſcipias & diligenter ac fideliter exequaris utilitatem publicam tranquillitatemque & pacificum ſtatum illius Civitatis & legationis ſic ſollicite procurare ſtudeas : ipſumque regimen & adminiſtrationem pro modo tuæ ſapientiæ ſic utiliter gerere ut apud Deum æternæ vitæ merita & apud homines fama tuæ laudis & gloriæ ſuſcipiant incrementa, de quibus omnibus publica recipi facias inſtrumenta eaque huic Sacro Concilio tranſmittere non poſtponas. Mandat omnibus inſuper Officialibus, Civibus, incolis, & habitatoribus dictæ Civitatis & legationis Bononienſ. nec non caſtrorum Capitaneis Baylis & aliis Officialibus quibuſcumque quovis nomine cenſeantur, & aliis univerſis quatenus tibi & per te deputatis Officialibus ad regimen eorumdem & nulli alteri pareant, obediant, & intendant, quibuſcumque promiſſionibus, juramentis, obligationibus & aliis quibuſcumque diſpoſitionibus non obſtant. Hæc namq; Sancta Synodus omnium quorumcumque obviantium prædictis vim & effectum auctoritate præſentium ſuſpendit, & quic-

quid rite & recte per te ſpecialiter & temporaliter geſtum & ordinatum, actum vel ſententiatum fuit aut proviſum, hoc Sancta Synodus ratum & gratum habebit, & faciet auctore domino inviolabiliter obſervari. Datum in ſeſſione publica ejuſdem Sanctæ Synodi, in Eccleſia majori Mediolanenſ. die Mercurii undecima menſis Februarii anno à Nativitate Domiui M. D. XII.

His lectis, ſcrutatores interrogarunt omnes & ſingulos Patres ſi promulgata placebant, qui reſponderunt *placent*. Magnifici Domini Jacobus Oliverius Regius Mediolani Cancellarius, Franciſcus Tavellus & Joannes Falco Juriſconſulti, & ubi ſupra Regii Conſiliarii ac Senatores, prædictis omnibus & ſingulis teſtes rogati interfuerunt, Promotoreſque Sacri Concilii ac fiſcales Procuratores requiſiverunt Dominos Protonotarios & Notarios ut de ipſis publicum & publica conficerent inſtrumenta.

SEXTA SESSIO.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Die Mercurii XXIV. Martii, Anno Dominicæ Nativitatis M.D. XII. indictione XV. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Julii Papæ ſecundi, anno nono celebrata eſt ſexta hujus Sancti Concilii

lii

Digitized by Google

lii ſeſſio, in cathedrali Mediolanenſi Eccleſia “
præſidente Reverendiſſimo in Chriſto pa- “
tre, Domino Cardinale S. Crucis Revend, “
in Chri. pater Dominus Franciſcus de Ro- “
hano, Lugdunenſis Archiepiſc. & Gallia- “
rum Primas Miſſarum ſolennia de Sancto “
Spiritu celebravit. Decantato II Euange- “
lio, *Arborem fici habebat quidam plantatam in* “
vinea ſua. Luc. 13. quod legi conſuevit Ro- “
mano more Sabbatho quatuor temporum, “
in menſe Septembri, Venerabilis Magiſter “
Guillelmus de Quercu, Theologiæ Do- “
ctor, unus ex Oratoribus almæ univerſita- “
tis Pariſienſis, aſſumpto themate, *Chriſtus* “
dilexit Eccleſiam ut aſſumeret ipſe ſibi glorioſam “
non habentem maculam aut rugam. Epheſ. 5. “
coram Synodo de Chriſto & Eccleſia pero- “
ravit. Tractavit de dilectione Chriſti erga “
Eccleſiam, declerando perfectionem ho- “
minis in primo ſtatu & remedia ipſi homini “
poſt lapſum exhibita per figuras & auctori- “
tates. Dixit deinde de interiori exteriori- “
que Eccleſiæ ornatu, ac de vitiis contariis “
in generali & in capite & in membris, de- “
monſtravitque permulta argumenta, præ- “
ſertim per Piſani moderni Concilii divinum “
munus hodie mortalibus conceſſum appa- “
rere quod Chriſtus diligit Eccleſiam nec “
eam deſerit aut deſeret uſque in finem ſecu- “
li, juxta ipſius Domini in Euagelio pro “
miſſionem. Sermone finito decantatoque “

„ Hymno, *Veni creator Spiritus*, fiſcales ipſius
„ Sancti Concilii Procuratores conſedentibus
„ patribus in Pontificalibus accuſarunt con-
„ tumaciam Sanctiſſimi Domini noſtri Julii
„ ſecundi in hæc verba.

Schedula Accuſationis contumaciæ Domini Papæ factæ primum in generali congregatione.

„ REverendiſſimi Reverendique Patres, &
„ Domini metuendi, Sacroſanctum Pi-
„ ſanum Concilium in Domino celebrantes:
„ Quoniam anno nuper elapſo milleſimo
„ quingenteſimo undecimo de menſe Maji,
„ hoc Sanctum Concilium fuit legitime in-
„ dictum, & Sanctiſſimus Dominus noſter
„ Julius II. Papa modernus, ut ad illud ho-
„ norandum & approbandum vel per Lega-
„ tos accederet, fuit per viſcera miſericordiæ
„ Dei noſtri humiliter à Patribus, ipſius
„ indictionis executoribus, exoratus, & re-
„ quiſitus ac monitus, ut per ſchedulas dictæ
„ indictionis ſeu executionis circumquaque
„ per orbem jamdudum tranſmiſſas, diffuſas
„ & publicatas, nullamque penitus ignoran-
„ tiam admittentes apertiſſime conſtat: poſt-
„ que ipſum actu congregatum Concilium,
„ hæc Sancta Synodus dum Piſis in Domino
„ reſideret, deſtinatis Oratoribus eidem Do-
„ mino noſtro ad eligendum unum ex decem
„ locis vel ad alia per eum decem Imperialia

loca

loca nominandum, quadraginta dierum "
ſpatium ex Synodali benignitate indulſit, "
quibus Oratoribus non ſolum petendi Ro- "
manam Curiam non eſt ſalvus conductus ab "
ipſo Domino noſtro conceſſus, ſed & eorum "
legalis nuncius ad hoc è Florentia miſſus "
minis ab Urbe fugam arripere eſt compul- "
ſus, it publico ad quod nos referimus con- "
ſtat inſtrumento. Et ipſa inſuper Sancta "
Synodus cupiens vincere in bono malum, "
poſt plures dies à dicto termino poſtquam "
ad inclytam hanc Mediolani civitatem ad "
tempus eſt tranſlata, ad majorem ſui juſti- "
ficationem ad eligendum adhuc ſeu nomi- "
nandum unum ex prænominatis locis trigin- "
ta dierum intervallum in quarta nuper elapſa "
ſeſſione quæ quarta die jam præteriti menſis "
Januarii fuit, per decretum prænominato "
Domino noſtro gratioſe conceſſit. Et cum "
ad ipſum ſummum Pontificem tutus non "
daretur acceſſus, & requiſitionem aliquam "
ſeu citationem ad ſe pervenire non patiatur, "
per affixas hujus Mediolanenſis, & Floren- "
tinæ Eccleſiarum valvis impreſſas, & au- "
thenticas ſchedulas de quarum affixione per "
Notarios & hujus Sancti Concilii curſores "
eſt facta relatio, decretum & conceſſionem "
hujuſmodi publicavit: quæ quidem publi- "
catio veriſimiliter ad aures ipſius Domini "
noſtri & certam notitiam pervenire potuit "
& debuit: dictaſque omnes exhortationes, "

Digitized by Google

„ requiſitiones, & benignas ac gratuitas con-
„ ceſſiones nedum ſurda aure pertranſivit, ſed
„ & quod non ſine gravi dolore referimus,
„ contra hoc Sanctum Concilium ejuſque in-
„ dictores ſeu executores ac ſuppoſita quibuſ-
„ dam aſſertis interdictis, cenſuris, privationi-
„ bus ac inhabilitationibus re vera eo ipſo nul-
„ lis & irritis ac per ipſum Sanctum Concilium
„ annullatis & irritatis, necnon inſidiis ac mili-
„ tari manu in ejus ſubverſionem aperte ma-
„ chinatus eſt, machinarique non deſiſtit, jam-
„ dudumque quadraginta, noviſſimeque tri-
„ ginta præfatorum dierum termini expira-
„ runt, nec de promiſſorum acceptatione &
„ impletione aut per ſe aut per nuncios itidem
„ & de ſuo adventu, ſeu ſegatorum deſtinatio-
„ ne idem Dominus noſter hanc Sanctam Sy-
„ nodum aliquatenus certificavit, nec de præ-
„ ſenti certificat, ſed potius & ejus legitimæ
„ indictione in Spiritu Sancto congregationi
„ monitiſque, decretis ac conceſſionibus præ-
„ miſſis & in eis contentis in maximum uni-
„ verſalis Eccleſiæ detrimentum, Chriſtiano-
„ rum ſcandalum, atque hujus Sanctæ genera-
„ lis Synodi Piſanæ Catholicam Eccleſiam re-
„ præſentantis vilipendium, contumaciter ſa-
„ tisfacere contemnit. Idcirco nos Joannes
„ Ambroſius Bultraſius, & Franciſcus Beza-
„ rillus, I. V. Doctores hujus S. Concilii Pro-
„ motores, & fiſcales Procuratores ex incum-
„ benti nobis officio producentes præfatas re-
qui-

quiſitiones, monitiones, executiones, & re- "
lationes per inſtrumenta publica confectas, "
inhærenteſque aliis contumaciis per nos ac- "
cuſatis in prima ſeſſione Piſis celebrata, & in "
pluribus generalibus hujus Sanctæ Synodi "
congregationibus, una cum proteſtationi- "
bus negligentiæ ac retinentiæ ipſius, præ- "
ſertim contumaciæ accuſatæ in generali "
congregatione facta die Mercurii IV. Feb. "
proxime præteriti, coram hac Sacroſancta "
Synodo ejuſdem Domini noſtri contuma- "
ciam iterum accuſamus, debitaque cum "
inſtantia humiliter requirimus, quatenus "
eundem Dominum Julium contumacem in "
hoc prout eſt, declarare, ejuſque facultatis "
ulterius non exiſtere eligendi ſeu nomi- "
nandi, eadem loca decernere ac ipſius con- "
tumacia & inhabilitatione exigentibus ad "
ulteriora, prout Spiritus Sanctus dabit & "
ordo juris, & rationis exigit, procedere "
dignetur. Rogamuſque atque requirimus "
per vos Dominos Protonotarios, & Nota- "
rios ſuper hujuſmodi requiſitione, contu- "
maciæ accuſatione, & aliis ſupradictis pu- "
blica confici inſtrumenta. Præfata vero ac- "
cuſata contumacia Reverendi Patres Do- "
mini Egidius Cathelanenſis, & Ludovicus "
S. Florii Epiſcopi, induti Pontificalibus de "
mandato Sacroſanctæ Synodi, in gradibus "
ante majus altare proclamarunt trina vice, "
Eſtne hic Sanctiſſimus Dominus Papa Ju- "

" lius II. aut aliquis qui compareat nomine
" ipſius: idem procedentes ad medium tem-
" pli, deinde ad valvas ipſius egerunt, nul-
" loque comparente coram Reverendiſſ.
" Preſidente id retulerunt.
" Tunc Reverendus Pater Dominus Za-
" charias Abbas Subaſ. mandato Patrum emi-
" nentem thalamum aſcendens alta & intel-
" ligibilii voce infra ſcripta pronunciavit, &
" promulgavit decreta.

" IN nomine Sanctæ & individuæ Trini-
" tatis, Patris, & Filii, & Spiritus San-
" cti, Amen.
" Sacroſancta generalis Synodus Piſana in
" Spiritu Sancto legitime congregata, Ca-
" tholicam Eccleſiam repræſentans, & Me-
" diolanum ad tempus tranſlata ordinat, de-
" cernit, definit, ac declarat infra ſcripta.
" Inprimis admonet hæc Sancta Synodus,
" ut omnes Sacrum Concilium celebrantes
" omnem gravitatem, & honeſtatem quæ
" viros Eccleſiaſticos decet, diligenter ob-
" ſervent: vitam & converſationem exem-
" plarem ducant, & cum ad dandam legem
" toti orbi conveniant, ipſi prius in ſe legem
" demonſtrent. Sint eorum mores ſine ma-
" cula & ruga, exhibeant ſe tanquam ſpecu-
" lum mundum, in quo alii ſe ſpeculantes
" normam & exemplum ſanctimoniæ acci-
" piant. Meminerint ſe eſſe ſal terræ: in quo
" opus eſt ut nunc ſaliatur mundus. Sint ſales

juxta

juxta præceptum Domini ut lumen eorum luceat coram hominibus, ut videant bona opera ipſorum & glorificent patrem qui in cœlis eſt. Ipſis, inquit Apoſtolus in perſona Timothæi, eſto exemplum fidelium in verbo, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Ipſis igitur neceſſaria eſt bona conſcientia propter ſeipſos, bona fama propter proximos.

Et quantum ad conſcientiam attinet unuſquiſque eam ſæpe examinet & mundet quantum fieri poteſt ab his omnibus quæ Divinam Majeſtatem offendunt, qui ſacerdotes ſunt ſæpe celebrent, alii vero ſæpe confiteantur. Hoc enim plurimum valebit ad gratiam Domini impetrandam, alioquin ſi iniquitatem conſpexerint in cordibus eorum non exaudiet Dominus, & oratio peccatoris fiet execralis.

Et quoniam opera quæ hoc Sacrum Concilium proſequitur nimis grandia ſunt quæ quidem viribus humanis nullatenus effici poſſunt, neceſſario ad Dominum recurrendum eſt orationibus, eleemoſynis, & jejuniis. Quilibet igitur de Concilio ſingulis diebus ſaltem aliquam brevem orationem ad Deum porrigat pro ſucceſſu & proſperitate hujus Sacri Concilii. Mandat etiam hæc Sancta Synodus, ut ſingulis feriis quintis quamdiu durat tranctatus re-reformationis Eccleſiæ, in majori Eccleſia

cele-

„ celebretur Miſſa de Spiritu Sancto cum
„ Orationibus ad hoc inſtitutis in qua omnes
„ de Concilio interſint. Ea autem die, nec-
„ non diebus Dominicis, & aliis diebus ſo-
„ lemnibus quibus præſente Concilio Miſſæ
„ celebrantur, quilibet de Concilio offerat
„ in gazophylacio ſaltem unum æs minutum
„ argenteum. Hoc modo, quod duo Cur-
„ ſores cum pixidibus alter ab uno latere
„ chori, alter ab alio inter Miſſarum ſolemnia
„ recipiant quicquid à ſuppoſitis Concilii
„ offertur. Poſt Miſſam vero Promotores Con-
„ cilii diſtribuant hujuſmodi oblationes pau-
„ peribus.

„ Eandem Miſſam de Spiritu Sancto,
„ quinta Feria Sancta Synodus mandat ſolen-
„ niter celebrari in qualibet Eccleſiæ Col-
„ legiata, & conventuali hujus civitatis.
„ Mandat etiam tam ſuppoſitis Concilii cele-
„ brantibus, quam aliis ſacerdotibus in hac
„ civitate exiſtentibus, ut in Miſſis dicant
„ aliquam orationem pro pace & unitate Ec-
„ cleſiæ.

„ Ut negotia quæ in ſacris deputationibus
„ Concilii & generalibus congregationibus
„ aguntur, Deus oculo pietatis aſpiciat & pro-
„ ſperari faciat, & qui illa tractant ad ipſas de-
„ putationes devoti accedant: quælibet de-
„ putatio antequam incipiatur audiat in com-
„ muni Miſſam in loco quem ordinaverint,
„ & ibidem omnes de deputatione curent in-

ter-

tereſſe, niſi forſitan aliqui ſint celebrantes.

Tempore divinorum non fiant invicem collocutiones & confabulationes, & nec lectiones niſi forſan in libro Miſſali: ſed quilibet vel oret vel contempletur quæ aguntur & dicuntur in Miſſa.

Et quoniam inquit Tobias, *bona eſt oratio cum eleemoſyna & jejunio*, quilibet de Concilio ſaltem ſemel in hebdomada Feria ſexta vel alia jejunet & ſicut Moyſes antequam legem mereretur accipere, jejunavit, ita & nos legem reformationis à Domino recepturi & tradituri mundo, facere curemus.

Qui autem jejunare non poteſt det pro arbitrio ſua aliquam eleemoſynam. Aliis autem diebus quilibet in menſa ſua ſervet ſobrietatem, moderationemque ciborum, etiamſi hoſpites adſint qui non multitudine aut reprehenſibili varietate ferculorum, ſed modeſtia & competenti refectione honorentur.

Prælati in menſis ſuis ſtudeant ſervare decretum Toletanum quod eſt tale: pro reverentia Dei, & ſacerdotum id univerſa conſtituit Synodus, ut quia ſolent crebro menſis otioſæ fabulæ interponi, in omni ſacerdotali convivio divinarum ſcripturarum lectio miſceatur: per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.

Quælibet etiam Eccleſiaſtica perſona antequam

„ tequam cibum ſumat menſam benedicat, & „ poſt reformationem orationes ab Eccleſia „ inſtitutas dicere non negligat.

„ Caveant ſuppoſita Concilii ad tollendas „ tentationes & murmurationes ne convivia „ vel ſuſpecta commercia cum mulieribus ha- „ beant.

„ Suppoſita Concilii à verbis detractoriis, „ contentioſis, ſcurrilibus & male ædifican- „ tibus caveant, quilibetve accurate ſtudeat „ ne factis vel verbis proximum ſcandalizet „ in via, quilibet incedat pudicis oculis cum „ modeſtia & gravitate. Ad loca minus ho- „ neſta non vadat nec ad ſpectacula publica, „ choreas, ludos, haſtiludia, torneamenta, „ & alia hujuſmodi.

„ Veſtimentis utantur ut Sacri Canones in- „ ſtituunt, abſtineant à coloribus à jure pro- „ hibitis, veſtimenta deſerant talaria & tam „ retro quam à lateribus & deſuper clauſa. „ Nullus portet annulum niſi cui competit ex „ officio dignitatis & unum duntaxat vel „ duos, tonſuras deferant ſuis ordinibus con- „ gruentes, & capillos ita tonſos quod aures „ pateant.

„ Et ne Prælati in multudine ſed honeſtate „ familiæ gloriari videantur, curent inceden- „ do per viam quanto pauciores poſſunt con- „ ducere familiares Patriarchæ VIII. Archie- „ piſcopi VI. Epiſcopi IV. Abbates duo ante „ ſe præire contenti ſint.

Et

Et quia qualis paterfamilias ita & domeſtici ejus, curandum eſt ut non ſolum Patres de Concilio ſed eorum familiares decentem honeſtatem ſervent. Quilibet igitur familiares ſuos ſæpe admoneant, ne quid reprehenſibile aut ſcandaloſum publice vel occulte perpetrare audeant, hujuſmodi familiarium veſtes non ſint breves genu, nec diverſorum colorum, nec cum ſciſſuris aut frapis ſeu rechamaturis, nec deferant catenas vel alia ornamenta aurea vel argentea, nec cincturas exceſſive ſumptuoſas. Sint eorum caligæ unius coloris, nec daguas ſeu cultellos ultra longitudinem unius palmi deferant, præter palefrenarios: quum dominos ſuos comitabuntur.

Nemo de ſuppoſitis Concilii ludat aut familiares ſuos ad taxillos vel alios ludos inhoneſtos ludere patiatur. Non permittant à familiaribus ſuis per Civitatem ſe cum avibus aſſociari.

Familiares Dominorum de Concilio beneficiati vel in ſacris conſtituti clericaliter incedant & non laicaliter.

Omnes religioſi exiſtentes in hoc loco Sacri Concilii portent habitus ſuarum religionum in colore, valore, longitudine & amplitudine & cum incedunt per Civitatem veſtes deferant ſuperiores juxta inſtitutiones ſuorum ordinum.

Ne in hoc loco Sacri Concilii religioſi ſine

ſine cauſa vagari præſumant: teneantur ſta-tim poſt primam diem adventus ſui præſen-tare ſe ſuperioribus ſuis, vel eorum Vicario aut Procuratoribus, & qui his non habue-rint ſuperiores vel eorum vicarios, præſen-tent ſe generali Præſidenti: & ſi abſque cau-ſa legitima huc advenerint, remittantur ad eorum monaſteria, & ſi, ut dictum eſt, præ-ſentare ſe aut ad monaſteria reverti contem-pſerint, de mandato prædictorum ſuperio-rum ſuorum vel Præſidentis per ſoldalnum carceri mancipentur.

In congregatione generali ac ſacris de-putationibus ſervetur debita modeſtia in loquendo. Nullus alium maledicat, aut contumeliis laceſſat. Unuſquiſque de alio honeſte & reverenter loquatur, præſertim minores de majoribus, nemo alium loquen-tem interrumpat, uno loquente ſilentium ſervent cæteri: quilibet proferat votum ſuum libere, cum modeſtia tamen ad nemi-nem niſi ad ſolum Deum reſpectum habens. Nemo humana affectione ſeu paſſione mo-veatur. Animadvertant Patres de Concilio verba illa quæ ſcribuntur in Paralipome-non. *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium ſed Domini, & quodcumque judicaveritis in vos redundabit, ſit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite.* Me-minerit ergo quilibet juramenti in rece-ptione ſua ad ſacrum Concilium præſtiti,

vide-

videlicet quod ſalubre conſilium dabit ſe- “
cundum Deum & conſcientiam ſuam. In “
hoc loco ubi de communi totius Chriſtiani “
populi ſalute agitur omnis culpa minima “
maxima eſt, & in diſtricto Dei judicio ſeve- “
riter plectenda. Studeant Concilii ſuppo- “
ſita pacem & unitatem, quam mundo dare “
procurant, inter ſe prius cuſtodire, ſint “
unum in Domino idipſum ſentientes o- “
mnes. Non ſint inter eos ſchiſmata, con- “
tentiones & æmulationes. Servent ſuper o- “
mnia fraternam concordiam: quia, ut inquit “
Dominus, *omne regnum in ſe diviſum deſolabi-* “
tur, & domus ſupra domum ruet. Nemo ſuſcitet “
odium & rancoris fomenta quin potius ex- “
tinguat: alter alteri ſi forte ſe offenſum pu- “
tet, ignoſcat, & hoc eſt *alter alterius onera* “
portare, & adimplere legem Chriſti. Nemo “
juxta juramentum ſuum vota ſingulorum “
revelet unde veriſimile odium ſequi poſſit. “

Hujuſmodi vero ordinationes & exhor- “
tationes quilibet Præſidens per ſuppoſita “
ſuæ deputationis obſervari faciat, inqui- “
rendo diligenter an quiſquam tranſgredia- “
tur. Tranſgreſſores autem charitative cor- “
rigat, & ſi ſe non emendant adhibeat cum “
conſilio aliquorum de majoribus ſuæ depu- “
tationis efficax & optimum remedium. Pro- “
motores etiam Concilii hujuſmodi tranſ- “
greſſores inquirant, & ſuæ deputationis de- “
ferant Præſidenti. “

Digitized by Google

„ Quilibet Præſidens deputationis in principio ſuæ præſidentiæ prædicta omnia in ſua deputatione legi faciat, ut ſupervenientibus innoteſcant. Præſidens autem Concilii deputet aliquos qui ſolicitent cives, ut ea quæ pro honeſtate Civitatis inſtituta ſunt executioni demandentur, & debite cuſtodiantur. Admoneatur quoque Antiſtes Civitatis aut ejus Vicarius & Officialis, ut prædicta clero ſuo intiment, & quæ illos tangunt inviolabiliter obſervari faciant, & deinde ad alias reformationes, dante Domino, procedetur.

De modo procedendi in Concilio per deputationes, Congregationes & Seſſiones.

„ PRimo ergo ordinentur quatuor ſacræ deputationes, inter quas omnes de Concilio diſtribuantur æqualiter quantum fieri poterit, & ſint in qualibet deputatione de quolibet ſtatu Concilii ſcilicet Dominorum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Magiſtrorum, Doctorum, Religioſorum, & aliorum, & in qualibet de omnibus (ſi fuerint) diſtributis in quatuor æquales partes ſuppoſitorum ſingularum nationum. Nomina autem deputationum ſint hæc, prima deputatio fidei, ſecunda reformationis, tertia Eccleſiaſticæ libertatis, quarta pacis.

In

Digitized by Google

In qualibet deputatione eligatur unus Præſidens ſingulis menſibus per vota ſingulorum, & in qualibet earum deputetur unus Promotor, unus Notarius, & unus Curſor.

Omnes deputationes congregabuntur bis in ſeptimana, videlicet die Lunæ, & die Mercurii, de mane hora ſeptima: & ſi in prædictis diebus feſtum aliquod occurrerit præcipuum, poterit in ſequenti die congregari, vel in die præcedenti, ſicut per Præſidentem fuerit intimatum.

Nulla deputatio aſtringat ſe quibuſcumque juramentis ad tenendum ſecrete materias quæ tractabuntur in eadem, ſed ſit licitum ſingulis ſuppoſitis deputationes conferre tantum cum ſingulis de Concilio de rebus de quibus agetur: ad tenendum tamen vota ſecreta ſingulorum teneantur ſe aſtringere prout ſingulis deputationibus uidebitur expedire ad removendum inimicitias.

Quolibet menſe deputentur tres de qualibet deputatione, qui duodecim ter in ſeptimana vel frequentius, prout eis videbitur expedire, certis horis & loco (non tamen illis horis quibus deputationes congregantur) conveniant ſimul cum Præſidente Concilii ad videndum materias deputationibus diſtribuendas, ad tractandum & faciendum rotulum ſeu memoriale pro

„ ſacris deputationibus & congregationibus
„ ex decretis ſeſſionum, ſic tamen quod in
„ fine cujuſlibet menſis eligent novos depu-
„ tatos, & de qualibet deputatione remaneat
„ unus de præcedentibus deputatis, quos ipſi
„ duodecim cum Præſidente Concilii eligant,
„ ita tamen quod ille qui eligetur menſe ſe-
„ cundo non eligatur tertio menſe: qui qua-
„ tuor habeant de novo venientes informare
„ de actitatis in menſe finito, & ſic ſucceſſive
„ ſingulis menſibus, & illi duodecim eligant
„ unum ex eis qui toto menſe ſit eorum De-
„ canus, & ad mandatum Præſidentis Con-
„ cilii & Decani prædicti cæteri deputati
„ tenebuntur in loco per eos eligendo con-
„ venire.

„ Si aliqua deputatio vel particularis per-
„ ſona habeat aliquam materiam præ mani-
„ bus, illam poſſit prædictis deputatis pro-
„ ponere qui ſub juramento præſtito (niſi pla-
„ cuerit) illam non revelabunt in tempore
„ non conſtituto.

„ Deputationes, præcipue in rebus arduis,
„ & maxime ſi non exigunt celeritatem non
„ ſtatim ſuper propoſitis, dum primo propo-
„ nuntur, deliberabunt, ſed ad ſequentem
„ deputationem aut congregationem defe-
„ rent propoſita ſua: & ſi res propoſita gravis
„ fuerit, poterit bis, & ter, ſecundum exi-
„ gentiam ſuæ gravitatis, ſuper ea deliberari
„ ut maturius concludatur quod fuerit multi-
plici

Digitized by Google

plici deliberatione recenſitum : ſic tamen quod quilibet juxta propoſita per Præſidentem reſpondeat pertinenter, & non per materias extravagantes, nec repetendo dicta aliorum, niſi addendo aliquid novi. ita quod nec inducat aliam materiam : quam illam quæ per Præſidentem fuerit introducta. Primus tamen ordinum ſcilicet primus Cardinalis, primus Archiepiſc. primus Epiſc. primus Abbas poſſint latius ad ſaturitatem opinari alii vero ſignanter in congregationibus niſi novi aliquid afferendo vel dicta improbando erunt breves in votis ſuis. Et ſi contigerit aliquem vel aliquos introducere materias dominus Præſidens non faciat ſuper illis deliberari pro tunc : ſed in alia prima congregatione : niſi forte materia talis fuerit quæ urgentem exigat celeritatem.

Omnes materiæ graves definiendæ in congregationibus generalibus & publicandæ in ſeſſionibus tractari debeant in quatuor ſacris deputationibus.

In deputationibus nulla ſit facultas definiendi, ſed ſolum conſulendi, & conſulta in ſcriptis redigendi, quæ in congregationibus perfecte definiri poterunt poſtea in ſeſſionibus publicentur.

Quando in una deputatione aliqua materia fuerit agitata & declarata, ſi in una ſententia omnes conveniunt, concluſio ipſa

„ per duos ad alias deputationes deferatur „ cum motivis & perſuaſionibus ejuſdem de- „ putationis. Si vero non fuerit omnium con- „ cors ſententia, quantumcumque una pars „ numero excedat alteram, nihilominus de „ qualibet parte aſſumatur unus & ambo ad „ alias deputationes tranſmittantur, ut diver- „ ſitas cum motivis & rationibus utriuſque „ ſententiæ omnibus innoteſcat, ut ſic aliæ „ deputationes perceptis rationibus & moti- „ vis clarius valeant deliberare.

„ Quælibet deputatio in deferendo votum „ ſuum ſeu concluſionem ad alias deputatio- „ nes, ſervabit ordinem rerum de quibus agi- „ tur, utpote ſi res ad fidem pertinet, primo „ ad deputationem fidei deferatur, & deinde „ ad alias, & ſimiliter in referendo in gene- „ ralibus congregationibus incipiat relatio „ fieri ſecundum materias proponendas per „ deputationes ſecundum earum vocationes, „ & ſimiliter ſi res exigat celerem expeditio- „ nem indilate deferatur ad deputationem „ duodecim Patrum ex ſacris deputationibus „ electorum.

„ Prædicti duodecim deputati, ſemper in „ die præcedenti congregationem genera- „ lem conveniant cum Præſidente Concilii „ cum agitatis rationibus, & Concluſionibus „ in deputationibus, ut Præſidens Concilii „ ſit plene informatus de ſingulis quæ erunt „ in generali congregatione proponenda cum

mo-

motivis & rationibus : nihil autem proponet Præſidens in congregatione generali ad deliberandum ſive conſulendum niſi prius fuerit propoſitum in ſingulis deputationibus & agitatum (niſi caſus eſſet repentinus, & talis cujus mora eſſet nociva) tunc enim poſſet proponere.

Quæcumque vero agitata fuerint in deputationibus ſive omnes convenerint ſive non proponet, dummodo ſaltem per duas deputationes ad proponendum fuerit requiſitus.

Si in Feria ſexta dies feſtus aliquis vel impedimentum occurrerit in die Sabbathi fiet congregatio generalis, niſi per Præſidentem aliter fuerit intimatum, & ita fiat quod in ſeptimana ad minus una congregatio generalis habeatur.

Dominus Præſidens in qualibet congregatione habeat rotulum ſuum, in quo ponantur materiæ proponendæ, & literis miſſivis primum lectis, ſemper incipiat à gravioribus, ita tamen quod omnia puncta vel omnes articuli, ſuper quibus eſt tunc deliberandum in principio explicentur.

Exhortentur ſuppoſita deputationum & etiam in congregatione generali per Præſidentem, quod ſi in congregationibus vel deputationibus ſint duæ vel tres opiniones, quicumque voluerint adhærerere alicui il-

„ larum non debeant reiterare quod jam di-
„ ctum eſt, niſi velint aliquid addere vel di-
„ minuere, poteruntque illam quam volue-
„ rint partem brevi verbo eligere vel novam
„ dicere juxta eorum voluntatem.

„ Si in deputationibus ſint ſnppoſita non
„ deliberantia propter arduitatem materia-
„ rum, & dicant ſe velle cum libris vel alias
„ deliberare, non concludatur materia pro-
„ poſita donec in ſequenti deputatione in qua
„ ſi dicere velint audiantur.

„ Ne tempus nulliter occupetur & labatur
„ in vanum, ordinetur quod deinceps ſuper
„ cauſis & rebus tractandis ac expediendis in
„ hoc Sacro Concilio ac in generali congre-
„ gatione per Dominum Præſidentem ipſi
„ Concilio promovendis, per prius ſingula-
„ rum deputationum Præſidentes aut Nota-
„ rii referant propoſita deliberata ſeu con-
„ cluſa in eiſdem : & ſi contingat majorem
„ partem, hoc eſt, tres deputationes eſſe
„ concordes, illud quarta deputatio admit-
„ tat. Si tamen ipſa vel aliquod ſuppoſi-
„ tum hujus Sacri Concilii integre & ad ple-
„ num audiri petierit, benigne audiatur
„ cum ſuis rationibus, & motivis, quæ ſi for-
„ ſitan hæſitationem aliquam ſeu difficulta-
„ tem afferant, remittatur articulus ſuper quo
„ fuerit difficultas exorta ad deputationes
„ ſingulas latius dirigendus. Si vero rationes
„ talium & motivæ dubietatem probabilem
ſuffi-

Digitized by Google

ſufficientemque non adducunt, concludadatur quod approbatum extiterit, & mature digeſtum per tres diſputationes.

Omnes incorporati & qui in poſterum incorporabuntur ipſi Concilio, prout ſunt deputati, ſingulis diebus ordinatis intiment ipſas deputationes ad tractandum & practicandum cauſas & materias occurrentes, ne quis prætendere poſſit ignorantiam de proponendis in congregatione generali, & quod per vota ſingulorum omnia expediantur. Et qui non intraverit abſque rationabili cauſa ſeu qui non ſignificaverit hora debita ſe non poſſe intrare, & qui ante diſſolutionem congregationis ſine licentia Præſidentis receſſerint, ipſius Præſidentis arbitrio puniantur & omnes obedire teneantur.

Omnia ſuppoſita Concilii teneantur venire & ſtare in congregatione generali, Miſſis ſolennibus & proceſſionibus, quemadmodum ſupra dictum eſt de deputationibus.

Antequam diſſolvatur congregatio generalis ſive ſingularis deputatio, per Notarios congregationis generalis, & ſingularium deputationum ſcribantur & legantur tractata & ordinata in eiſdem, & ſi per dictos Notarios erit aliquis defectus in ſcribendo commiſſus corrigatur.

Quando caſualiter erit expediendum aliquid, dentur deputati extraordinarii.

Epiſcopi, Abbates, & eorum ſuperio-

„ res, aut ipſorum Procuratores, petant & „ obtineant licentiam recedendi à Præſidente „ Concilii, & quatuor Præſidentibus deputationum in communi congregatis, ita quod „ omnes quatuor aut ſaltem duo cum Generali „ Præſidente conveniant, & alii nihilominus „ ſubſcribant, alii vero inferiores à Præſidente ſuæ deputationis valeant obtinere „ licentiam cum conſenſu ſuæ deputationis.

„ De qualibet deputatione eligatur unus, „ ut ſint quatuor qui provideant de ſermonibus ad Chorum ſingulis diebus ſolemnibus „ fiendis, quos ipſi perſonis idoneis ad hoc „ diſtribuant, & antequam ſermo hujuſmodi „ per eum cui aſſignatus eſt publicetur, prius „ per aliquem de dictis quatuor videatur: ne „ errare contingat & ſcandalum exinde oriri „ & iſte ordo à die feſto Sancti Benedicti de „ menſe Martii M. D. X. XII. in antea ſemper „ continuetur.

„ Determinat inſuper ipſa Sancta Synodus, „ ſtatuit, definit, ordinat, & declarat infraſcripta.

„ *Indictio & Congregatio Concilii confirmantur & legitimæ fuiſſe probantur.*

„ ITem, indictionem, congregationem, „ & continuationem hujus ſacri Concilii ex „ quadruplici capite recte, rite, ac legitime „ prodiiſſe, ex præcepto ſcilicet & decreto uni-

univerſalis Eccleſiæ in Conſtantienſi & Baſileenſi Conciliis, ex ejuſdem Eccleſiæ in reformandis moribus (tam in capite quam in membris admodum collapſis) ſumma & evidenti neceſſitate, pace ac libertate ipſius Eccleſiæ recuperandis, innumeriſque ſedandis in ea ſcandalis & bellis, ac prœlium contra orthodoxæ religionis hoſtes ineundo. Ex voto quoque & juramento ſanctiſſimi Domini Julii Papæ, Reverendiſſimorum dominorum Cardinalium de ipſo Concilio infra biennium ab ejuſdem Pontificis creatione indicendo & celebrândo : in cujus voti & Juramenti tranſgreſſu, ultra perjurii & votifragi ſcandalizatoris ac perturbatoris totius Eccleſiaſtici ſtatus pœnas, idem Pontifex generalem Synodum convocandi & celebrandi Reverend. Dominis Cardinalibus omnimodam indulſit facultatem, ejuſque ſententiæ ſe ſponte ſubmiſit, ſi Rempublicam ac libertatem ſacri Cardinei Senatus tangentia conclavis capitula non ſervaret : Reverend Dominorum Card. portio eam ob cauſam à Romana Curia ſecedentium non modo majorem ſanioremque aut duas partes Collegii, verum & integrum ac liberum Collegium ex aliorum Reverend. Patrum commiſſione & negligentia refert in hoc caſu & repræſentat. Eapropter omnes & ſingulas interdicti & excommunicationis ac maledictionis cenſuras & pœnas pri-

hærentes, & ubilibet quomodocumque “
inſervientes, adhæſuroſque in poſterum “
vel quomodolibet obſecuturos, eorum- “
demque omnium & ſingulorum familia- “
res, prætextu favoris, adhæſionis incor- “
porationis, obedientiæ & obſequii eidem “
ſancto Concilio præſtitorum & præſtan- “
dorum per ipſum ſanctiſſimum Papam vel “
alium, quavis (etiam ipſius Papæ) aucto- “
ritate generaliter ſeu ſpecialiter aut no- “
minatim comminatas, latas, fulminatas, “
& promulgatas, impoſterumque commi- “
nandas, ferendas, fulminandas, & promul- “
gandas, declarat hæc Sancta Synodus fore “
ac fuiſſe eo ipſo nullas, caſſas, irritas ac ina- “
nes, nulliuſque penitus roboris ac momenti “
& prout de facto proceſſerunt de facto quo- “
que revocat. Quinimo in virtute Jeſu Chri- “
ſti Dei filii, à quo immediate in eis poteſta- “
tem habet exurgens, ne prævaleat homo “
pro comminata & attentata maledictione “
benedictionem inducens, approbatiſſimo- “
rum Conciliorum proſequendo veſtigia, ſta- “
tuit & decernit, ac in brachio Omnipotentis “
Dei, cujus vices in præmiſſis gerit in terris, “
mandat & præcipit, ut non obſtantibus “
dictis interdicti: excommunicationis, ma- “
ledictionis, privationis inhabilitationis & “
infamiæ pœnis ſententiiſque, etiam Con- “
ſiſtorialibus ac cenſuris de facto ac perpe- “
ram comminatis, attentatis, latis, fulmi- “

na-

„ natis, & promulgatis ſeu in futurum com-
„ minandis, attentandis, ferendis, fulmi-
„ nandis, & promulgandis tam illi qui per
„ ſimplicis querelæ aut interpoſitæ appella-
„ tionis vias ad hoc Sacrum Concilium non
„ recurrerunt, quam illi qui recurrerunt,
„ omnes & ſingulæ ſupernis memoratæ per-
„ ſonæ, Capitula, Conventus, & Univerſi-
„ tates in præfatis ſuis dignitatibus, Eccleſiis
„ etiam Metropolitanis, Monaſteriis, Com-
„ mendis, Plebaniis, Cappellis, beneficiis,
„ penſionibus, officiis, ordinibus, honoribus &
„ præeminentiis libere ut prius maneant, per-
„ ſiſtant, miniſtrent, & perſeverent, ac ſi dicti,
„ interdicti excommunicationis, maledictio-
„ nis, privationis, inhabilitationis & infamiæ
„ ſententiæ ac cenſuræ nunquam emanatæ,
„ nominatæ, aut excogitatæ fuiſſent, præci-
„ pit quoque hæc Sancta Synodus ac ſub ex-
„ communicationis latæ ſententiæ & aliis ar-
„ bitrariis pœnis interdicit, ne quiſpiam tam
„ Eccleſiaſtica etiam regularis quam ſecularis
„ perſona, cujuſlibet ſtatus, gradus, & di-
„ gnitatis exiſtat, ipſi Sacro Concilio aut ejus
„ ſuppoſitis ſeu favorem & obſequium quo-
„ modolibet præſtantibus, factis, ſignis, ver-
„ bis, aut ſcriptis detrahere, injuriamque,
„ damnum aut calumniam inferre, ſive eo-
„ rum quempiam prætextu ipſius Sancti Con-
„ cilii in divinis vel extra quoquo modo vitare
„ præſumat.

Con-

Concilii ad tempus translatio legitima fuiſſe declaratur.

ITem declarat ad hanc Mediolani civitatem præfati Oecumenici Concilii ad tempus tranſlationem urgentiſſimas ob cauſas, juſtam, rationabilem, legitimamque fuiſſe, ad aliumque omnibus aptiorem locum de conſenſu duarum patrium Synodalium patrum poſſe inde legitime transferri.

Concilium Romanum per Papam convocatum declaratur nullum.

ITem, quia duo univerſalis Eccleſiæ generalia Concilia eodem tempore ſimul eſſe non poſſunt (directe enim contradicit articulo. U*nam Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam*:) Cum iſtud Piſanum ex præventione ſupradicta Apoſtolica auctoritate firmata, ac ſuperius adductis rationibus ſit ſolum verum & legitimum hac noſtra tempeſtate Concilium, ſub fautoriæ ſchiſmatis, excummunicationis latæ ſententiæ, omniumque dignitatum, officiorum & beneficiorum, privationis & inhabilitationis & perpetuæ infamiæ pœnis, probatiſſimorum Conciliorum veſtigiis inhærendo prohibet hæc Sancta Synodus ne ipſa durante quiſpiam vel Eccleſiaſtica etiam regularis, vel ſecularis perſona, ad aliam aſſertam Synodum (ſub nomine generalis Concilii prætextu cujuſcumque convocationis etiam à ſummo Pontifice

ema

„ emanatæ quam ex nunc prout ex tunc nul-
„ lam & caſſam fore & fuiſſe declarat, &
„ prout de facto proceſſit, de facto quoque
„ revocat, & diſſolvit) accedere aut Procu-
„ ratorem vel nuncium mittere, ſive eidem
„ quocumque alio modo directe vel indire-
„ cte, tacite vel expreſſe adhærere, ſeu favo-
„ rem præſtare poſſit.

Declaratur ulterius ad Pontificem non pertinere loci electionem aut nominationem.

„ ITem, quoniam in ſuperioribus tertia &
„ quarta ſeſſionibus ad omnem ſchiſmatis
„ aditum præcludendum, quadraginta, in
„ altera vero triginta dierum intervallum ad
„ unum omnibus communem ex decem locis
„ eligendum, vel ad alia decem Imperialia
„ nominandum pro hoc SacroConcilio trans-
„ ferendo hæc Sancta Synodus præfato San-
„ ctiſſ. Papæ ex gratiæ amplitudine conceſſit:
„ & ille adhuc per alios ultra præmiſſum ter-
„ minum plurimos dies expectatus hanc San-
„ ctam Synodum de electione aut nomina-
„ tione præfatis hucuſque nullatenus reddit
„ certiorem, in præſentique publica ſeſſione
„ ac in præcedenti etiam generali congre-
„ gatione per Fiſcales hujus Sanctæ Synodi
„ Procuratores (dicti Pontificis contumacia
„ vel potius contemptu accuſatis) petitum ſit
„ ut dictorum locorum electionem ſeu nomi-
„ nationem ipſi Pontifici ulterius non com-
„ petere ſed in eadem Synodo prout antea re-
ſide-

Digitized by Google

ſidere debere declaretur: idcirco poſt etiam "
multorum dierum moram & ab elapſo ter- "
mino expectationem, agnoſcens ſua lon- "
ganimitate apud præfatum Dominum Pa- "
pam hæc Sancta Synodus nihil proficere, "
ſed potius ab eo tanta abutente benignitate "
quotidie pro conceſſa gratia majora ad re- "
formandam Eccleſiam impedimenta & ob- "
ſtacula, membrorumque ſuorum jacturam, "
detrimenta ac inſectationes recipere, de- "
clarat pro ipſo continuando Concilio loci "
electionem & nominationem ex præfati "
Pontificis manifeſto neglectu atque noto- "
rio contemptu, in ipſa Synodo, prout prius "
reſidebat reſidere ac ſubſiſtere, non eſſeque "
ulterius dicti loci eligendi aut nominandi "
in ipſo Pontifice aliquatenus facultatem.

Sub Protectione Concilii recipiuntur Imperator Electus, & Rex Francorum.

QUum ſine temporalium Principum "
adjumento, magiſtra experientia dum "
in hac fragili vita ſubſiſtimus & turbinibus "
quatimur, Eccleſiaſtica auctoritas facile "
perſiſtere non valeat, & juſtitia ac æquita- "
te ſuadentibus, Eccleſiæ ſervientes deceat "
ſpiritualibus gratiis & favoribus muniri "
ac relevari; cumque chariſſimi Eccleſiæ "
Filii Sereniſſimi Domini Maximilianus Ele- "
ctus Romanorum Imper. ſemper Auguſtus, "
& Ludovicus Rex Francorum Chriſtianiſſi- "
mus, hoc Sacrum Concilium ab ejuſdem "

Digitized by Google

„ exordio indeſinentur ſemper protexerint
„ & protegant, omneque more ſuorum pro-
„ genitorum pro Sancta Religione inſtauran
„ da ac tuenda auxilium & favorem ſubmini-
„ ſtrent, prælibatos ideo religioſiſſimos Prin-
„ cipes condignis hæc Sancta Synodus mune-
„ ribus inſigniens, eos eorumdem regnis &
„ dominiis tam in ſpiritualibus quam in tem-
„ poralibus in protectionem ſuſcipiens atque
„ complectens, quoſcumque proceſſus ex-
„ communicationeſque ac interdicti & priva-
„ tionis ſententias, etiam conſiſtoriales, &
„ cenſuras alias quaſlibet, contra ipſos & eo-
„ rumdem Regna, Dominia, Ducatus,
„ Provincias, & ſingulares perſonas tam Ec-
„ cleſiaſticas quam ſeculares generaliter aut
„ particulariter per Sanctiſſimum Dominum
„ Julium Papam II. aut alium quemvis etiam
„ ejus nomine & authoritate, prætextu indi-
„ ctionis, favoris, adhæſionis aut defenſio-
„ nis hujus Sancti Concilii, & ſuppoſitorum
„ comminatas, prolatas, in poſterumque
„ comminandas, proferendas, & promul-
„ gandas, declarat ac Omnipotentis Dei
„ brachio & fortitudine decernit caſſas, irri-
„ tas, & nullas nulliuſque valoris exiſtere ac
„ momenti. Univerſis quinimo Chriſti cul-
„ toribus ſub excommunicationis latæ ſen-
„ tentiæ & cujuſlibet Eccleſiaſticæ, & ſecu-
„ laris dignitatis exauctorationis pœnis, pro-
„ hibet & interdicit ne quiſquam ipſi Domi-
no

no Julio Papæ, vel alii cuicumque ejus no- “
mine circa hujuſmodi proceſſus & ſenten- “
tias aut earumdem executionem etiam in “
futurum hac de cauſa fiendis & promul- “
gandis quomodolibet obtemperare ſeu “
obedire præſumat, ſed potius præfatis Se- “
reniſſimis Principibus (quilibet ſub eorum “
dominiis exiſtens) morem gerere & parere “
teneantur, ac ſi dicti proceſſus & ſententiæ “
nuſquam emanaſſent ſeu in futurum ema- “
nerent. Itidem quoque proceſſus quoſlibet “
& interdicti excommunicationis privationiſ- “
que ſententias, aliaſve cenſuras in ſe con- “
tinentes contra quaſvis alias perſonas cujuſ- “
cumque gradus, ſtatus, præeminentiæ, “
& honoris exiſtant, etiamſi Regali, Regi- “
nali, Ducali, Marchionali, & quavis alia “
dignitate emineant, etiam contra Civita- “
tes, communitates ac Univerſitates Ro- “
manæ Eccleſ. mediate vel immediate ſub- “
jectas, ejuſdem quoque S. R. E. Vicarios, “
vaſſallos, gentium Rectores, militum “
Duces & Capitaneos, Officiales, aliaſque “
particulares tam Eccleſiaſticas quam ſecu- “
lares perſonas huic Sanctæ Synodo adhæ- “
rentes, faventes, aut quomodolibet inſer- “
vientes vel quandocumque adhæſuros, aut “
quomodocumque obſequium præſtituros, “
illatos & inferendos, poſtquam eidem ad- “
hæſerint, hæc Sancta Synodus caſſos, nul- “
los, irritos ac nullius efficaciæ ac valoris “

„ fore ac fuiſſe declarat & determinat, &
„ prout de facto proceſſerunt aut poſtmo-
„ dum proceſſerint, de facto quoque oblite-
„ rat & annullat.
„

Monetur Papa ut intra viginti quatuor dies revocet attentata contra Sacrum Piſanum Concilium modernum.

„ SAcroſancta Generalis Synodus Piſana in
„ Spiritu Sancto legitime congregata
„ Catholicam Eccleſiam repræſentans, & ad
„ hanc Mediolani civitatem ad tempus tran-
„ ſlata, ſtatuit, decernit, definit & declarat
„ infraſcripta.
„ Excogitans ſæpenumero hæc Sancta Sy-
„ nodus quanta charitate & clementia, quan-
„ ta ſolertia, cura & longanimitate uſa ſit
„ erga Sanctiſſimum Dominum Julium ſe-
„ cundum, per viſcera etiam miſericordiæ
„ Dei noſtri obſecrando eundum & ſuppli-
„ cando, monendo & requirendo, ut ad hoc
„ Sacrum Concilium honorandum & confir-
„ mandum per ſe aut legatos aut nuncios ac-
„ cederet, ac deinde electionem ſive optio-
„ nem unius ex decem locis liberi communis
„ omnibus & tuti, aliorumque totidem Im-
„ peralium locorum nominationem, binis
„ conceſſione & termino de gratuita beni-
„ gnitate eidem offerendo, hactenuſque tam
„ moroſa poſt actu congregatum Concilium
„ quatuor menſium præſtolatione, vel eun-
dem

dem vel ejus legatum aut nuncium ſive ſu- "
per oblatis locis reſponſionem æquanimiter "
expectando ut omni ſchiſmaticæ peſti aditu "
ſecluſo ad veram Eccleſiæ unitatem per i- "
pſum Sacroſanctum Concilium repræſenta- "
tæ ſalubriter conveniret, juxtaque Salvatoris "
Euangelicum dictum fieret in ipſa Eccleſia "
unum ovile & unus paſtor, & juxta pſalmo- "
graphi venerabile vaticinium, unanimes & "
uno conſenſu in domo domini (quam decet "
ſanctitudo) ambulantes, aboleremus in ea "
hæreſes & errores, ſuccideremuſque abu- "
ſionum & enormium continuorumque ac "
ſcandalizantium criminum ſentes : atque "
per Univerſalem Reformationem plantare- "
mus erigeremuſque in ea decoram juſtitiæ "
arborem, ex qua fructus honoris & hone- "
ſtatis provenirent, ponendoque ejus fines "
pacem Orientalibus recuperandis Eccleſiis, "
contra Mahometicas gentium nationes (quæ "
Chriſtiano nomini inſidiantur) noſtratium "
innocuo ſanguine modo graſſantia debac- "
chantiaque arma converterentur : intuenſ- "
que ac de adductis per hujus Sanctæ Synodi "
Fiſcales Procuratores ipſius Domini Papæ "
contra hoc Sanctum Concilium impedi- "
mentis tam per illius prætenſam de facto "
diſſolutionem alteriuſque aſſerti Concilii "
Lateranenſis erectionem, nec non per hu- "
jus ſacri Concilii indictorum ac ſuppoſito- "
rum privationes, quam per inſidias & armo- "

„ rum violentias breviaque ipſius ad diverſos
„ Principes & Magnates tranſmiſſa ad impe-
„ diendum loca communia & tuta pro eodem
„ ſacro Concilio continuando eligenda : ipſoſ-
„ que indictores capiendum & carceri man-
„ cipandum : Item & per teſtes ac facti ipſius
„ notorietatem, diligentiſſima informatione
„ præhabita, certam habens notitiam & in-
„ dubitatam cognitionem tot tantiſque humi-
„ libus ſupplicationibus, benignis monitio-
„ nibus, juſtis requiſitionibus, peramplis obla-
„ tionibus ac diuturnis expectationibus ip-
„ ſum Sanctiſſimi Papæ induratum cor non ſo-
„ lum emolleſcere, non ſolum iteratas Ec-
„ cleſiæ voces obaudire, non ſolum hujus
„ Sanctæ Synodi nuncios non admittere, ſed
„ & omni nixu (quod non ſine lachrimis refer-
„ re poſſumus) omni ſagacitate & induſtria,
„ omnibus quibus valet inſidiis & militari
„ brachio ſummam operam navare; ac ultra
„ elapſum quadrimeſtre navaſſe ut ipſum Sa-
„ croſanctum Concilium rite ac recte indi-
„ ctum & in Spiritu Sancto actu legitime con-
„ gregatum impediat, infamet, diſſolvat, ac
„ deſtruat : qualibus adhuc remediis, quibus
„ modis, quo medicamine & pietatis oleo
„ ejuſdem Pontificis vulneratum animum ſa-
„ nare & ad veram ſalutiferamque Eccleſiæ
„ unitatem, adducere, allicere, & attrahere
„ poſſet ſecum frequentius animo volvens, &
„ perſeverata ipſa Sancta Synodus poſt aſſidue
effuſas

effuſas ſuper hoc ad Omnipotentem Dominum orationes, poſt perſeverantes & continuos Paracleti Spirtus Sancti imploratus, poſt variaque ac multa pietatis opera præmiſſa, poſt longas, frequentes, & doctas in divino & humano jure diſceptationes, poſt acutiſſimas indagines, & maturas ac ſæpus repetitas diſcuſſiones, nihil ſuper eſſe jam liquido cernit, niſi ad juſtitiæ vinum & circum ligamina recurrendo (creſcenti in dies & tabeſcenti vulneri ne Univerſum Eccleſiæ myſticum corpus corrumpat & maculet) juridicæ diſtrictionis antidoto quantotius occurrere. Propterea, quia incaſſum Sacroſancta celebrarentur Generalia Concilia, niſi eorum ſaluberrima decreta quæ ad Chriſtianæ religionis Reformationem, conſervationemque aſſiduam, pacem, unitatem ac tranquillitatem ſunt introducta, ab his potiſſimum qui eorumdem Generalium Conciliorum celebrationi operam impendunt, vigili cuſtodia ſervarentur & per Sacroſanctumque & approbatiſſimum Conſtantienſe Concilium Seſſione V. decretum ſit, quod *quicumque cujuſcumque conditionis, ſtatus, & dignitatis etiamſi Papalis exiſtat, qui mandatis ſtatutis ſeu ordinationibus aut præceptis cujuſcumque Concilii Generalis legitime congregati non obedire contumaciter præſumpſerit, niſi reſipuerit condignæ pænitentiæ ſubjiciatur & debite puniatur e-*

„ *tiam ad alia juris ſubſidia ſi opus fuerit recurren-*
„ *do* per ſanctam quoque Baſileënſem Genera-
„ lem Synodum Seſſione XI. cui etiam Eu-
„ genius Pontifex maximus adhæſit (ut ex
„ XVI. ejuſdem Synodi Seſſione luculentiſſi-
„ me conſtat) cautum ſit, nec non ad perpe-
„ tuam rei memoriam ſancitum exiſtat, *Si*
„ *Romanus pontifex qui primus in vinea Domini*
„ *laborare & alios ſuo exemplo ad laborandum tra-*
„ *bere tenetur, Generale Concilium actu legitime*
„ *congregatum quoquo modo de facto impedire,*
„ *mutare, prorogare, aut diſſolvere operam dede-*
„ *rit, & infra quatuor menſes cum reali ſatisfa-*
„ *ctione non reſipuerit, ex tunc à Papali admini-*
„ *ſtratione ſit ipſo facto ſuſpenſus quæ quidem Pa-*
„ *palis adminiſtratio ad ſacrum Concilium ipſo*
„ *jure devolvatur & ſi dictam pœnam per duos*
„ *menſes poſt dictos quatuor animo ſuſtinuerit in-*
„ *durato, contra eum uſque ad privationem inclu-*
„ *ſive per Concilium generale procedatur* : opti-
„ ma utique ratione hæc Sancta Synodus
„ juxta præfatorum ſacrorum Conciliorum
„ Sanctiſſima ac neceſſaria decreta, & ex-
„ plorati juris diſpoſitiones, contra eum-
„ dem Sanctiſſimum Papam legitimam i-
„ pſius Sacri Concilii juriſdictonem ultra
„ etiam quadrimeſtre prænominatum di-
„ verſimode impedientem pænarum rigore
„ procedere, ipſumque ſine ulteriori moni-
„ tione & expectatione ab ipſa Papali admini-
„ ſtratione ipſo facto eſſe ſuſpenſum, illiuſque
ad-

adminiſtrationem ad ipſam Sanctam Syno- "
dum ipſo jure devolutam ex nunc declara- "
re, ad capitiſque & membrorum Reforma- "
tionem jam procedere merito poſſet; quia "
tamen qua pietate & religione, quo zelo "
amoris & Dei Spiritu erga eumdem Domi- "
num Papam mature & benigne incedat o- "
mnibus Chriſti & pietatis cultoribus magis "
ac magis innoteſcere & evidentiſſime pate- "
re deſiderat, adhuc ſolitæ benignitatis & "
dulcedinis ſinum erga eumdem Sanctiſſi- "
mum Papam liberalius & peramplius ape- "
riens, Sanctitatem ejus per aſperſionem "
pretioſiſſimi Sanguinis Domini ac Salvatoris "
noſtri Jeſu Chriſti, per ejus pientiſſima vul- "
nera & dolores ac ſaluberrimam mortem "
iterum atque iterum rogat, humiliter & "
obſecrat monetque ac requirit, ut primo "
prætenſam indictionem aſſerti Concilii La- "
teranenſis contra hoc ſanctum Concilium "
promulgatam omniaque & ſingula per in- "
terdicti excommunicationis, privationis, "
etiam conſiſtorialis inhabilitationiſque ſen- "
tentias, infamiæ notas, aliaſque cenſuras "
& quæcumque impedimenta & turbationes "
contra præſens Sanctum Concilium ejuſ- "
que indictores ac ſuppoſita quomodocum- "
que de facto attentata, declaret nulla, caſ- "
ſa, & irrita fuiſſe ac fore, prout ſunt, nul- "
liuſque penitus roboris ac momenti, ſicut "
& in prima Seſſione per hanc Sanctam Sy- "

Digitized by Google

„ nodum declarata fuere in propatuloque per
„ expreſſas bullas, prout de facto proceſſe-
„ runt de facto quoque revocet, ab omnique
„ penitus contra hoc ſacrum Concilium præ-
„ ſtando impedimento abſtineat, nec non de
„ hujuſmodi declaratione ac revocatione &
„ ab impedimentis ceſſatione infra XXIV.
„ dierum ſpatium à die præſentis promulga-
„ tionis decurrens, quorum octo pro pri-
„ mo, octo pro ſecundo, & alii octo pro ul-
„ timo ac peremptorio termino eidem aſſi-
„ gnato ſufficiant, hanc Sanctam Synodum
„ certificare teneatur. Quod ſi ejus men-
„ tis fuerit præmiſſa adimplere & huic San-
„ ctæ Synodo, veluti Dei Vicarium de-
„ cet, effectualiter adhærere, quamquam ex
„ urgentiſſima neceſſitate dictus XXIV. die-
„ rum terminus competens habeatur, ad ma-
„ jorem tamen humanitatem erga eundem
„ Pontificem ſignificandam, quatenus cum
„ majori fortaſſis opportunitate & aliorum
„ Reverendiſſimorum Cardinalium apud
„ eum degentium conſilio prædicta exequi
„ valeat, præmittit ipſa Sancta Synodus me-
„ moratum XXIV dierum terminum ampliſ-
„ ſime prorogare, ita tamen quod infra præ-
„ libatos XXIV. dies de bono ejus erga ipſam
„ Synodum animo & voluntate, ſaltem per
„ Curſorem & Apoſtolicas literas præſens ſan-
„ ctum Concilium certiorare debeat & te-
„ neatur, deindeque nuncium ad tractandum
de

de communiori omnibus ac aptiori loco pro "
univerſali Concilio continuando tranſmit- "
tat, aut in præmiſſorum contemptum vel "
commiſſionem infra eumdem terminum "
ſaltem nuncium deſtinare teneatur, ad di- "
cendum, quare juxta dictam Baſileenſem "
conſtitutionem ipſo facto ſuſpenſus ex tunc "
declarari non debeat, quibus nunciis ex "
nunc veniendi, ſtandi, ac recedendi vigo- "
re præſentis decreti liber aditus & ſalvus "
conductus in Synodali fide exhibetur. Et "
ſi ejus ſanctitas hujuſmodi juſtiſſimis preci- "
bus tot tantiſque ſupplicationibus, humilli- "
miſque & perbenignis requiſitionibus, quod "
non permittat Altiſſimus, contumaciter ad- "
hærere & aſſenſum præbere contempſerit "
nec de præmiſſis declaratione, revocatione "
& ab impedimentis effectuali ceſſatione vel "
bono animo & mente, infra dictum XXIV "
dierum intervallum, ipſam Sanctam Syno- "
dum ut præmittitur non certificaverit, tan- "
tamque oblatam unionem Catholicæque "
Eccleſiæ neceſſariam Reformationem par- "
vipenderit, aut infra eundem terminum "
ſaltem ad dicendum quare juxta dictam "
conſtitutionem Baſileenſem ſicut præmit- "
titur ſuſpenſus, ipſo facto ex tunc declarari "
non debeat nuncium non tranſmiſerit, ipſa "
Sacroſancta Synodus elapſo dicto termino "
abſque ulteriori monitione ac expectatione "
procedet ad declarationem dictarum ſu- "
ſpen- "

„ ſpenſionis & devolutionis, nec non ad ulte-
„ riora, prout juris fuerit & rationis coram-
„ que tremendi judicis Dei tribunali ac uni-
„ verſa triumphante ac militante Eccleſia
„ proteſtabitur per ſe non ſtetiſſe quin Domi-
„ num Papam præfatum ad veram ipſius Ec-
„ cleſiæ unitatem ac inſtaurationem omnibus
„ opportunis mediis via & modis allicere, at-
„ trahere, monere, ac requirere iterum at-
„ que iterum diligentiſſime non ſtuduerit.
„ Verumtamen, dicto termino pendente,
„ prout rerum neceſſitas & agendorum qua-
„ litas ſuadebuut in ulteriori proſecutione
„ Concilii & in eo agendis ordinate, debite
„ & mature procedere poſſe intendit nec ali-
„ qualiter ſuperſedere. Quoniam vero ad i-
„ pſum Dominum Papam totus non patet ac-
„ ceſſus, hujus decreti publicationem decla-
„ rat fieri per affixionem in valvis Cathedra-
„ lium Mediolanenſis, Bononienſis ac Flo-
„ rentinæ Eccleſiarum per curſorem celerri-
„ me tranſmittendum, illamque ad inſtar E-
„ dictorum in albo Prætoris poſitorum ita
„ ſufficere, ac ſi idem Sanctiſſimus Papa per-
„ ſonaliter apprehenſus, monitus ac requiſi-
„ tus fuiſſet, cum non ſit veriſimile hæc non
„ debere ad ejus aures & certam notitiam
„ confeſtim evolare, quæ tam patenter omni-
„ bus innoteſcunt. Datum & promulgatum
„ Mediolani Cathedrali Eccleſia in publica
„ ſeſſione die Mercurii XXIV. Martii, anno
Do-

Digitized by Google

Domini M.D.XII. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini Julii divinà providentia Papæ II. anno nono, ſub annulo ejuſdem Sanctæ Synodi.

Jnterrogati vero à ſcrûtatoribus patres an promulgata placerent, reſponderunt *placent*. His quippe omnibus & ſingnlis interfuerunt magnifici Domini Jacobus Oliverius, Regius Mediolani Cancellarius, & Franciſcus Tavellus, ac Joannes Falco Regii, ubi ſupra, Conſiliarii ac Senatores teſtes rogati: Promotoreſque ac Fiſcales Procuratores, petierunt à Protonotariis & Notariis ſuper præmiſſis publicum & publica inſtrumenta confici. Supraſcriptum quoque ultimum decretum in valvis prædictorum Cathedralium Eccleſiarum per curſores celerrime eſt affixum, & de ipſa affixione coram teſtibus facta per publicos Tabelliones poſtmodum eſt exhibita authentica relatio.

SEPTIMA SESSIO.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Die Lunæ XIX. Aprilis anno Domini M.D.XII. indictione XV. celebrata eſt ſeptima hujus Sancti Concilii Seſſio in Cathedrali Mediolanenſi Eccleſia, Præſidente Reverend. Cardinale Sanctæ Crucis. Reverend. in Chriſto Pater Dominus Triſtandus Salazar, Senonenſis Archiepiſco-

„ piſcopus, Miſſarum ſolennem cultum de
„ Sancto Spiritu egit, decantatoque 11. E-
„ uangelio *Beati oculi qui vident quæ vos videtis*,
„ Lucæ 10. quod recitari conſuevit Domini-
„ ca XII. poſt Pentecoſten, venerabilis Pa-
„ ter Dominus Joannes de Meſſyaco, Decre-
„ torum Doctor, Prior Sanctæ Mariæ de
„ Contamina, alter ex Procuratoribus Ab-
„ batis, & totius Cluniacenſis ordinis, acce-
„ pto themate ex Miſſæ Euangelio, *Ille vos*
„ *docebit omnem veritatem* Joan. 16. oravit ad
„ Synodum de colligendis & auferendis ſcan-
„ dalis de Regno Dei, id eſt, Eccleſia mili-
„ tante, hortaturque Patres ne infœlicitate
„ temporum & armorum ſtrepitu accepto ab
„ Eccleſiaſticæ reformationis opere deſiſte-
„ rent, confutavitque illorum peſſimos erro-
„ res qui ipſos Conciliares Patres ſchiſmaticos
„ nuncupabant. Sermone acto & cantato Hy-
„ mno, *Veni cretator Spiritus*, Fiſcales Pro-
„ curatores accuſaverunt contumaciam San-
„ ctiſſimi Domini Papæ.

SCHEDULA ACCUSATIONIS.

„ REverendiſſimi Reverendique Patres &
„ Domini metuendi, hoc Sacroſanctum
„ Generale Concilium in Domino celebran-
„ tes, cum in ſexta Seſſione hujus Sacri Con-
„ cilii (juxta conſtitutionem Concilii Baſi-
„ leenſis Seſſione XI.) per nos Promotores in-
„ fraſcriptos, petitum fuerit ab hac Sacra
Sy-

Synodo Sanctiſſimum Dominum noſtrum Julium Papam II. ob impedimenta ultra quadrimeſtre huic Sacro Concilio præſtita declarari ſuſpenſum ab omni tam in ſpiritualibus quam in temporalibus adminiſtratione Papali, per ordinationemque & decretum ipſius Sanctæ Synodi Sanctiſſimus Dominus noſter Julius Papa II. humiliter rogatus ac requiſitus & monitus fuerit quatenus declararet ſententias & cenſuras ac quæcumque impedimenta contra hoc Sacrum Concilium de facto attentata eſſe nulla, & prout de facto proceſſerunt de facto evocaret, necnon de hujuſmodi declaratione revocatione infra viginti quatuor dierum ſpatium ipſam Synodum certificare teneretur, aut in præmiſſorum contemptum vel omiſſionem infra eumdem terminum ſaltem nuncium deſtinare teneretur ad dicendum quare juxta dictam Conſtitutionem Baſileenſem, ipſo facto ſuſpenſus ex tunc declarari non deberet & prout latius in ea continetur. Verum quia præfatus Sanctiſſ. Dominus noſter in ipſo termino nec infra illum jam elapſum ea nec aliquid eorum adimpleverit nec curaverit, & præſertim cum ſaltem per Curſorem vel nuncium ſuum de bono animo & declaratione ac revocatione certiorare Synodum ipſam potuiſſet, & attento quod per ipſam Sanctam Synodum jam declaratum & affirmatum fuerit

ha-

„ habitam eſſe certam & indubitatam con-
„ gregationem ex teſtibus & aliis documen-
„ tis de impedimentis præfato Sacro Concilio
„ per eum Summum Pontificem illatis, pro-
„ pterea nos Franciſcus de Bezarillo, & Joan.
„ Ambroſius de Bultraſiis J.V. Doctores, Pro-
„ motores & Procuratores Fiſcales hujus Sacri
„ Concilii, producentes executiones ſeu re-
„ lationes ſuper publicatione ſeu executione
„ dictæ ordinationis ſeu decreti in Civitati-
„ bus Mediolanenſi, Florentina, & Bono-
„ nienſi & per inſtrumenta publica confectas,
„ inhærendo aliis contumaciis per nos accu-
„ ſatis, contumaciam præfati Sanctiſſimi Do-
„ mini noſtri Julii Papæ II. accuſamus, & pro
„ contumace tractari & reputari, ipſamque
„ contumaciam admitti debere, necnon pro
„ obſervatione & executione dictæ Conſtitu-
„ tionis ſeu decreti Baſileenſis (quod eſt latæ
„ ſententiæ) & ſextæ ſeſſionis hujus Sacri
„ Concilii procedi debere ad illarum execu-
„ tionem petimus, & quatenus expediat ite-
„ rum decerni & pronunciari ac declarari,
„ præfatum ſummum Pontificem Dominum
„ noſtrum Julium Papam propter huſmo-
„ di præſtita impedimenta & alias cauſas la-
„ tius in decreto XI. ſeſſionis Baſileenſis &
„ VI. ſeſſionis hujus Sacræ Synodi contentas,
„ incurriſſe ſententiam ſuſpenſionis ipſo fa-
„ cto, ab omni tam in ſpiritualibus quam in
„ temporalibus adminiſtratione Papali & i-
pſam

Digitized by Google

pſam adminiſtrationem devolutam eſſe ipſo jure ad hoc Sacrum Concilium, eumque pro ſuſpenſo haberi & reputari & proinde monere omnes & ſingulos Chriſti fideles cujuſcumque dignitatis, præeminentiæ ac conditionis tam ſpirituales quam temporales Sanctam Romanam Eccleſiam recognoſcentes ac ejus ſubditos ac vaſſallos, quatenus dictum Sacrum Concilium in dicta adminiſtratione recognoſcant, & de omnibus in quibus Romanæ Eccleſiæ tenentur & in futurum tenebuntur reſpondeant, eidemque pareant, obediant & intendant, non obſtantibus etiam juramentis præfato ſummo Pontifici præſtitis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Accuſata per Procuratores hujuſmodi contumacia Reverendi Patres Domini Egidius Cathalanenſ. & Ludovicus Sancti Florii Epiſcopi, de mandato Patrum ter ante majus altare, ter in medio dictæ Eccleſiæ, & ter in valvis ejuſdem proclamarunt. Si Sanctiſſimus Dominus Papa Julius II. aut aliquis pro eo comparuerat, nemineque comparente id reverſi coram Reverendiſſimo Præſidente, expoſuerunt.

Reverendiſſ. vero Præſidens Dominus Cardinalis Sanctæ Crucis nomine totius Synodi reſpondit ſuper prælibata contumacia, ipſam Sanctam Synodum mature, benigne & miſericorditer fore deliberatu-

„ ram, quicquid ſplendori & utilitati Eccle-
„ ſiæ ac ipſius Domini Julii Papæ ſaluti con-
„ ducet. Reverenduſque Pater Dominus Jac.
„ Heduenſ. Epiſcopus ambone conſcenſo,
„ infraſcriptum promulgavit Decretum.

Decretum Septimæ ſeſſionis.

Deputationum, congregationumque & ſeſſionum ordines deſcribuntur.

„ IN nomine Sanctæ & individuæ Trinita-
„ tis, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.
„ Sacroſancta generalis Synodus Piſana in
„ SprituSancto legitime congregata Catho-
„ licam Eccleſiam repræſentans & Mediola-
„ num ad tempus tranſlata ſtatuit, ordinat,
„ & declarat infraſcripta.
„ Juxta antiquorum Conciliorum laudabi-
„ les conſuetudines, ut omnia agenda quæ
„ erant majora ante generales congregatio-
„ nes publicaſque ſeſſiones in diverſis deputa-
„ tionibus ſint mature digeſta, tractata, & di-
„ ſputata, ex omnibus hujus Sancti Concilii
„ Patribus & ſuppoſitis quatuor ordinat depu-
„ tationes: Primo, deputationem videlicet fi-
„ dei, Secundo, deputationem Reformationis,
„ Tertio, deputationem Eccleſiaſticæ liberta-
„ tis, Quarto deputationem pacis, quæ omnes
„ quatuor deputationes in Domibus Præſiden-
„ tium eorundem vel in propinquis Eccleſiis,
„ bis in hebdomada, ſcilicet ſecunda & quar-

ta

ta feriis, teneantur de omnibus (juxta memoriale à Præſidente Concilii cum aliis deputatis ſtatuendum) vel per commiſſiones ſignatas poſſint & debeant conſulere & diſſerere, doctrinaliterque, ſapienter & prudenter concludere, concluſioneſque etiam per modum Memorialis in ſcriptis redigere: in ipſis vero deputationibus nulla definitio judicialis terminetur, ſed generali congregatione, quæ ſexta feria cujuſlibet hebdomadæ, vel occurrente die feſto, quinta feria vel Sabbatho, aut alias, prout expediens videbitur, teneantur judicialiter definienda referre, in quo omnis Conciliarium rerum determinatio reſolvatur. Officiales quoque hujus Sancti Concilii poſſint eligi inſtituendique canones definiri, citationes agi, ac termini teneri, & contumacia accuſari. Ipſi tamen canones niſi à tempore in publica ſeſſione faciendæ promulgationis, vim roburque nequaquam habeant. Publicæ autem Seſſiones, niſi urgens ratio aliud perſuadeat, ſemel aut bis in menſe habeantur, Diſtributio vero Patrum & ſuppoſitorum in prælibatis deputationibus, ordo quoque in ipſis deputationibus, congregationibus, ab Seſſionibus tenendus in actis hujus Sacri Concilii ſeorſum continentur. Datum Mediolani in publica ſeſſione in Cathedrali Mediolanenſi Eccleſia die Lunæ XIX. Aprilis, anno à Nativitate

„ Domini M. D. XII. Reverendi vero Patres Domini Zacharias Abbas Subaſienſ. & Claudius Choure hujus Sancti Concilii Protonotarii Apoſtolici, & ſcrutatores, interrogaverunt omnes & ſingulos Patres, ſi promulgata placerent, qui reſponderunt, *placent.*

„ His omnibus & ſingulis interfuerunt magnifici Domini Jocobus Olivarius, Regius Mediolani Cancellarius, & Thomas Boyerus Regius generalis Normaniæ Quæſtor, teſtes rogati. Promotoreſque ac Fiſcales Procutatores petierunt ſuper præmiſſis publicum & publica à Protonotariis & Notariis confici inſtrumenta.

OCTAVA SESSIO.

„ V. IN nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Die Mercurii XXI. Aprilis anno Domini milleſimo, quingenteſimo, duodecimo, indictione XV. fuit octava ſeſſio in Cathedrali Mediolanenſi Eccleſia, Præſidente Reverendiſſimo Cardinale Sanctæ Crucis. Reverendus Pater Dominus Guillelmus Peleni Epiſcopus Magalonenſ. de Sancto Spiritu ſolennem Miſſam celebravit. Decantato Euangelio, *Cum videritis abominationem deſolationis*, quæ eſt à Daniele Propheta Matth. 24. quod legitur Dominica 24. poſt Pentecoſten, Magiſter Anthonius Seurre Artium, & Theologiæ Doctor Pariſienſis, Eccleſia Meldenſis Cano-

nonicus,aſſumpto themate ex ipſa Euangelio, U*bicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & Aquilæ*, ſermonem habuit ad Synodum de myſtico Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia, deduxitque illud per trium legum tempora, ſub naturali quaſi conceptu, ſub Moſaïca natum ſed parvulum & imperfectum,ſub Euangelica grandævum & conſummatum, quod quidem corpus quodammodo examine conſepultum & mortuum extitit in triduo fidei,reformationis,& pacis, nunc autem venit reformandum & configurandum corpori claritatis Chriſti & quatuor dotibus Allegorice dotandum, claritate quantum ad errorum, hæreſum & ſuperſtitionum extirpationem, impaſſibilitate purgati animi quoad morum Reformationem, ſubtilitate pacis quæ exuperat omnem ſenſum, & agilitate expeditionis Turcas & Agarenos. Deduxit etiam aquilarum congregationem comparando patres Synodales aquilis & eorum volatum ad corpus Eccleſiæ quaſi ad cadaver fœtidum putridum & abominabile abominatione vitiorum & ſcandalorum in capite miniſteriali & in membris multis juxta tres Prophetias Danielis Prophetæ, Eſca quippe ſanctorum converſio eſt peccatorum. Concione expleta decantatoque Hymno, *Veni creator Spiritus*, Procuratores fiſcales iterum accuſarunt contumaciam Domini Julii Papæ in hæc verba.

Schedula Accuſationis contumaciæ ſanctiſſimi domini Papæ.

„ REverendiſſimi Reverendique Patres & domini metuendi, hoc Sanctum Concilium in Domino celebrantes, nos Franciſcus de Bezarillo, & Joannes Ambroſius Bultraſius, Juris Utriuſque Doctores, ac Promotores ac Procuratores Fiſcales hujus Sanctæ Synodi in præcedenti proxima ſeſſione accuſavimus contumaciam Domini Julii Papæ ſecundi, petivimuſque per hanc Sanctam Synodum declarari eumdem Dominum Papam ſuſpenſionem incurriſſe vigore XI. Sacri Concilii Baſilienſis & ſextæ hujus Sanctæ Synodi ſeſſionum & alia prout in petitione noſtra continetur. Quare cum nec hucuſque comparuerit præfatus Dominus Julius Papa II. per ſe vel ſaltem per nuncium, inhærendo ſupraſcriptæ & aliis contumaciis per nos Procuratores accuſatis, iterum atque iterum contumaciam domini Julii Papæ ſecundi ad abundantem cautelam accuſamus, ipſamque iterum requirimus admitti, petentes iterum atque iterum eundem Dominum Julium per hanc Sanctam Synodum declarari ob impedimenta ultra quadrimeſtre huic Sancto Concilio præſtita, & alias legitimas cauſas in decretis dictæ XI. & hujus Sanctæ Synodi ſeſſionibus contentas, incurriſſe ſententiam ſuſpenſionis ipſo facto

ab

ab omni tam in Spiritualibus quam in tem- “
poralibus Papali adminiſtratione, eumque “
pro ſuſpenſo haberi & reputari, ac ipſam “
adminiſtrationem tam in ſpiritualibus quàm “
in temporalibus devolutam eſſe ad hanc “
Sanctam Synodum, & alia fieri, prout pe- “
titum fuit per nos. “

Lecta prædicta ſchedula, Reverendiſſi- “
mus dominus Præſidens ordinavit iterato “
præfatum Sanctiſſimum Dominum Papam “
Julium II. eſſe vocandum per duos Reve- “
rendiſſimos Cardinales, Bajocenſem ſcili- “
cet, & de Albreto, & Lugdunenſem ac “
Senonenſem Archiepiſcopos, nec non A- “
gatenſem & Tholonenſem Epiſcopos, & “
Sueſſionenſem ac Subaſienſem Abbates, “
qui à ſubſelliis ſuis deſcendentes, ad pro- “
ximum altaris gradum acceſſere, ibique “
Reverendiſſimus Bajocenſis Cardinalis pro- “
clamavit, Eſtne hic ſanctiſſimus Dominus “
Papa Julius aut aliquis pro eo, iterumque “
ter proclamari fecit per venerabilem virum “
Guillelmum de Noſſay ſacroſancti Piſani “
Concilii Protonotarium, & cum nemo ap- “
pareret pro eo, acceſſerunt præfati Cardi- “
nales Epiſcopi & Abbates circa medium “
dicti templi, ubi ſimilem proclamationem “
fecit prænominatus Cardinalis Bajocenſis “
& poſt eum de ejus mandato dictus de “
Noſſay; & univerſus orbis agnovit ejuſ- “
dem Noſſay, & deinde ad portam majorem “

„ejuſdem Eccleſiæ facta eſt per eundem Re-
„ verendiſſimum Cardinalem Bajocenſem, &
„ deinde per præfatum de Noſſay proclama-
„ tio ſimilis præcedentibus. Sed cum nemo
„ pro prælibato ſummo Pontifice reſponde-
„ ret, prænominati Reverendiſſimi Reve-
„ rendique patres redierunt ad proximum
„ altaris majoris ejuſdem Eccleſiæ gradum,
„ prænominatuſque Reverendiſſimus Cardi-
„ nalis Bajocenſis relationem verbalem de iis
„ quæ egerat, ut præmittitur, exhibuit an-
„ te Reverendiſſimum Dominum Præſiden-
„ tem Cardinalem Sanctæ Crucis, & quali-
„ ter nuſquam apparebat nec apparuerat ſan-
„ ctiſſimus Papa Julius II. nec aliquis pro eo.
„ Quare inſtantibus & petentibus ſupraſcri-
„ ptis Procuratoribus Fiſcalibus & Promoto-
„ ribus hujus ſacri Concilii iterum admiſſa
„ contumacia præfati ſanctiſſimi Domini Pa-
„ pæ Julii II. per Reverendiſſimum Præſi-
„ dentem. de quibus prænominati Promo-
„ tores petierunt per Notarios ſibi confici
„ publicum ſeu publica inſtrumentum ſeu in-
„ ſtrumenta.

„ Deinde Reverendus in Chriſto Pater
„ Dominus Jacobus Heduenſis Epiſcopus
„ aſcendit eminentem thalamum, & perlegit
„ decretum ſuſpenſionis præfati Romani
„ Pontificis hujus tenoris.
„

Suſ-

Suſpenſio Domini Julii Papæ II. ab omni tam in ſpiritualibus quam in temporalibus Papali adminiſtratione.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trini- “
tatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti. “
Amen. Sacroſancta generalis Synodus “
Piſana in Spiritu Sancto legitime congre- “
gata univerſalem Eccleſiam repræſentans, “
& Mediolanum ad tempus tranſlata, ad per- “
petuam rei memoriam. “

Inter ſacratiſſima generalium Concilio- “
rum inſtituta, illud ſummopere eſt præca- “
vendum ne peroptabile neceſſariumque “
Eccleſiaſticæ libertatis ac reformationis o- “
pus tam in capite quam in membris aliquo “
modo interrumpi aut impediri contingat. “
Omnis præterea obex removendus, omnis “
adverſa auferenda occaſio: *Auferte*, inquit, “
Dominus per Eſaiam, *offendicula de medio po-* “
puli mei. Et Apoſtolus, *Auferte malum ex vo-* “
bis, modicum enim fermentum univerſam maſ- “
ſam corrumpit. Cum itaque auctore Deo ad “
Chriſtianum populum & præſertim Eccle- “
ſiaſticum ſtatum de manu tartarei Goliath, “
& Philiſteorum ruina eripiendum (id eſt “
criminum incurſionibus quibus & in capite “
& in membris langueſcens periclitatur & “
labat orthodoxa mater Eccleſia tanquam ab “
omnibus pietatis zelatoribus) vultu deſide- “
rabilis David in virtute Dei exurgens in “

„ Spiritu Sancto legitime congregatum hoc
„ generale & Sacroſanctum Concilium à ſui
„ primordio uſque in præſens vario impedi-
„ mentorum genere ſit impetitum , turba-
„ tum , laceſſitum , atque invaſum, ab eo præ-
„ cipue à quo ſuper reliquos omnes promove-
„ ri, foveri, juvari, ac gratantiſſime optari &
„ complecti deberet Sanctiſſimo Dom. Julio
„ Papa moderno, nunquam deſtitit hæc San-
„ cta Synodus omni qua potuit ſolicitudine,
„ humilitate, manſuetudine, & benignitate
„ ipſum Sanctiſſimum Papam iterum atque
„ iterum per viſcera etiam miſericordiæ illius
„ (quem juxta Apoſtolum dedit Deus caput
„ ſuper omnem Eccleſiam quæ eſt corpus
„ ipſius) obſecrare, ſupplicare, monere, re-
„ quirere uniuſque ex decem locis liberi, com-
„ munis, ac tuti pro celebrando Concilio o-
„ ptione, ac totidem Imperialium locorum
„ nominatione, binis indultis ac terminis am-
„ pliſſime condonare, ultra quoque eoſdem
„ elapſos terminos ad eadem loca eligendum
„ ac nominandum diutius expectare, ne Dei
„ Eccleſiam contemneret, ne inconſutilem
„ Chriſti tunicam ſcinderet, ne perniciosiſſi-
„ mum ſchiſma in Chriſtiana religione intro-
„ duceret, ſed huic divina & Eccleſiæ ac pro-
„ pria ipſiuſmet Pontificis auctoritate indicto
„ ac congregato Concilio (pro totius Chri-
„ ſtiani populi pace & collabentis Eccleſiæ
„ reformatione) adhærere, in eo per ſe aut le-
gatos

gatos vel nuncios præſidere, & illud confir- “
mare ex incumbenti ſibi officio dignaretur. “
Audierunt cæli, & auribus percepit univer- “
ſa terra, hoc eſt, ad minus omnes Concilia- “
res nationes & linguæ, intellexeruntque “
inſulæ & populi de longe quanto charitatis “
affectu ſuperexaltando ſemper miſericor- “
diam judicio erga ipſum Sanctiſſimum Pa- “
pam uſa ſit ipſa Sacroſancta Synodus. Cum- “
que inſtar illius Iſraëlitici Regis Saulis (cu- “
jus nomen abuſivum interpretatur) Davi- “
dica benignitate, clementia ſuplici, fre- “
quentiuſque iterata ſupplicatione ac indul- “
gentia ſemper idem Sanctiſſimus Papa abu- “
tens, non ſolum obtuſas aures erga Eccleſiæ “
repetitas voces effecerit, non ſolum mulieris “
amictæ ſole occiſi agni ſponſæ, quæ in Apo- “
calypſi cruciatur ut pariat fructum juſtitiæ “
in tempore ſuo pientiſſimos clamores con- “
tempſerit, ſed & in eam per hoc Sanctum & “
generale Concilium repræſentatam multi- “
moda inſectatione deſæviens, contra appro- “
batiſſimorum Conciliorum Decreta ſalu- “
berrima graviſſimis comminationibus inter- “
dictis, privationum, aliarumque cenſura- “
rum eo ipſo tamen nullis fulminatis ſenten- “
tiis quolibet ſcivit inſidiarum genere, qua- “
cumque potuit militari manu, omnibus “
quibus valuit litteris & Brevibus ad varios “
potentatus & perſonas tranſmiſſis (de quibus “
omnibus prævia etiam juridica & diligenti “

in-

„ informatione deque impedimentorum notorietate certiſſimam ac indubitatam notitiam hæc Sancta Synodus habuit & immaculatæ Chriſti columbæ per ipſum Oecumenicum & Sanctum Concilium effectam unionem impedire, dividere, diſſolvere, infamare, perturbare, deſtruere, & in nihilum redigere ſummam operam impenderit, in celebrata ſexta ſeſſione inſtantiſſime petitum eſt per Fiſcales ipſius Sancti Concilii Procuratores quatenus juxta XI. ſeſſionis Baſileenſis Concilii ſalutiferam Conſtitutionem, ob hujuſmodi ultra quadrimeſtre præſtita impedimenta, & alias cauſas in ipſa ſacratiſſima conſtitutione contentas, eumdem Sanctiſſimum Papam ab omni tam in ſpiritualibus quam in temporalibus Papali adminiſtratione ipſo facto ſuſpenſum, ipſamque adminiſtrationem ad hanc ſanctam Synodum ipſo jure devolutam eadem Synodus declararet. Poterat ſane ipſa Catholica Synodus circa hujuſmodi ſuſpenſionis & devolutionis declarationem non ſolum dictæ Baſileenſis & Conſtantienſis Seſſionibus IV & V. per neceſſariorum decretorum vigorem ac communis juris diſpoſitionem (tamquam legitimam ipſius Concilii juriſdictionem turbantem) contra eumdem Pontificem jure optimo procedere, diverſorumque notoriorum enormium & Eccleſiam Dei ſcandalizantium (de quibus etiam

incor-

incorrigibilis diffamatus exiſtit) continuorum criminum (per ipſos Procuratores in generali congregatione accuſatorum contra eumdem inquiſitionem & publicationem peragere: Verum quia Omnipotenti domino & univerſæ Eccleſiæ Sanctæ de ſuperabundanti clementia potius quam de diſtrictiori ſe veritate rationem reddere deſiderat & cupit, nunquam à ſolita benignitate & miſericordia deviando ducta illius exemplo cujus miſerationes ſuper omnia opera ejus) decrevit adhuc expectare & cum ſilentio præſtolari, ſi forſan Eccleſiæ gemitibus placatus clementiſſimus author eumdem Dominum Papam ad viam veritatis reducere dignaretur, & tanta adhuc expectatione, gratia, ac liberali largitate invitatus, excitatus & commotus, reverti ad cor ipſe Pontifex quandoque videretur. Unde matura & frequentiori diſcuſſione prælibata, iterum atque iterum eumdem ſanctiſſimum Papam & repetitis vicibus (per eum qui languores Eccleſiæ in amariſſima & ſpontanea morte portavit) humiliter hæc Sancta Synodus rogavit, ſupplicavit, & requiſivit ut infra XXIV. dierum intervallum à die ipſius ſextæ ſeſſionis computandum (ut in ea plenius continetur) omnes interdicti, excommunicationis, privationis, & quarumcumque Cenſurarum ſententias contra ipſum Sanctum Concilium & ejus indictores & eidem quo-

„ quomodolibet adhærentes de facto attenta„ tas & prolatas prætenſamque alterius aſſerti „ Lateranenſis Concilii erectionem, hujus „ veri & legitimi Piſani diſſolutionem, palam „ & per patentes Apoſtolicas literas declara„ ret nullas, irritas, caſſas, ac nullius penitus „ roboris ac momenti, prout ſunt, fuiſſe & „ fore, & prout de facto quoque revocaret, „ nec non ab omnibus ipſi Concilio præſtan„ dis impedimentis effectualiter ceſſaret, ac „ de hujuſmodi declaratione & ab impedi„ mentis ceſſatione aut de bono ejus erga „ ipſam Synodum animo & mente, per Cur„ ſorem & Apoſtolicas literas, infra dictum „ terminum eamdem certificaret, promittens „ eo caſu ad eandem declarationem per ipſum „ Dominum Papam commodius fiendam i„ pſam XXIV. dierum ſpatium ampliſſime „ prorogare, ita tamen quod idem Sanctiſſi„ mus Papa ad tractandum de communiori „ loco pro celebrando Concilio deinde tranſ„ mittere, vel in horum contemptum, ne„ gligentiam aut defectum ad dicendum cur „ juxta præmiſſa ipſo facto ſuſpenſus ab omni, „ ut præmittitur, Papali adminiſtratione, „ ipſamque adminiſtrationem ad ipſum San„ ctum Concilium ipſo jure devolutam decla„ rari non deberet, ſaltem nuncium infra di„ ctum terminum deſtinaret, cui liber aditus „ & ſalvus conductus veniendi, ſtandi, & re„ cedendi in Synodali fide adhibebatur. Quod

ſi

ſi ipſe Sanctiſſimus Pontifex tot tantiſque "
ſupplicationibus humillimiſque & perbeni- "
gnis requiſitionibus, quod non permitteret "
Altiſſimus, contumaciter adhærere & aſſen- "
ſum præbere contemneret, nec de præmiſ- "
ſis declaratione, revocatione, & ab impe- "
dimentis effectuali ceſſatione vel bono ani- "
mo & mente infra dictum XXIV dierum "
terminum ipſam Sanctam Synodum, ut "
præmittitur, non certificaret, aut infra eun- "
dem terminum ſaltem ad dicendum quare "
juxta dictam Conſtitutionem Baſileenſem, "
ſicut præmittitur, ex tunc ipſo facto ſuſpen- "
ſus declarari non deberet, ſaltem nuncium "
non tranſmitteret, ipſa ſacroſancta Synodus "
elapſo dicto termino abſque ulteriori moni- "
tione & expectatione procederet ad decla- "
rationem dictarum ſuſpenſionis & devolu- "
tionis nec non ad ulteriora, prout juris foret "
& rationis, coramque tremendi judicis Dei "
tribunali ac univerſa triumphante & mili- "
tante Eccleſia proteſtaretur per ſe non ſte- "
tiſſe, quin Dominum Papam præfatum ad "
veram ipſius Eccleſiæ unitatem ac inſtaura- "
tionem omnibus opportunis mediis via & "
modis allicere, attrahere, monere, ac re- "
quirere iterum atque iterum diligentiſſime "
non ſtuduerit. Et quoniam ad ipſum tutus "
non erat acceſſus declaravit hujuſmodi ſup- "
plicationis & requiſitionis publicationem "
fieri per affixionem editi decreti in valvis "
hujus

„ hujus Mediolanenſis, Florentinæ, ac Bo-
„ nonienſis cathedralium Eccleſiarum per
„ curſorem celerrime tranſmittendum, ipſam-
„ que ad inſtar edictorum in albo Prætoris po-
„ ſitorum ita ſufficere acſi idem Sanctiſſimus
„ Papa perſonaliter apprehenſus, monitus, ac
„ requiſitus fuiſſet, cum non ſit veriſimile,
„ hæc non debere ad ejus aures & certam no-
„ titiam confeſtim evolare, quæ tam patenter
„ omnibus innoteſcunt. De quibus quidem
„ affixionibus, poſt promulgatum decretum
„ celerrime per curſorem in omnibus dictis
„ locis & pluribus aliis effectualiter factis per
„ publica Notariorum inſtrumenta eſt ad ple-
„ num data relatio. Expectans expectavit ha-
„ ctenus ultra etiam aſſignatum terminum,
„ perſeverans unanimiter in orationibus &
„ aliis piis operibus hæc Sancta Synodus San-
„ ctiſſimum Dominum Papam præfatum ad
„ veram ſui ipſius recognitionem, & Catho-
„ licæ Eccleſiæ per hoc Sanctum Concilium
„ repræſentatæ unitatem, ſperans ad tam ſa-
„ lubre & neceſſarium Eccleſiaſticæ reforma-
„ tionis & contra Chriſtiani nominis inimicos
„ expeditionis opus una cum Sanctiſſimo Do-
„ mino Papa in pacis & charitatis vinculo ſe
„ proceſſuram. Expectavit profecto pacem
„ & non fuit bonum tempus medelæ in ipſo
„ Pontifice, & ecce turbatio. Quanto etenim
„ magis ab Eccleſia exoratus & expectatus
„ fuit, tanto & magis indurati cordis & infle-

xibilis

xibilis cervicis apparuit. Nedum enim o- “
mnes hujus Sanctæ Synodi humiles preces “
& porrectas ſupplicationes piaſque & juſtas “
requiſitiones (ultra etiam taxatum XXIV. “
dierum ab ipſa ſexta ſeſſione decurrens in- “
tervallum ut comprobavit eventus) admit- “
tere & audire contempſit, nedum ipſas ſen- “
tentias, pœnas, ac cenſuras contra hoc San- “
ctum Concilium & ejus indictores ac quo- “
modolibet adhærentes prolatas, nullas, ir- “
ritas, caſſas ac nullius penitus roboris, prout “
ſunt, fore & fuiſſe, ſeipſum declaraſſe, ac “
prout de facto proceſſerunt de facto revo- “
caſſe, & ad ipſum Sanctum Concilium im- “
pedimento deſtitiſſe, ipſam Sanctam Syno- “
dum infra præfatum terminum non certifi- “
cavit, & ad dicendum cur vigore prælibatæ “
Baſileenſis Conſtitutionis ex tunc ipſo facto, “
ut præmittitur, ſuſpenſus declarari non de- “
beret, ſaltem nuncium non tranſmiſit: ſed “
& magis ac magis in ipſum Sacroſanctum “
Concilium & ejus pia ſuppoſita ſpirans mi- “
narum & cædis, ac furia invectus devaſtans “
Eccleſiam Dei & malum malo adaugens ad “
tantam devenit ſævitiam, ut ipſius ſacri “
Concilii impediendi ac deſtruendi gratia “
atrociſſime, & à multis retroactis tempori- “
bus inauditæ Chriſtiani ſanguinis effuſioni, “
quod non ſine maximo ejulatu & planctu re- “
coli valet, evidentiſſimam & voluntariam “
occaſionem præbuerit: Ita ut *vox in Rhama* “

Digitized by Google

„ *audita ſit ploratus & ululatus; Rachel plorans fi-*
„ *lios ſuos, & noluit conſolari quia non ſunt, &*
„ *quoniam effuderunt ſanguinem innocentem tan-*
„ *quam in circuitu Hieruſalem & non erat qui ſe-*
„ *peliret, & poſuerunt morticinia ſervorum Dei*
„ *eſcas volatilibus cœli, & carnes Sanctorum ejus*
„ *beſtiis terræ.* Cogitur propterea hæc Sancta
„ Synodus tot tantiſque Eccleſiæ ſcandalis &
„ detrimentis pie in domino ſe opponere, &
„ ne de cætero deterius quod contingat dili-
„ genti, prout tenetur, cura & ſolicitudine
„ providere. Ea propter cum in nuper elapſa
„ hujus Sanctæ Synodi ſeptima, & in præſenti
„ octava Seſſionibus, circa hujuſmodi præſtita
„ impedimenta & præfatam accuſatam con-
„ tumaciam, per Fiſcales hujus Sancti Con-
„ cilii Procuratores inſtantiſſime petitum ſit,
„ ut doctorum Baſileenſis Seſſionis XI. & hu-
„ jus Piſani Seſſ. VI. decretorum vigore de-
„ clarare jam ipſa Sancta Synodus ipſum San-
„ ctiſſimum Papam ab omni, ut præmittitur,
„ adminiſtratione ipſo facto ſuſpenſum, ipſam-
„ que adminiſtrationem ad ipſam Sanctam Sy-
„ nodum ipſo jure devolutam, ac etiam qua-
„ tenus expediat (tanquam ipſius Sanctæ Sy-
„ nodi legitimam juriſdictionem impedien-
„ tem) juxta juris communis diſpoſitiones
„ eumdem ſuſpendere: ipſo Sanctiſſimo Papa
„ vel ejus Procuratore vel ſaltem nuncio in
„ Cathedrali Eccleſia & in valvis ejuſdem per
„ venerabiles fratres primum Egidium Ca-
thela-

Digitized by Google

thelanenſ. & Ludovicum Sancti Florii Epi- “
ſcopos in ſeptima, & per dilectos Filios Re- “
natum II. Sanctæ Sabinæ presbyterum, & “
Amaneum Sancti Nicolai in Carcere Tul- “
liano Diaconum S.R.E. Cardinales, nec “
non venerabiles Fratres Franciſcum Lug- “
dunenſ. & Triſtandum, Senonenſ. Archie- “
piſcopos, Joannem Atgathenſ. & Diony- “
ſium Theolonenſem Epiſcopos, atque di- “
lectos Joannem Sueſſionenſem, & Zacha- “
riam Subaſienſem Abbates in præſenti octa- “
va Seſſionibus, ex ipſius Synodi mandato “
alta & intelligibili voce coram populi mul- “
titudine trina vice vocatis & proclamatis, ac “
nullo ipſorum comparente, præfata jam “
contumaciæ accuſatione admiſſa, ad dicto- “
rum Conſtanſienſis Seſſione IV & V. Baſi- “
leenſis Seſſ. XI. ac hujus Piſani Seſſione VI. “
æquiſſimorum decretorum executionem, “
& ad juſtiſſime per eoſdem Procuratores re- “
quiſita exurgens, in præcepto quod manda- “
vit Orthodoxa Mater Eccleſia, ipſa Sancta “
Synodus non in mortem ſed in ſalutiferam “
peccatoris medelam ut convertatur & vivat “
(quum vexatio det intellectum auditui non “
adimens vitam ſed cum robuſta manu David “
in ſpelunca Engaddi oram tantummodo “
chlamydis Saulis præcidens) Sancti Spiritus “
auxilio ſuppliciter invocato (cujus afflatu “
hæc Sancta Synodus in Domino dirigitur) “
In nomine Patris & Filii & ejuſdem Spiritus “

Digitized by Google

„ Sanćti, per hanc ſententiam in his ſcriptis
„ pronunciat, decernit, & ex nunc declarat
„ præfatum Dominum Julium Papam II.
„ hujus Sacroſanćti Concilii (ultra quadri-
„ meſtre & dictos XXIV. adhuc dies ei-
„ dem conceſſos) manifeſtum & continuum
„ in ſua perverſitate impeditorem & tur-
„ batorem, ac ejuſdem Concilii indictorum
„ & ſuppoſitorum pertinaciſſimum infectato-
„ rem, ac decretorum ipſius Sanćti Concilii
„ notorium violatorem, contemptorem, &
„ aſſiduum in maximum Eccleſiæ ſcandalum
„ & jacturam contumacem, & in aperta re-
„ bellione perſiſtentem ſchiſmatis excitato-
„ rem, pacis inimicum, bella inter fideles
„ Principes & Chriſtiani ſanguinis jacturam
„ procurantem, & promoventem, zizania &
„ diſcordias in populo Dei ſeminantem, &
„ in his omnibus enormibus continuis &
„ notoriis criminibus incorrigibilem, indu-
„ ratum, inveteratum, & obſtinatum, eo
„ ipſo incurriſſe pænas in dictis Decretis
„ contentas, ab omnique tam in ſpiritualibus
„ ut præmittitur Papali adminiſtratione ipſo
„ facto ſuſpenſum fuiſſe, eſſe & fore; Ipſam-
„ que adminiſtrationem propter gubernatio-
„ nis defectum ne Eccleſia diſcrimen aliquod
„ patiatur, ad ipſam Sacroſanctam Synodum,
„ fuiſſe, eſſe & fore ipſo jure devolutam, ac
„ quatenus ut præmittitur expediat omnibus
„ melioribus modo, jure, via, & forma, ab
eadem

eadem adminiſtratione ſuſpendit, eandem- “
que adminiſtrationem ad ſeipſum Synodum “
devolvit & devolutam de cætero eſſe & fore “
ſtatuit, & determinat: proceſſura tandem “
ad ulteriora uſque ad finalem ſententiam “
incluſive ſi opus fuerit, prout utilitati & “
neceſſitati Eccleſiæ Spiritu Sancto dictante “
conſpexerit expidire: iterato tamen vocatis “
prius abſentibus, qui de jure aut conſuetu- “
dine in Conciliis Generalibus intereſſe de- “
bent (licet vocati alias & legitime expectati “
fuerint) ut ad rem tam arduam tanquam ad “
commune Chriſtianitatis extinguendum “
incendium accedere proponant. Decernit “
quoque irritum & inane, quicquid hac ſu- “
ſpenſione durante per ipſum Dominum Ju- “
lium ratione adminiſtrationis Papatus fa- “
ctum fuerit & attentatum. “

Quare, omnes & ſingulos Reverendiſſi- “
mos S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Ar- “
chiepiſcopos, & Epiſcopos, Abbates, & “
Prælatos Cathedralium, Collegiatarum “
Eccleſiarum Capitula, Reges, Principes, “
Duces, Marchiones, Comites, Barones, “
Univerſitates & Communitates Vicarias “
S.R.E. Vaſallos, Gubernatores, Feuda- “
tarios & ſubditos, omneſque & ſingulas, “
Eccleſiaſticas etiam regulares & ſæculares “
perſonas cujuſcumque gradus, dignitatis, “
præeminentiæ, ſtatus, & conditionis exi- “
ſtant, univerſumque ſimul populum Chri- “

„ ſtianum exhortatur in Domino hæc Sancta
„ Synodus, ac omnibus & cuilibet ipſorum
„ in virture Sanctæ obedientiæ, & ſub fau-
„ toriæ ſchiſmatis & juris pœnis, ſub divini-
„ que obteſtatione judicii, Eccleſiaſticis ve-
„ ro perſonis etiamſi Cardinalatus, Patriar-
„ chali, aut Pontificali, emineant dignitate,
„ ſub ſuſpenſionis ab omnibus dignitatibus,
„ Officiis & beneficiis, quocumque nomine
„ nuncupentur & ſi forent Metropolitanæ,
„ & Cathedrales Eccleſiæ, ſive in titulum
„ ſive in Commendam per eos obtentæ,
„ & aliis arbitrariis, Vicariis vero & Va-
„ ſallis prænominatis, ſub privationis, ipſo
„ facto omnium feudorum & aliorum quo-
„ rumcumque jurium & privilegiorum,
„ quæ ab ipſa Romana Eccleſia obtinent,
„ non obſtante quocumque ſubjectionis
„ aut promiſſæ fidelitatis juramento ipſo
„ facto incurrendis pœnis, diſtrictius inhi-
„ bet & interdicit, ne dicto Domino Ju-
„ lio Papæ, ab omni Papali adminiſtra-
„ tione, ut promittitur, juſte ſuſpenſo, con-
„ tra dictam ſuſpenſionis ſententiam de cæ-
„ tero directe vel indirecte obediant, vel
„ intendant, aut de bonis, rebus ſeu aliis
„ emolumentis S. R. E. ex quacumque cauſa
„ debitis & ad eumdem ac Papatum pertinen-
„ tibus & ſpectantibus, quovis modo hac ſu-
„ ſpenſione durante reſpondeant: declarat-
„ que ac determinat irritum & inane quic-

quid

Digitized by Google

quid à quoquam quavis actoritate ſcienter “
vel ignoranter in contrarium contigerit at- “
tentari. Statuit quoque & ordinat hujus de- “
creti publicationem in præſenti Seſſione fa- “
ctam, ejuſque affixionem in valvis præſen- “
tis Mediolanenſis necnon Florentinæ, Ge- “
nuenſis, Bononienſis, & Veronenſis Ca- “
thedralium Eccleſiarum, ad inſtar edicti “
Prætorii vim habere monitionis & execu- “
tionis, univerſoſque & ſingulos ita arctare “
ac ſi perſonaliter apprehenſis intimatum “
fuiſſet. “

Datum in Seſſione publica in Cathedrali “
præfata Mediolanenſi Eccleſia ſolenniter “
celebrata, die XXI. menſis Aprilis, anno “
à Nativitate Domini M.D.XII. “

Reverendus vero Pater Dominus Zacha- “
rias Abbas Subaſienſis, & Claudius Chovre “
ipſius Sancti Concilii Protonotarii Apoſto- “
lici & ſcrutatores, interrogarunt omnes & “
ſingulos Patres ſi promulgata placerent, qui “
reſponderunt, *placent*. His quidem omni- “
bus & ſingulis interfuerunt magnifici Do- “
mini Jacob. Olivarius, Regius Mediolani “
Cancellarius, & Thomas Bohyerus, Re- “
gius Generalis Normaniæ Quæſtor, teſtes “
rogati, Promotoreſque ac Fiſcales Procu- “
ratores petierunt ſuper præmiſſis publicum “
vel publica à Protonotariis confici inſtru- “
menta. “

Supraſcriptum quoque Decretum in val- “

„ vis præfatarum Cathedralium Eccleſiarum
„ eſt affixum, & de ipſa affixione coram teſti-
„ bus facta per publicos Notarios, eſt data
„ authentica relatio.

Finis Partis primæ Libri quarti.

Digitized by Google